

Saint Jean de  
Lalande,  
pray for us!



ELIAS QUIDEM VENTURUS EST, ET RESTITUET OMNIA.

# Lalande Library of Rare Books

DICO VOBIS, QUIA ELIAS JAM VENIT, ET NON



COGNOVERUNT EUM, SED FECERUNT IN EO QUAE CUMQUE VOLUERUNT.

<http://lalandelibrary.org>

If you appreciate this book, please consider making a tax-deductible donation to Corpus Christi Watershed, a 501(c)3 Catholic Artist Institute.

For more information, please visit:

<http://ccwatershed.org>



ELIAS QUIDEM VENTURUS EST, ET RESTITUET OMNIA.

# Lalande Library of Rare Books

DICO VOBIS, QUIA ELIAS JAM VENIT, ET NON



COGNOVERUNT EUM, SED FECERUNT IN EO QUAE MQUE VOLUERUNT.

**:: 1892 :: Pustet *ANTIPHONALE* ::**

1 in die virtutis tue, //  
 in splendoribus  
 sanctorum.

2 omnia mandata eius, //  
 confirmata in saeculum  
 saeculi.

asterna erit justitia, //  
 ab afflictione mala non timebit  
 benedictum //  
 et hoc nunc et usque in saeculum

benediximus Domini, //  
 et hoc nunc et usque in saeculum

Spiritus meus  
 in Deo salutari meo

# COMPENDIUM

## ANTIPHONARII ET BREVIARII ROMANI

CONCINNATUM

EX EDITIONIBUS TYPICIS 264,033

CURA ET AUCTORITATE 413

SACRORUM RITUUM CONGREGATIONIS

PUBLICATIS.



CUM PRIVILEGIO.



EDITIO STEREOTYPICA.

RATISBONÆ, NEO EBORACI ET CINCINNATI.  
 SUMPTIBUS, CHARTIS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET,  
 S. SEDIS APOST. ET S. RIT. CONGR. TYPOGR.

MDCCCXCII.

1892

Inveni quem diligit anima



mea: tenui eum. Cant.3.4



Vidit in somnis scalam



stantem super.. Gen.28.12



### Toni Cantici Magnificat.

*Canticum Magnificat inchoatur et decantatur usque ad ultimum versum solemniter, etiam in officio feriatis, juxta tonos supra enumeratos.*

*Brevitatis vero causa primi versus Magnificat variantur intonationes hujus versus ut sequitur:*

Tonus I. *Initium.* *Fin. 1.*  
Ma-gní - fi - cat \* á - ni - ma me - a Dó - mi - num.

Tonus II. *Initium.* *Finalis.*  
Ma - gni - fi - cat \* á - ni - ma me - a Dó - mi - num.

Tonus III. *Initium.* *Fin. 1.*  
Ma - gni - fi - cat \* á - ni - ma me - a Dó - mi - num.

Tonus IV. *Initium.* *Fin. 1.*  
Ma - gni - fi - cat \* á - ni - ma me - a Dó - mi - num.

Tonus V. *Initium.* *Finalis.*  
Ma - gni - fi - cat \* á - ni - ma me - a Dó - mi - num.

Tonus VI. *Initium.* *Finalis.*  
Ma - gni - fi - cat \* á - ni - ma me - a Dó - mi - num.

Tonus VII. *Initium.* *Fin. 1.*  
Ma - gni - fi - cat \* á - ni - ma me - a Dó - mi - num.

Tonus VIII. *Initium.* *Fin. 1.*  
Ma - gni - fi - cat \* á - ni - ma me - a Dó - mi - num.

### Toni: Deus in adjutorium.

*In duplicibus et semiduplicibus ad omnes horas.*

¶. De - us in ad - ju - tó - ri - um me - um in - tén - de.

℞. Dó - mi - ne, ad ad - ju - vándum me fe - stí - na.

Gló - ri - a Pa - tri, et Fi - li - o, et Spi - rí - tu - i sancto:

Sic - ut e - rat in prin - cí - pi - o, et nunc, et semper,

et in sæ - cu - la sæ - cu - ló - rum. A - men. Al - le - lú - ja.

*Sic dicitur Allelúja ad omnes horas per totum Annum, præterquam a Dominica in Septuagesima usque ad Feriam V. in Cæna Domini: tunc enim dicitur:*

La - us ti - bi Dó - mi - ne, Rex æ - tér - næ gló - ri - æ.

### Toni Allelúja pro tempore Paschali.

*Toto tempore Paschali ad Antiphonas, ¶. et ℞. additur, ubi non est, unum Allelúja. Sequitur hoc loco modus cantandi Allelúja post Antiphonas secundum octo Tonos.*

Ton. I.      Ton. II.      Ton. III.      Ton. IV.  
Al - le - lú - ja.      Al - le - lú - ja.      Al - le - lú - ja.      Al - le - lú - ja.

Ton. V.      Ton. VI.      Ton. VII.      Ton. VIII.  
Al - le - lú - ja.      Al - le - lú - ja.      Al - le - lú - ja.      Al - le - lú - ja.

### Toni Psalmorum pro Festo duplici et semiduplici.

Tonus I. *Initium.\*)* *Mediatio.*

*Fin. 1.*

*Fin. 2.*

*Fin. 3.*

*Fin. 4.*

*Fin. 5.*

Tonus II. *Initium.\*)* *Mediatio.* *Finalis.*

Tonus III. *Initium.\*)* *Mediatio.*

*Fin. 1.*

*Fin. 2.*

*Fin. 3.*

*Fin. 4.*

\*) Ad hoc signum incipiunt Versus II. et sequentes.

Tonus IV. *Initium.\*)* *Mediatio.*

*Fin. 1.*

*Fin. 2.*

*Fin. 3.*

Tonus V. *Initium.\*)* *Mediatio.* *Finalis.*

Tonus VI. *Initium.\*)* *Mediatio.* *Finalis.*

Tonus VII. *Initium.\*)* *Mediatio.*

*Fin. 1.*

*Fin. 2.*

*Fin. 3.*

*Fin. 4.*

*Fin. 5.*

Tonus VIII. *Initium.\*)* *Mediatio.* *Fin. 1.*

*Fin. 2.*

\*) Ad hoc signum incipiunt Versus II. et sequentes.



**D**eus in adiutorium meum  
intende. *Decorative flourish*  
Domine ad adjuvandum me  
festina. Gloria Patri. *Decorative flourish*



## Imprimatur.

Ratisbonæ, die 14. Februarii 1887.

M. Dandl,  
Vicarius in Spirit. Generalis.

## Typographus Lectori.

**P**ræsens Compendium ex editionibus typicis Antiphonarii et Breviarii Romani compositum et ordinatum est ad earum ecclesiarum commoditatem, in quibus *Horæ diurnæ* tantum diebus Dominicis Festisque cantari solent; in Festo tamen Nativitatis D. N. Jesu Christi, Triduo Sacro et Paschate, in Festo Pentecostes et in Solemnitate Corporis Christi necnon pro Officio Defunctorum additur etiam *Matutinum* canendum juxta ordinem *Breviarii Romani*.

*Psalterium dispositum per Hebdomadam* et *Proprium de Tempore* solas Horas diebus Dominicis cantandas continet; officia ferialia vero per Hebdomadam, necnon tempore Adventus et Quadragesimæ dicenda, si Vesperas Sabbati et Antiphonas ad *Magnificat* et ad *Benedictus* cum Oratione competenti excipis, prorsus ommissa sunt. Pro faciendis ergo commemorationibus in diebus Dominicis ac Festis nihil desiderandum est.

Si quis velit ordinare *Laudes, Horas minores, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas* et *Completerium* occurrentis Dominicæ vel Festi, videat in Kalendario Romano et in Directorio propriæ Diœcesis, de quo fiat Officium, et ut invenerit esse faciendum, sic ordinabit illud.

Si ordinandum sit Officium de Tempore, id est de Dominica, recurrendum est ad *Proprium de Tempore* (p. 47—366) et ad *Psalterium dispositum per Hebdomadam* (p. 1—46).

Si Officium sit ordinandum de Sancto, recurrendum est ad *Commune Sanctorum* (p. [1]—[59]); nisi proprium habeat in *Proprio Sanctorum* (p. 367—568).

In *Proprio Sanctorum*, et in Festis, quæ aliquibus locis a Sede Apostolica specialiter concessa sunt (p. [101]—[190]) tantum ea festa integra invenies, quæ sub ritu duplici vel altiori aut in Dominicis celebrantur; in festis semiduplicibus et simplicibus Antiphonæ tantum ad *Magnificat* vel *Benedictus* cum Oratione insertæ sunt, quatenus in Laudibus et Vesperis uti commemorationes cantantur.

*Officium Defunctorum* (p. [60]—[87]) et *Officia votiva per Hebdomadam* (p. [88]—[100]) integra invenies.

Toni *Deus in adjutorium, Psalmorum, Versiculorum* etc. cum regulis de Tonis *Hymnorum* variandis in horis minoribus aliaque similia, quæ in libro ipso non inveneris cum cantu, collecta et posita sunt in *Communi Antiphonarii* (p. 1\*—30\*).

Quum Sacrorum Rituum Congregatio distributionem syllabarum in Tonis Psalmorum faciendam arbitrio cantorum permiserit atque prohibuerit, ne in libris choricis quos ipsa curavit, numeri vel quælibet alia signa ad indicandam syllabarum distributionem adjicerentur, Rev. Franc. X. Haberl, sacerdos Diœcesis Ratisbonen., cum permissu Reverendissimi Ordinarii singulos Versus Psalmorum in aliquibus libellis intra lineas perpendiculares disposuit, et quidem 1) Pro Vesperis et Completorio totius anni. 2) Ad Matutinum et Laudes Nativitatis D. N. J. Chr., Tridui sacri et Paschatis. 3) Ad Vesperas, Matutinum et Laudes Officii Defunctorum.\*)

Qui singulos aut omnes fasciculos Psalmorum acquirere desideret, enuntiet quæso hoc suum votum, antequam *Compendium* librorum compactori tradatur.

Aliqua Officia\*\*) hujus Compendii in fasciculo separato publicavimus, qui etiam, si lubet, Compendio Gradualis et Missalis Romani adjici potest.

Festa propria diversarum Diœcesium, aut Regularium Familiarum, si in earum votis sit, in appendicibus propriis typis excudemus.

\*) Interdum littera vocalis crassioribus typis ad impellendam vocem excuditur, præsertim si in cantandis melodiis accentus verborum in dubitationem aut difficultatem vocetur. Hoc modo error numquam eveniet adjectis etiam melodiis scilicet Tonis Psalmorum pro unoquoque Versu.

\*\*) Matutinum et Laudes Nativitatis D. N. Jesu Christi, Tridui sacri, Paschatis, necnon Vesperas, Matutinum et Laudes Officii Defunctorum. His officiis Psalmi cura Fr. Haberl ad majorem psallentium commoditatem in modo supradescrito concinnati, si desiderantur, adjici possunt.

## KALENDARIUM.

### Januarius.

1. Circumcisio Domini. *dupl. 2. class.*
2. Octava S. Stephani, *dupl. commemoratio Octavarum.*
3. Oct. S. Joannis Apost. et Evang. *dupl. commem.* Oct. S. Innocentium.
4. Oct. S. Innocentium Mart. *dupl.*
5. Vigil. Epiphaniæ, *semidupl. cum commem.* S. Telesphori Papæ et Mart.
6. Epiphania Domini. *dupl. 1. class.*
7. De Octava Epiphaniæ.
8. De Octava.
9. De Octava.
10. De Octava.
11. De Octava, *commem.* S. Hygini Pap. et Mart.
12. De Octava.
13. Octava Epiphaniæ, *duplex.*  
Dominica II. post Epiphan. Ss. Nominis Jesu, *dupl. 2. cl. commem. Dominicæ.*
14. S. Hilarii Episc. Conf. et Eccl. Doct. *dupl. commem.* S. Felicis Presbyteri et Mart.
15. S. Pauli primi Eremitæ Conf. *dupl. commem.* S. Mauri Abbatis.
16. S. Marcelli I. Pap. et Mart. *semiduplex.*
17. S. Antonii Abbatis, *duplex.*
18. Cathedra S. Petri Romæ, *dupl. majus, commem.* S. Priscæ Virg. Mart.
19. S. Canuti Regis et Mart. *semiduplex ad libitum, commem.* Ss. Marii et Soc. Mart.
20. Ss. Fabiani Papæ et Sebastiani Mart. *duplex.*
21. S. Agnetis Virg. et Mart. *duplex.*
22. Ss. Vincentii et Anastasii Mart. *semiduplex.*
23. S. Raymundi de Peñafort Conf. *semiduplex, commem.* S. Emericianæ Virg. et Mart.
24. S. Timothei Episc. et Mart. *duplex.*
25. Conversio S. Pauli Apostoli, *duplex majus.*
26. S. Polycarpi Episc. et Mart. *duplex.*
27. S. Joannis Chrysostomi Episc. Conf. et Eccl. Doct. *duplex.*
28. S. Agnetis Secundo.
29. S. Francisci Salesii Episc. Conf. et Eccl. Doct. *duplex.*
30. S. Martinæ Virg. Mart. *semiduplex.*
31. S. Petri Nolasco Conf. *duplex.*

## Februarius.

1. S. Ignatii Episc. et Mart. *duplex*.
2. Purificatio B. Mariæ Virg. *duplex 2. class.*
3. S. Blasii Episc. et Mart.
4. S. Andreæ Corsini Episc. Conf. *duplex*.
5. S. Agathæ Virg. et Mart. *duplex*.
6. S. Titi Episc. et Conf. *duplex, commem.* S. Dorotheæ Virg. Mart.
7. S. Romualdi Abbatis, *duplex*.
8. S. Joannis de Matha Conf. *duplex*.
9. S. Cyrilli Episc. Alexandrini, Conf. et Eccl. Doct. *duplex, commem.* S. Apolloniæ Virg. Mart.
10. S. Scholasticæ Virg. *duplex*.
11. Ss. VII Fundatorum Ord. Servor. B. M. V. Conf. *duplex*.
- 12.
- 13.
14. S. Valentini Presbyt. et Mart.
15. Ss. Faustini et Jovitæ Mart.
- 16.
- 17.
18. S. Simeonis Episc. et Mart.
- 19.
- 20.
- 21.
22. Cathedra S. Petri Antiochiæ, *duplex majus*.
23. S. Petri Damiani Episc. Conf. et Eccl. Doct. *duplex, commem.* Vigiliæ S. Mathiæ.
24. S. Mathiæ Apostoli, *duplex 2. class.*
- 25.
- 26.
- 27.
- 28.

*In anno bissextili mensis Febr. est dierum 29. et festum S. Mathiæ celebratur die 25. Februarii.*

## Martius.

- 1.
- 2.
- 3.
4. S. Casimiri Conf. *semid., comm.* S. Lucii I. Pap. et Mart.
- 5.
- 6.
7. S. Thomæ de Aquino Conf. et Eccl. Doct. *duplex, commem.* Ss. Perpetuæ et Felicitatis Mart.
8. S. Joannis de Deo Conf. *duplex*.
9. S. Francisæ Rom. Vid., *duplex*.
10. Ss. Quadraginta Mart. *semiduplex*.
- 11.

12. S. Gregorii I. Pap., Conf. et Eccl. Doct. *duplex*.
- 13.
- 14.
- 15.
- 16.
17. S. Patritii Episc. et Conf. *duplex*.
18. S. Cyrilli Ep. Hierosolymitani, Conf. et Eccl. Doct. *duplex*.
19. S. Joseph Conf., Sponsi B. M. V. *duplex 1. class.*
- 20.
21. S. Benedicti Abbatis, *duplex majus*.
- 22.
- 23.
- 24.
25. Annuntiatio B. M. V. *duplex 2. class.*
- 26.
27. S. Joannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct. *duplex*.
28. S. Joannis a Capistrano Conf. *semiduplex*.
- 29.
- 30.
31. Feria VI. post Dominicam Passionis. Septem Dolorum B. Mariæ V. *duplex majus. comm.* Feriæ.

## Aprilis.

- 1.
2. S. Francisci de Paula Conf. *duplex*.
- 3.
4. S. Isidori Episc., Conf. et Eccl. Doct. *duplex*.
5. S. Vincentii Ferrerii Conf. *duplex*.
- 6.
- 7.
- 8.
- 9.
- 10.
11. S. Leonis I. Pap., Conf. et Eccl. Doct. *duplex*.
- 12.
13. S. Hermenegildi Mart. *semiduplex*.
14. S. Justini Mart. *duplex, commem.* Ss. Tiburtii, Valeriani et Maximi Mart.
- 15.
- 16.
17. S. Aniceti Pap. et Mart.
- 18.
- 19.
- 20.
21. S. Anselmi Ep., Conf. et Eccl. Doct. *duplex*.
22. Ss. Soteris et Caji Pont. et Mart. *semiduplex*.
23. S. Georgii Mart. *semiduplex*.
24. S. Fidelis a Sigmaringa Mart. *duplex*.

25. S. Marci Evang., *duplex 2. class.*
26. Ss. Cleti et Marcellini Pont. et Mart. *semiduplex.*
- 27.
28. S. Pauli a Cruce Conf. *duplex, commem. S. Vitalis Mart.*
29. S. Petri Mart. *duplex.*
30. S. Catharinæ Senensis Virginis, *duplex.*  
Dominica III. post Pascha. Patrocinii S. Joseph Conf.  
Sponsi B. M. V. *duplex 2. class. commem. Dom.*

## Majus.

1. Ss. Philippi et Jacobi Apost. *duplex 2. class.*
2. S. Athanasii Episc., Conf. et Eccl. Doct. *duplex.*
3. Inventio S. Crucis, *duplex 2. class. comm. Ss. Alexandri I. Papæ, et Soc. Mart., ac S. Juvenalis Episc. et Conf.*
4. S. Monicae Vid., *duplex.*
5. S. Pii V. Pap. et Conf. *duplex.*
6. S. Joannis ante portam Latinam, *duplex majus.*
7. S. Stanislai Episc. et Mart. *duplex.*
8. Apparitio S. Michaëlis Archangeli, *dupl. maj.*
9. S. Gregorii Nazianzeni Episc., Conf. et Eccl. Doct. *duplex.*
10. S. Antonini Episc. et Conf. *duplex, commem. Ss. Gordiani et Epimachi Mart.*
- 11.
12. Ss. Nerei, Achillei et Domitillæ Virg., atque Pancratii Mart. *semiduplex.*
- 13.
14. S. Bonifacii Mart.
- 15.
16. S. Ubaldi Episc. et Conf. *semiduplex.*
17. S. Paschalis Baylon Conf. *duplex.*
18. S. Venantii Mart. *duplex.*
19. S. Petri Cælestini Pap. Cf. *dupl., comm. S. Pudentianæ Vg. et Mart.*
20. S. Bernardini Senensis Conf. *semiduplex.*
- 21.
- 22.
- 23.
- 24.
25. S. Gregorii VII. Pap. et Conf. *duplex, commem. S. Urbani I. Pap. et Mart.*
26. S. Philippi Nerii Conf. *duplex, commem. S. Eleutherii Pap. et Mart.*
27. S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg. *semiduplex, commem. S. Joannis Pap. et Mart.*
28. S. Augustini Episc. et Conf. *duplex.*
- 29.
30. S. Felicis I. Pap. et Mart.
31. S. Angelæ Mericiæ Virg. *duplex, commem. S. Petronillæ Virg. Feria VI. post Oct. Ss. Corporis Christi. Sacrat. Cordis Jesu, duplex majus.*

## Junius.

- 1.
2. Ss. Marcellini, Petri, atque Erasmi Mart.
- 3.
4. S. Francisci Caracciolo Conf. *duplex.*
5. S. Bonifacii Episc. et Mart. *duplex.*
6. S. Norberti Episc. et Conf. *duplex.*
- 7.
- 8.
9. Ss. Primi et Feliciani Mart.
10. S. Margaritæ Reg. Scotiæ, Vid., *semiduplex.*
11. S. Barnabæ Apost. *duplex majus.*
12. S. Joannis a S. Facundo Conf. *duplex, commem. Ss. Basilidis, et Soc. Mart.*
13. S. Antonii de Padua Conf. *duplex.*
14. S. Basillii Magni Episc., Conf. et Eccl. Doct. *duplex.*
15. Ss. Viti, Modesti, atque Crescentiæ Mart.
- 16.
- 17.
18. Ss. Marci et Marcelliani Mart.
19. S. Julianæ de Falconeriis Virg. *duplex, commem. Ss. Gervasii et Protasii Mart.*
20. S. Silverii Pap. et Mart.
21. S. Aloysii Gonzagæ Conf. *duplex.*
22. S. Paulini Episc. et Conf.
23. Vigilia.
24. Nativitatis S. Joannis Baptistæ. *duplex 1. class.*
25. S. Gulielmi Abbatis, *duplex, commem. Oct.*
26. Ss. Joannis et Pauli Mart. *duplex, commem. Oct.*
27. De Octava Nativ. S. Joannis, *semiduplex.*
28. S. Leonis II. Pap. et Conf. *semid., comm. Oct. et Vigil.*
29. Ss. Petri et Pauli Apost. *duplex 1. classis.*
30. Commemoratio S. Pauli Apost. *duplex majus, commem. Oct. Nativ. S. Joannis.*

## Julius.

- Dominica I. Julii. Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.  
*dupl. 2. class. commem. Dom.*
1. Octava S. Joannis Baptistæ, *dupl., commem. Oct. Ss. Apost.*
  2. Visitatio B. M. V. *dupl. 2. class. commem. Ss. Mart. Pro-  
cessi et Martiniani.*
  3. De Octava Ss. Apost. *semiduplex.*
  4. De Octava.
  5. Ss. Cyrilli et Methodii Pont. et Conf. *dupl., commem. Oct.*
  6. Octava Ss. Apost. Petri et Pauli, *duplex.*
  - 7.
  8. S. Elisabeth Reginæ Portugalliæ Vid. *semiduplex.*
  - 9.

10. Ss. Septem Fratrum Martyrum et Ss. Rufinæ ac Secundæ Virg. et Mart. *semiduplex*.
11. S. Pii I. Pap. et Mart.
12. S. Joannis Gualberti Abbatis, *duplex, commem.* Ss. Naboris et Felicis Mart.
13. S. Anacleti Pap. Mart. *semiduplex*.
14. S. Bonaventuræ Episc., Conf. et Eccl. Doct. *duplex*.
15. S. Henrici Imperat. Conf. *semiduplex*.
16. B. M. V. de Monte Carmelo, *duplex majus*.
17. S. Alexii Conf. *semiduplex*.
18. S. Camilli de Lellis Conf. *duplex, commem.* Ss. Symphorosæ, et septem Filiorum ejus Mart.
19. S. Vincentii a Paulo Conf. *duplex*.
20. S. Hieronymi Æmiliani Conf. *duplex commem.* S. Margaritæ Virg. et Mart.
21. S. Praxedis Virginis.
22. S. Mariæ Magdalenæ, Pœnitent. *duplex*.
23. S. Apollinaris Ep. Mart. *dupl. comm.* S. Liborii Ep. Conf.
24. Vigilia, *commem.* S. Christinæ Virg. et Mart.
25. S. Jacobi Apost. *dupl. 2. cl. comm.* S. Christophori Mart.
26. S. Annæ. Matris B. M. V. *dupl. 2. class.*
27. S. Pantaleonis Mart.
28. Ss. Nazarii, Celsi, Victoris I. Pap. Martyrum, ac Innocentii I. Pap. et Conf. *semiduplex*.
29. S. Marthæ Virg. *semiduplex, commem.* Ss. Felicis II. Pap., et Simplicii, Faustini et Beatricis Mart.
30. Ss. Abdon et Sennen Mart.
31. S. Ignatii de Lojola Conf. *duplex*.

Augustus.

1. S. Petri ad Vincula, *duplex majus, comm.* Ss. Machabæorum Mart.
2. S. Alphonsi Mariæ de Ligorio Episc., Conf. et Eccl. Doct. *duplex, commem.* S. Stephani I. Pap. et Mart.
3. Inventio S. Stephani Protomartyris, *semiduplex*.
4. S. Dominici Conf. *duplex majus*.
5. Dedicatio S. Mariæ ad Nives, *duplex majus*.
6. Transfiguratio D. N. J. C. *duplex majus, comm.* Ss. Xysti II. Pap., Felicissimi et Agapiti Mart.
7. S. Cajetani Conf. *duplex, comm.* S. Donati Ep. et Mart.
8. Ss. Cyriaci, Largi et Smaragdi Mart. *semiduplex*.
9. Vigilia, *commem.* S. Romani Mart.
10. S. Laurentii Mart. *dupl. 2. class.*
11. De Octava, *semid., comm.* Ss. Tiburtii et Susannæ Mm.
12. S. Claræ Virg. *duplex, commem.* Octav.
13. De Octava, *semid., comm.* Ss. Hippolyti et Cassiani Mm.
14. De Octava, *semid., comm.* Vigil. ac S. Eusebii Conf.
15. Assumptio B. Mariæ Virg. *dupl. 1. class.*  
Dominica infra Octavam Assumpt. S. Joachim Confess.,  
Patris B. M. V. *duplex 2. class. comm. Dom.*

16. S. Hyacinthi Confess. *duplex, commem.* Octav. Assumptionis et S. Laurentii.
17. Oct. S. Laurentii Mart., *dupl., comm.* Oct. Assumpt.
18. De Octava, *semiduplex, commem.* S. Agapiti Mart.
19. De Octava.
20. S. Bernardi Abb., Conf. et Eccl. Doct. *dupl., comm.* Oct.
21. S. Joannæ Francisæ Fremiot de Chantal Viduæ, *duplex, comm.* Octavæ.
22. Octava Assumptionis B. M. V., *duplex, comm.* Ss. Timothei et Soc. Mart.
23. S. Philippi Benitii Conf. *duplex, commem.* Vigiliæ.
24. S. Bartholomæi Apost., *dupl. 2. class.* (Romæ die 25.)
25. S. Ludovici Regis Conf., *semiduplex.* (Romæ die 26.)
26. S. Zephyrini Pap. et Mart.
27. S. Josephi Calasanctii Confess. *duplex*.
28. S. Augustini Episc., Conf. et Eccl. Doct. *duplex, commem.* S. Hermetis Mart.
29. Decollatio S. Joannis Baptistæ, *duplex majus, commem.* S. Sabinæ Mart.
30. S. Rosæ Limanæ Virg., *dupl., comm.* Ss. Felicis et Adaucti Mart.
31. S. Raymundi Nonnati Confess. *duplex*.

September.

1. S. Ægidii Abbatis, *commem.* Ss. duodecim Fratrum Mart.
2. S. Stephani Hung. Regis, Conf. *semiduplex*.
- 3.
- 4.
5. S. Laurentii Justiniani Episc. et Conf. *semiduplex*.
- 6.
- 7.
8. Nativitatis B. M. V. *dupl. 2. cl., comm.* S. Adriani Mart.  
Dominica infra Octav. Nativitatis B. M. V. Ss. Nominis ejusdem B. M. V. *duplex majus, commem.* Dom.
9. De Octava, *semiduplex, commem.* S. Gorgonii Mart.
10. S. Nicolai de Tolentino Conf. *duplex, commem.* Oct.
11. De Octava, *semid., comm.* Ss. Proti et Hyacinthi Mart.
12. De Octava.
13. De Octava.
14. Exaltatio S. Crucis, *duplex majus, commem.* Octav.
15. Octava Nativit. B. M. V. *dupl., comm.* S. Nicomedis Mart.  
Dominica III. Sept. VII Dolorum B. Mariæ Virg. *duplex majus, commem.* Domin.
16. Ss. Cornelii et Cypriani Pont. et Mart. *semidupl., commem.* Ss. Ephemie et Sociorum Martyrum.
17. Impressio Sacrorum Stigmatum S. Francis Conf. *dupl.*
18. S. Josephi a Cupertino Conf. *duplex*.
19. Ss. Januarii Episc. et Soc. Mart. *duplex*.
20. Ss. Eustachii et Sociorum Mart. *duplex, commem.* Vigil.
21. S. Matthæi Apostoli et Evang. *duplex 2. class.*

- 22. S. Thomæ de Villanova Episc. et Confessoris *duplex, commem.*  
Ss. Mauritii et Sociorum Mart.
- 23. S. Lini Pap. et Mart. *semiduplex, commem.* S. Theclæ Virg.  
et Mart.
- 24. B. Mariæ Virginis de Mercede, *duplex majus.*
- 25.
- 26. Ss. Cypriani et Justinæ Virg. Mart.
- 27. Ss. Cosmæ et Damiani Mart. *semiduplex.*
- 28. S. Wenceslai Ducis Mart. *semiduplex.*
- 29. Dedicatio S. Michaëlis Archangeli, *dupl. 2. class.*
- 30. S. Hieronymi Presbyt., Conf. et Eccl. Doct. *duplex.*

October.

Dominica I. Octobris. Solemnitas Ss. Rosarii B. M. V.  
*duplex majus, commem. Domin.*

- 1. S. Remigii Episcopi et Confess. *semiduplex ad libitum, vel simplex de præcepto.*
- 2. Ss. Angelorum Custodum, *duplex majus.*
- 3.
- 4. S. Francisci Conf. *duplex majus.*
- 5. Ss. Placidi et Sociorum Mart.
- 6. S. Brunonis Conf. *duplex.*
- 7. S. Marci Pap. et Conf. *commem.* Ss. Sergii et Soc. Mart.
- 8. S. Birgittæ Vid., *duplex.*
- 9. Ss. Dionysii Episc., Rustici et Eleutherii Mart. *semidupl.*
- 10. S. Francisci Borgiæ Conf. *semiduplex.*
- 11.
- 12.
- 13. S. Eduardi Regis Conf. *semiduplex.*
- 14. S. Callisti I. Pap. et Mart. *duplex.*
- 15. S. Teresiæ Virg., *duplex.*
- 16.
- 17. S. Hedwigis Vid., *semiduplex.*
- 18. S. Lucæ Evangelistæ, *duplex 2. class.*
- 19. S. Petri de Alcantara Conf. *duplex.*
- 20. S. Joannis Cantii Conf. *duplex.*
- 21. S. Hilarionis Abb., *comm.* Ss. Ursulæ et Soc. Virg. Mart.
- 22.
- 23.
- 24.
- 25. Ss. Chrysanthi et Dariæ Mart.
- 26. S. Evaristi Pap. et Mart.
- 27. Vigilia.
- 28. Ss. Simonis et Judæ Apostolor. *duplex 2. class.*
- 29.
- 30.
- 31. Vigilia.

November.

- 1. Omnium Sanctorum. *duplex 1. class.*
- 2. De Octava. *semid.* Commem. Omnium Fidelium Defunct. sub  
ritu *duplici.*
- 3. De Octava.
- 4. S. Caroli Episc. et Conf. *dupl., comm.* Octavæ et Ss. Vitalis et  
Agricolæ Mart.
- 5. De Octava.
- 6. De Octava.
- 7. De Octava.
- 8. Octava Omnium Sanctor. *duplex, commem.* Ss. Quatuor Corona-  
torum Martyrum.
- 9. Dedicatio Basilicæ Ss. Salvatoris *duplex, commem.* S. Theo-  
dori Mart.
- 10. S. Andreae Avellini Conf. *duplex, comm.* Ss. Tryphonis, et Soc.  
Martyrum.
- 11. S. Martini Episc. et Conf. *duplex, commem.* S.-Mennæ Mart.
- 12. S. Martini I. Pap. et Mart. *semiduplex.*
- 13. S. Didaci Conf. *semiduplex.*
- 14. S. Josaphat Episc. et Mart. *duplex.*
- 15. S. Gertrudis Virg. *duplex.*
- 16.
- 17. S. Gregorii Thaumaturgi Episc. et Conf. *semiduplex.*
- 18. Dedicatio Basilicarum Ss. Petri et Pauli Apost. *duplex.*
- 19. S. Elisabeth Viduæ, *duplex, commemor.* S. Pontiani Pap. et  
Martyris.
- 20. S. Felicis de Valois Conf. *duplex.*
- 21. Præsentatio B. M. V. *duplex majus.*
- 22. S. Cæcilie Virg. et Mart. *duplex.*
- 23. S. Clementis I. Pap. et Mart. *duplex, commem.* S. Felicitatis  
Mart.
- 24. S. Joannis a Cruce Conf. *dupl., comm.* S. Chrysogoni Mart.
- 25. S. Catharinæ Virg. et Mart. *duplex.*
- 26. S. Silvestri Abb. *duplex, comm.* S. Petri Alexandrini Ep. Mart.
- 27.
- 28.
- 29. Vigilia, et *commem.* S. Saturnini Mart.
- 30. S. Andreae Apost. *duplex 2. class.*

December.

- 1.
- 2. S. Bibianæ Virg. et Mart. *semiduplex.*
- 3. S. Francisci Xaverii Conf. *duplex.*
- 4. S. Petri Chrysologi Episc., Conf. et Eccl. Doct. *duplex, comm.*  
S. Barbaræ Virg. et Mart.
- 5. S. Sabbæ Abbatis *commem.*
- 6. S. Nicolai Episc. et Conf. *duplex.*
- 7. S. Ambrosii Episc., Conf. et Eccl. Doct. *duplex, Vigilia.*

8. Immaculata Conceptio B. M. V. *dupl. 1. cl.*
9. De Octava, *semiduplex.*
10. De Octava, *comm. S. Melchiadis Pap. et Mart.*
11. S. Damasi I. Pap. et Conf. *semid. comm. Octavæ.*
12. De Octava.
13. S. Luciae Virg. et Mart. *duplex, commem. Octavæ.*
14. De Octava.
15. Octava Immac. Concept. B. M. V. *duplex.*
16. S. Eusebii Episc. et Mart. *semiduplex.*
- 17.
- 18.
- 19.
20. *Vigilia.*
21. S. Thomæ Apost. *duplex 2. class.*
- 22.
- 23.
24. *Vigilia.*
25. Nativitas D. N. J. Chr. *duplex 1. class.*
26. S. Stephani Protomart. *dupl. 2. cl., comm. Oct.*
27. S. Joannis Apostoli et Evang. *duplex 2. class., commem. Octavæ.*
28. Ss. Innocentium Mart., *dupl. 2. cl. comm. Oct.*
29. S. Thomæ Cantuariensis Episc. et Mart. *semiduplex, comm. Octavæ.*
30. De Dominica infra Oct. Nativ. vel de Octava, *commem. aliarum Octavarum.*
31. S. Silvestri I. Pap. et Conf. *duplex, commem. Octavarum.*



COMPENDIUM  
ANTIPHONARII ET BREVIARII ROMANI.

---



## PSALTERIUM DISPOSITUM PER HEBDOMADAM.

### Dominica ad Laudes.

℣. Deus in adiutorium. ℞. Dómine ad adjuvandum me. p. 2\*.

*A Dominica post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam, et ab Octava Pentecostes usque ad Adventum.*

1. Ant.  L - le - lú - ja. E u o u a e.

*Psalmus 92.*

Dóminus regnávít, decórem indútus est: \* indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.

Etenim firmávit orbem terræ, \* qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc: \* a sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine: \* elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, \* a vóci bus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: \* mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: \* domum tuam decet sanctitúdo Dómine in longitúdinem diérum.

Glória Patri, et Filio, \* et Spirítui sancto:

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, \* et in sæcula sæculórum. Amen.

*Hic versus Glória Patri. semper dicitur in fine omnium Psalmorum, nisi aliter notetur.*

*Psalmus 99.*

Jubiláte Deo omnis terra: \* servite Dómino in lætítia. Introíte in conspéctu ejus, \* in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus: \* ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Pópulus ejus, et oves páscuæ ejus: \* introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen ejus: quóniam suávis est Dóminus, in ætérnum misericórdia ejus, \* et usque in generatióne[m] et generatióne[m] véritas ejus.

*Psalmus 62.*

D Deus Deus meus \* ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, \* quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, et ínvia, et inaquósa: \* sic in sancto apparúi tibi, ut vidérem virtútem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua, super vitas: \* lábia mea laudábunt te.



Sic benedicam te in vita mea:  
\* et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea: \* et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: \* quia fuísti adjútor meus.


Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, adhæsit ánima mea post te: \* me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, introibunt in inferiora terræ: \* tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, laudábuntur omnes qui jurant in eo: \* quia obstrúctum est os loquéntium iniqua.

*Hic non dicitur Glória Patri.*

1. Ant.



2. Ant.



VIII. 1.

*Canticum trium puerorum.*

*Dan. 3. e.*

Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino: \* laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino: \* benedícite cœli Dómino.

Benedícite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Dómino: \* benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna Dómino: \* benedícite stellæ cœli Dómino.

Benedícite omnis imber et ros Dómino: \* benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis et æstus Dómino: \* benedícite frigus et æstus Dómino.

*Psalmus 66.*

Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: \* illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam: \* in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confíteántur tibi pópuli Deus: \* confíteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent gentes: \* quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terra dirigis.

Confíteántur tibi pópuli Deus, confíteántur tibi pópuli omnes: \* terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: \* et métuant eum omnes fines terræ.

*Glória Patri. -*

Benedícite omnes béstiæ et pécora Dómino: \* benedícite filii hóminum Dómino.

Benedícat Israël Dóminum: \* laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino: \* benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus, et animæ justórum Dómino: \* benedícite sancti, et húmiles corde Dómino.

Benedícite Anania, Azaria,


Misaël Dómino: \* laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Fili-um cum sancto Spíritu: \* laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cœli: \* et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

*Hic non dicitur Glória Patri, neque Amen; in aliis Canticis dicuntur.*

2. Ant.



3. Ant.



VIII. 1.

*Psalmus 148.*

Laudáte Dóminum de cœlis: \* laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus: \* laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna: \* laudáte eum omnes stellæ, et lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum: \* et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: \* ipse mandávit, et creata sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: \* præcéptum pósuit, et non præteribit.

Laudáte Dóminum de terra, \* dracones, et omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: \* quæ faciunt verbum ejus:

Montes, et omnes colles: \* ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstiæ, et unívrsa pécora: \* serpéntes, et vólucres pennatæ:

Reges terræ, et omnes pópuli: \* principes, et omnes júdices terræ.

Júvenes, et vírgines: senes cum junióribus laudent nomen Dómini: \* quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cœlum, et terram: \* et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: \* filiis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

*Hic non dicitur Glória Patri.*

*Psalmus 149.*

Cantáte Dómino cánticum novum: \* laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit eum: \* et filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: in týmpano, et psaltério psallant ei:

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: \* et exaltábit mansuétos in salutem.

Exsultábunt sancti in glória:  
\* lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture  
eórum: \* et gládii ancípites in  
mánibus eórum:

Ad faciéndam vindíctam in  
natióibus: \* increpatiões in  
pópulis.

Ad alligádos reges eórum in  
compédibus: \* et nóbiles eórum  
in mánicis férreis.

Ut faciánt in eis judícium con-  
scriptum: \* glória hæc est ó-  
mnibus sanctis ejus.

*Hic non dicitur Glória Patri.*

*Psalms 150.*


Laudáte Dóminum in sanctis  
ejus: \* laudáte eum in fir-  
maménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus  
ejus: \* laudáte eum secúndum  
multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ:  
\* laudáte eum in psaltério, et  
cithara.



Laudáte eum in týmpano, et  
choro: \* laudáte eum in chordis,  
et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis be-  
nesonántibus: laudáte eum in  
cýmbalis jubilatiónis: \* omnis  
spíritus laudet Dóminum.



3. Ant.   
Al-le-lú-ja, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja.


*Tempore Paschali.*


1. Ant.   
VIII. 1. Al-le-lú-ja. *Ps. 92. 99. 62. 66. ut supra pag. 1.*

1. Ant.   
Al-le-lú-ja, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja,  
  
Al-le-lú-ja, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja.

2. Ant.   
VI. Sur-ré-xit Chri-stus. *Cant. Benedícite. pag. 2.*

2. Ant.   
Sur-ré-xit Chri-stus de sepúlchro, qui li-be-rá-vit  
  
tres pú-e-ros de ca-mí-no i-gnis ar-dén-tis, al-le-lú-ja.

3. Ant.   
VI. Al-le-lú-ja. *Ps. 148. 149. 150. ut supra pag. 3.*

3. Ant.   
Al-le-lú-ja, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja.

*Sequens Capitulum dicitur in Dominicis a II. post Epiph. usque ad Septuagesimam, et a Dominica III. post Pentecosten usque ad Adventum.*


*Capitulum.*

*Apoc. 7. c.*

Benedictio, et cláritas, et sapiéntia, et gratiárum áctio, honor, et  
virtus, et fortitúdo Deo nostro in sæcula sæculórum. Amen.  
R. Deo grátias.


*Sic respondetur in fine omnium Capitulorum (pag. 15\*).*


*Quando ad Nocturnum dicitur Hymnus Primo die, ad Laudes dicitur sequens*


Hymnus.   
IV. 1. Æ-térne re-rum Cón-di-tor, noctem di-ém-que qui


  
re-gis, et tém-po-rum das tém-po-ra, ut ál-le-ves fa-stí-di-um.


2. Noctúrna lux vi-án-ti-bus a nocte noctem sé-gre-gans, præ-co


  
di-é-i jam so-nat, ju-bár-que so-lis é-vo-cat. 3. Hoc ex-ci-tá-tus


  
Lú-ci-fer solvit po-lum ca-lí-gi-ne, hoc omnis er-rónum co-hors


  
vi-am no-cén-di dé-se-rit. 4. Hoc nauta vi-res cól-li-git, pon-


  
tique mi-téscunt fre-ta: hoc, ipsa pe-tra Ec-clé-si-æ, ca-nénte,


  
cul-pam dí-lu-it. 5. Sur-gá-mus ergo stré-nu-e: gal-lus ja-cén-

  
tes éx-ci-tat, et somno-léntos íncrepat, gal-lus negántes árgu-it.

  
6. Gal-lo ca-nénte spes red-it, ægris sa-lus re-fún-di-tur, mucro

  
la-trónis cón-di-tur, lapsis fi-des re-vér-ti-tur. 7. Je-su la-bántes

  
ré-spi-ce, et nos vi-dén-do cór-ri-ge: si ré-spi-cis, la-bes ca-

  
re-spi-ce, et nos vi-dén-do cór-ri-ge: si ré-spi-cis, la-bes ca-

dunt, fle-tú-que cul-pa sól-vi-tur. 8. Tu lux re-fúl-ge sénsi-bus,  
 men-tis-que somnum dí-s-cu-te: te nostra vox pri-mum so-net,  
 et vo-ta sol-vá-mus ti-bi. 9. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, e-jús-  
 que so-li Fí-li-o, cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, nunc, et per  
 om-ne sæ-cu-lum. A - men.

Quando ad Nocturnum dicitur Hymnus. Nocte surgentes. ad Laudes dicitur

Hymnus. IV.

Ec-ce jam no-ctis te-nu-á-tur umbra, lux et  
 au-ró-ræ rú-ti-lans co-rú-scat: súp-pli-ces re - rum Dómi-num  
 ca-nó-ra vo-ce pre-cé-mur: 2. Ut re-os cul-pæ mi-se-rá-tus,  
 o-mnem pel-lat an-gó-rem, trí-bu-at sa-lú-tem, do-net et  
 no - bis bo-na sem-pi-térnæ mú-ne-ra pa-cis. 3. Præstet hoc  
 no-bis Dé-i-tas be-á-ta Pa-tris, ac Na-ti, pa-ri-tér-que  
 san-cti Spí-ri-tus, cu - jus ré-so-nat per o-mnem gló-ri-a  
 mun-dum. A - men.

Per Annum. V. Dóminus regnavit, decórem induit.  
 R. Induit Dñs fortitudinem, et præcinxit se virtúte.

A Septuag. usque ad Quadrag., V. Dómine refúgium factus es nobis. R. A generatióne et progénie.

In Adventu, in Quadrag., Temp. Passionis et Temp. Pasch., Hymn. et V. habentur proprii, in proprio de Temp.

Canticum Zachariæ. Lucæ 1. g. Benedictus Dóminus Deus Is-raël, \* quia visitávit, et fecit redemptiõem plebis suæ:

Et eréxit cornu salutis nobis: \* in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, \* qui a sæculo sunt, prophetárum ejus:

Salútem ex inimicis nostris, \* et de manu ómnium, qui odérunt nos:

Ad faciendam misericórdiam cum pátribus nostris: \* et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, \* dáturum se nobis:

Ut sine timóre, de manu ini-

micórum nostrórum liberáti, \* serviámus illi.

In sanctitáte, et justitia coram ipso, \* ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altissimi vocáberis: \* præfabis enim ante faciém Dómini paráre vias ejus:

Ad dandam sciéntiam salutis plebi ejus: \* in remissionem peccatórum eórum:

Per viscera misericórdiæ Dei nostri: \* in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent: \* ad dirigéndo pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri.

Deinde dicitur Antiph. et Orat. propria, et post eam, si occurrat eo die aliquod festum Simplex, vel ad modum Simplicis recolendum, fit de eo Com. Postremo (si id tempus requirat) fiunt Comm. de S. Maria, de S. Joseph, de Apostolis et de Patrono Eccl. in ordine aliarum Comm. secundum illius dignitatem, et ultimo loco de Pace, ut infra in Vesp. Sabb.

In fine, si discedendum sit a choro, dic. una ex Ant. B. Mariæ, ut habetur infra post Completorium.

Dominica ad Primam.

Pater noster. Ave Maria. Credo. p. 1\*. Deus in adjutórium. p. 2\*.

Hymnus. Jam lucis. in Dominicis per Annum, quando non variatur secundum tonum solemnitatum occurrentium (pag. 19\*), ut suis locis notatur.

Hymnus. II.

Am lu-cis or-to sí-de-re De-um pre-cé-  
 mur súp-pli-ces, ut in di-úr-nis á-cti-bus nos ser-vet a no-  
 cénti-bus. 2. Ling-uam refré-nans tém-pe-ret, ne li-tis horror

in-so-net: vi-sum fovéndo cónte-gat, ne va-ni-tá-tes háu-ri-at.

3. Sint pu-ra cordis ín-ti-ma, ab-si-stat et ve-córdi-a: carnis te-rat-su-pérbi-am po-tus ci-bí-que pár-ci-tas. 4. Ut cum di-es abs-césse-rit, noctémque sors re-dú-xe-rit, mundi per absti-nénti-am ip-si ca-ná-mus gló-ri-am. 5. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, e-jús-que so-li Fí-li-o, cum Spi-ri-tu Pa-rá-cli-to, nunc, et per o-mne sæ-cu-lum. A - men.

*Hic Tonus variatur secundum tonum solemnitatum occurrentium ut suis locis notatur.*

*In Dominicis per Annum.*

Antiph. VIII. 1. Al-le-lú-ja. E u o u a e.

*Psalmus 53.*

Deus in nómine tuo salvum me fac: \* et in virtúte tua júdica me.

Deus exáudi oratióem meam: \* aúribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, et fortes quæsi-é-runt ánimam meam: \* et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me: \* et Dóminus suscéptor est áni-mæ meæ.

Avérte mala inimicis meis: \* et in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi, \* et confitébor nómini tuo Dómi-ne: quóniam bonum est:

Quóniam ex omni tribulatióne eripuisti me: \* et super inimicos meos despéxit óculus meus.

*Sequens Psalm. Confitémini dicitur tantum in Dominicis, quando fit Officium de Dominica, ut in Psalterio, præterquam in Dom. a Pascha usque ad Pentecosten. A Septuages. vero usque ad Pascha ejus loco dicitur Psalm. Dóminus regnávít. p. 1.*

*Psalmus 117.*

Confitémini Dómino quóniam bonus: \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israël quóniam bonus: \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum: \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum: \* et exáudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor: \* non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor: \* et ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Dómino, \* quam confidere in hómine:

Bonum est speráre in Dómino, \* quam speráre in princípibus.

Omnes gentes circuíerunt me: \* et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me: \* et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, et exarsérunt sicut ignis in spinis: \* et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cáderem: \* et Dóminus suscepit me.

Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus: \* et factus est mihi in salútem.

Vox exsultatiónis, et salútis \* in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem: déxtera Dómini exaltávit me, \* déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam: \* et narrábo ópera Dómini.

Castigans castigávit me Dóminus: \* et morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas justítie, ingressus in eas confitébor Dómino: \* hæc porta Dómini, justi intrábrunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exáudísti me: \* et factus es mihi in salútem.

Lápidem, quem reprobavé-

runt ædificántes: \* hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud: \* et est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus: \* exsultémus, et lætémur in ea.

O Dómine salvum me fac, o Dómine, bene prosperáre: \* benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: \* Deus Dóminus, et illúxit nobis.

Constitúite diem solénnem in condénsis, \* usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, et confitébor tibi: \* Deus meus es tu, et exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exáudísti me: \* et factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus: \* quóniam in sæculum misericórdia ejus.

*Psalmus 118.*

Beáti immaculáti in via: \* qui ambulánt in lege Dómini.

Beáti, qui scrutántur testimónia ejus: \* in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, \* in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti \* mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, \* ad custodiédas justificatiónes tuas!

Tunc non confúndar, \* cum perspéxero in ómnibus mandá-tis tuis.

Confitébor tibi in directiÓne cordis: \* in eo quod didici júdicia justítie tuæ.

Justificatiónes tuas custódi-am: \* non me derelinquas us-quequáque.

In quo corrigit adolescentior viam suam? \* in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te: \* ne repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua: \* ut non peccem tibi.

Benedictus es Domine: \* doce me justificationes tuas.

In labiis meis, \* pronuntiavi omnia iudicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum, \* sicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercabor: \* et considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis meditabor: \* non obliviscar sermones tuos.

Retribuere servo tuo, vivifica me: \* et custodiam sermones tuos.

Revela oculos meos: \* et considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: \* non abscondas a me mandata tua.

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas, \* in omni tempore.

Incepisti superbos: \* maledicti qui declinant a mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium, et contemptum: \* quia testimonia tua exquisivi.

Etenim sederunt principes, et adversum me loquebantur: \* servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

Nam et testimonia tua meditatio mea est: \* et consilium meum justificationes tuas.

Adhaesit pavimento anima mea: \* vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi, et exaudivisti me: \* doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum

instrue me: \* et exercabor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea praetudio: \* confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove a me: \* et de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi: \* iudicia tua non sum oblitus.

Adhaesi testimoniis tuis, Domine: \* noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, \* cum dilatasti cor meum.

*Sequens Symbolum dicitur in Dominicis tantum, quando fit Officium de Dominica, ut in Psalt., et in Festo Ss. Trinitatis.*

*Symbolum S. Athanasii.*

Quicumque vult salvus esse, \* ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem:

Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, \* absque dubio in aeternum peribit.

Fides autem catholica haec est: \* ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur.

Neque confundentes personas, \* neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, \* alia Spiritus sancti:

Sed Patris, et Filii, et Spiritus sancti una est divinitas, \* aequalis gloria, coaeterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius, \* talis Spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, \* increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, \* immensus Spiritus sanctus.

Aeternus Pater, aeternus Filius, \* aeternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres aeterni, \* sed unus aeternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi, \* sed unus increatus, et unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, \* omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, \* sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, \* Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dii: \* sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, \* Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini: \* sed unus est Dominus.

Quia, sicut singillatim unamquamque personam Deum ac Dominum confiteri christiana veritate compellimur: \* ita tres Deos aut Dominos dicere catholica religio prohibetur.

Pater a nullo est factus: \* nec creatus, nec genitus.

Filius a Patre solo est: \* non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus a Patre et Filio: \* non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: \* unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil majus aut minus: \* sed totae tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales.

Ita ut per omnia, sicut iam supra dictum est, \* et unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, \* ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad aeternam salutem, \* ut Incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, ut cre-

damus et confiteamur, \* quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est.

Deus est ex substantia Patris ante saecula genitus: \* et homo est ex substantia matris in saeculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: \* ex anima rationali, et humana carne subsistens.

Aequalis Patri secundum divinitatem: \* minor Patre secundum humanitatem.

Qui, licet Deus sit et homo, \* non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversione divinitatis in carnem; \* sed assumptione humanitatis in Deum.

Unus omnino, non confusione substantiae, \* sed unitate personae.

Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo: \* ita Deus et homo unus est Christus.


Qui passus est pro salute nostra: descendit ad inferos: \* tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: \* inde venturus est iudicare vivos et mortuos.

Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: \* et reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam: \* qui vero mala, in ignem aeternum.

Haec est fides catholica, \* quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. Gloria Patri.

Antiph.   
per Annum. Al-le-lu-ja, al-le-lu-ja, al-le-lu-ja.

*Capitulum.*

*I. Tim. 1. d.*

Regi saeculorum immortali et invisibili, soli Deo honor et gloria in saecula saeculorum. Amen. R. Deo gratias.

*R. br.* Chri-ste Fi-li De-i vi-vi, \* Mi-se-ré-re no-bis.  
Et repet.: Christe Fili Dei vivi, miserere nobis.

*V.* Qui se-des ad dex-te-ram Pa-tris. *R.* Miserere nobis.  
*V.* Glória Patri. pag. 20\*. *R.* Christe Fili Dei.

*V.* Exsúrge Christe, ádjuva nos.  
*R.* Et libera nos propter nomen tuum.

*Sequ. Preces non dic. in Duplicibus, nec infra Oct., sed tunc dicto R. br. dicitur Dñs vobiscum, et Orat. Dómine Deus omnipotens, ut infra pag. 13.*

*Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.*  
*Pater noster, secreto usque ad V.* Et ne nos indúcas in tenta-tiónem. *R.* Sed libera nos a malo.

*Credo in Deum, secreto usque ad V.* Carnis resurrectionem.  
*R.* Vitam ætérnam. Amen.

*V.* Et ego ad te, Dómine, clamávi. *R.* Et mane orátio mea præveniet te. *V.* Repleátur os meum laude. *R.* Ut cantem glóriam tuam, tota die magnitúdinem tuam. *V.* Dómine, avérte faciém tuam a peccátis meis. *R.* Et omnes iniquitates meas dele.

*V.* Cor mundum crea in me, Deus. *R.* Et spíritum rectum innova in viscéribus meis. *V.* Ne projicias me a fácie tua. *R.* Et Spíritum sanctum tuum ne áuferas a me. *V.* Redde mihi lætítiam salutáris tui. *R.* Et spíritu principáli confirma me. *V.* Adjutórium nostrum in nómine Dómini. *R.* Qui fecit cælum et terram.

*Deinde Hebdomadarius facit Confessionem.*

**C**onfíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis, fratres, quia peccávi nimis cogitátione, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Virginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

*Chorus respondet:*

**M**isereátur tui omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis tuis, per-dúcat te ad vitam ætérnam. *R.* Amen.

*Deinde repetit Confessionem, et ubi dicitur vobis, fratres, et vos, fratres, dicatur tibi, Pater, et te, Pater.*

*Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit:*

**M**isereátur vestri omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. *R.* Amen.

**I**ndulgéntiam, absolutiónem et remissionem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus. *R.* Amen.

*Et proseguitur: V.* Dignáre, Dómine, die isto. *R.* Sine peccáto nos custodíre. *V.* Miserere nostri, Dómine. *R.* Miserere nostri.

*V.* Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos. *R.* Quemádmódum sperávimus in te. *V.* Dómine exáudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te véniat. *V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spíritu tuo,

Orémus.

*Oratio.*

**D**ómine Deus omnipotens, qui ad princípium hujus diéi nos venire fecísti; tua nos hódie salva virtúte, ut in hac die ad nul-lum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciéndam nostra procédant elóquia, dirigántur cogitátiones et ópera. Per Dñm.

*V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spíritu tuo.  
*V.* Benedicámus Dómino. *R.* Deo grátias. pag. 19\*, 8.

*Deinde in Choro legitur Martyrolog. Et quando dicenda est Prima de beata Maria, præponitur lectioni Martyrol.*

*Postea Hebdomadarius dicit: V.* Pretiósá in conspéctu Dómini. *R.* Mors sanctórum ejus. *Et absolute sine Orémus.*

*Oratio.*

**S**ancta María et omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dómi-num: ut nos mereámur ab eo adjuvári et salvári, qui vivit et regnat in sæcula sæculórum. *R.* Amen.

*V.* Deus in adjutórium meum inténde.

*R.* Dómine, ad adjuvándum me festína.

*Et dicitur ter; ultimo additur Glória Patri. Sicut erat.*

*Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison. Pater noster, secreto.*  
*V.* Et ne nos indúcas in tentatiónem. *R.* Sed libera nos a malo.  
*V.* Réspice in servos tuos, Dómine, et in ópera tua, et dirige filios eórum.

*R.* Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, et ópera má-num nostrárum dirige super nos, et opus mánuum no-strárum dirige. *V.* Glória Patri. *R.* Sicut erat.

Orémus.

*Oratio.*

**D**irigere et sanctificáre, régere et gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex cœli et terræ, hódie corda et córpora nostra, sensus, sermónes et actus nostros in lege tua, et in opéribus mandatórum tuórum: ut hic, et in ætérnum, te auxiliánte, salvi et líberi esse mereámur, Salvátor mundi: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. *R.* Amen. *V.* Jube, domne, benedicere.

*Bened.* Dies et actus nostros in sua pace dispónat Dóminus omnipotens. *R.* Amen.

D<sup>e</sup>us, qui per resurrectionem Filii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificâre dignátus es: præsta quæsumus; ut per ejus Genitricem Virginem Mariam perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

*A I. Vesp. Festi Ss. Trinitatis usque ad Nonam Sabbati ante Adventum,*

Antiph. I.-II. Sal-ve Re-gí - na, ma-ter mise-ri-cór - di-æ,  
vi - ta, dul-cé - do et spes no - stra, sal - ve. Ad te  
cla-má - mus, éx-su-les fí-li - i He-væ. Ad te su-spi-  
rá - mus, geméntes et fien-tes in hac la-cri-márum val - le.  
E - ja ergo ad-vo-cá - ta nostra, il-los tu - os mi-se-ri-  
cór - des ó - cu-los ad nos con - vér - te. Et Je-sum

be-ne-dí - ct  
ex-sí - li - u  
o du

Modus simplex. I.

vi - ta, dul-cé  
éx-su-les fi

fien-tes in ha  
nostra, il-los  
Et Je-sum.

hoc ex-sí -  
dul-cis Vi  
M

XI. Sal-ve  
et spes nos

- bis De - um,

lír - ja: qui - a

rré - xit sic - ut

l - le - lí - ja.

tri Jesu Christi sumus; ut per us gáudia vitæ. men.

ante Adventum,

cór - di - æ,

ve. Ad te

Ad te su - spi -

rum val - le.

os mi - se - ri -

Et Je - sum

be - ne - dí - ctum fru - ctum ven - tris tu - i, no - bis post hoc

ex - sí - li - um os - tén - de. O cle - mens, o pi - a,

o dul - cis Vir - go Ma - rí - a.

Modus simplex.

I. Sal - ve Re - gí - na, ma - ter mi - se - ri - cór - di - æ,

vi - ta, dul - cé - do et spes nostra, sal - ve. Ad te cla - má - mus,

éx - su - les fi - li - i He - væ. Ad te su - spi - rá - mus, gemén - tes et

fien - tes in hac lacrimá - rum val - le. E - ja ergo, ad - vo - cá - ta

nostra, il - los tu - os mi - se - ri - cór - des ó - cu - los ad nos convér - te.

Et Je - sum, be - ne - dí - ctum fru - ctum ven - tris tu - i, no - bis post

hoc ex - sí - li - um os - tén - de. O cle - mens, o pi - a, o

dul - cis Vir - go Ma - rí - a.

Modus tertius cantandi Antiphonam.

XI. Sal - ve Re - gí - na, ma - ter mi - se - ri - cór - di - æ, vi - ta, dul - cé - do

et spes nostra, sal - ve. Ad te cla - má - mus, éx - su - les fi - li - i

He-væ. Ad te suspi-rá-mus, geméntes et flentes in hac la-cri-  
 má-rum val-le. E-ja er-go ad-vo-cá-ta no-stra, il-los tu-os  
 mi-se-ri-córdes ó-cu-los ad nos convér-te. Et Je-sum be-ne-  
 dictum fructum ventris tu - i, no-bis post hoc ex-sí-li-um os-  
 tén-de. O clemens, o pi - a, o dul-cis Virgo Ma-ri - a.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.  
 ℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Orémus.

**O**mnípotens sempitérne Deus, qui glóriósæ Virginitatis Matris Mariæ corpus et ánimam, ut dignum Filii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu sancto cooperánte præparásti: da, ut cujus commemoratióne lætámur, ejus pia intercessióne ab instántibus malis, et a morte perpétua liberémur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

℣. Divínium auxiliúm máneat semper nobíscum. ℞. Amen.

*Deinde dicitur secreto Pater noster, Ave Maria et Credo.*

*Sic dicitur Complet. per totum Annum, præterquam in triduo Majoris Hebdom. et per Oct. Paschæ, ut suo loco dicitur.*

*Si post Complet. immediate sequ. Matut., tunc bis dicatur Pater noster, Ave Maria, et Credo: quia Complet., quod est finis Offic., sic terminari debet; et ante Matut. iterum repetitur pro principio Offic. seq. diei.*

*Ant. prædictæ dicuntur etiam in fine Laud. quando discedendum est a Choro; sed si immediate post Matut. subsequatur Prima, vel alia Hora, dicuntur in fine ultimæ Horæ, ita ut dicantur semper, quando terminata aliqua Hora, discedendum est a Choro: et tunc post ℣. Fidélium ánimæ et Pater noster. secreto, dicitur*

℣. Dóminus det nobis suam pacem. ℞. Et vitam ætérnam. Amen.

*Deinde una ex prædictis Ant., et in fine Divínium auxiliúm máneat semper nobíscum. ℞. Amen.*

*Extra Chorum autem dicuntur in fine Laud., si tunc terminandum sit Offic.: alioquin in fine ultimæ Horæ. Post alias vero Horas, quando terminatur Offic., dicitur tantum Pater noster. secreto.*



PR

Sabba

Fratres: H  
pior est

Hymnus. IV.

dén-ti-um,

2. Qui dæ-m

ris a-ctus

qui mun-di

sa-cra-ri-

ri-æ, non

tre-mén-te

gnum di-é

nos ab hó



ntes in hac la-cri-  
 stra, il-los tu-os  
 t Je-sum be-ne-  
 ex-sí-li-um os-  
 Vir-go Ma-ri - a.

inis Matris Mariæ  
 áculum éffici me-  
 la, ut cujus com-  
 instántibus malis,  
 ristum Dóminum  
 n. R. Amen.  
 Credo.  
 in triduo Majoris  
 catur Pater noster,  
 ne terminari debet;  
 he.  
 lo discedendum est  
 na, vel alia Hora,  
 quando terminata  
 idélium ánimæ et  
 etérnam. Amen.  
 auxilium máneat  
 terminandum sit  
 as, quando termi-

# PROPRIUM DE TEMPORE.

## Sabbato ante Dominicam I. Adventus.

### Ad Vesperas.

*Capitulum.*

*Rom. 13. d.*

Fratres: Hora est jam nos de somno súrgere. Nunc enim pró-  
 prior est nostra salus, quam cum credídimus. R. Deo grátias.

Hymnus.  
IV.



Re-á-tor alme sí-de-rum, æ-tér-na lux cre-

dén-ti-um, Jesu, Redémptor ómni-um; in-tén-de vo-tis súpplicum.


2. Qui dæ-mo-nis ne fráudi-bus per-i-ret or-bis, im-pe-tu a-mó-  
 ris a-ctus, lán-gui-di mundi me-dé-la factus es. 3. Commú-ne

qui mun-di ne-fas ut ex-pi-á-res, ad cru-cem e Vir-gi-nis

sa-crá-ri-o in-tá-cta prod-is ví-cti-ma. 4. Cu-jus po-téstas gló-  
 ri-æ, noménque cum primum so-nat, et cœ-li-tes, et ín-fe-ri

tre-mén-te cur-ván-tur genu. 5. Te de-pre-cá-mur úl-timæ ma-  
 gnum di-é - i Jú-di-cem: ar-mis su-pér-næ grá-ti-æ de-fénde

nos ab hó-sti-bus. 6. Virtus, ho-nor, laus, gló-ri-a De-o Pa-tri





Ÿ. Rorate cœli désuper, et nubes pluant justum.  
R. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

Ad Magnificat

Antiph.

I. 1.

Ec-ce nomen Dó-mi-ni \* ve - nit de lon-



Oratio de Laudibus.

Commem. seu Suffragia Sanctorum non fiunt per totum Adventum,  
etiam in Offic. de Sanctis.





In Adventu non fit de Festo, nisi fuerit Duplex vel Semid. Quod si  
occurrat in Domin., de eo fit tantum Commem. in utrisque Vesp. et Laud.,  
festum autem majus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ transfertur in primam  
diem Duplici vel Semiduplici festo non impeditam. De Simplici quoque fit  
tantum Commem. ut in Rubricis Generalibus.

### Ad Completorium.


Hymnus.

VII.

1. Te lu-cis an-te tér-mi-num, \* re-rum Cre-á-tor



U-ni-ce, cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to regnans per o-mne



### Dominica I. Adventus.



Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

VIII. 1.



N il-la di-e \* stil-lá-bunt mon-tes dul-cé-




Ps. de Domin. pag. 1 sequ.

2. Antiph.

VIII. 1.



Ju-cundá - re \* fi-li-a Si-on, et ex-súl-ta



3. Antiph.

V.



Ec-ce Dó-mi-nus \* vé-ni-et, et omnes Sancti



4. Antiph.

VII. 1.


O-mnes \* si-ti-én-tes ve-ni-te ad a-quas:



5. Antiph.

IV. 1.

Ec-ce vé-ni-et \* Pro-phé-ta magnus, et ip-se




Capitulum.


Rom. 13. d.

Fratres: Hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim prior est nostra salus, quam cum credidimus.


Hymnus. VII. En cla-ra vox red-ár-gu-it \* obs-cú-ra quæ-que,




2. Mens jam re-súr-gat tór-pi-da, non ám-pli-us ja-cens hu-mi:




Agnus ad nos mít-ti-tur la-xá-re gra-tis dé-bi-tum: omnes



se-cún-do fúl-se-rit, me-tú-que mun-dum cín-xe-rit, non pro




ho-nor, laus, gló-ri-a De-o Pa-tri cum Fí-li-o, sancto simul



¶. Vox clamántis in desérto, Paráte viam Dómini.  
R. Rectas fácite sémitas ejus.

Ad Bened. Antiph. VIII. 1. Spi-ri-tus sanctus \* in te de-scén-det, Ma-rí - a:



Oratio.


Excita, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum periculis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári: Qui vivis.

Ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, Ant. de Laud. dicuntur per ordinem, quarta prætermissa. Quod etiam servatur in aliis Dom. Advent.

Ad Primam.

Ant. In illa die. pag. 49.

In R. br., pag. 12, loco ¶. Qui sedes, dicitur



Sic dicitur quotidie usque ad Nativ. Domini, etiam in Offic. de Sanctis, præterquam in die Immaculate Conceptionis B. M. V. et per Oct.

Deinde Kýrie eléison, cum reliqu. ut in Psalt. pag. 12.


Ad Absolut. Capit., Lect. br. Dómine miserére nostri. pag. 13; quæ dicitur in Dom. et Fer. usque ad Vigil. Nativ. Domini exclusive.

Ad Tertiam.

Ant. Jucundáre. p. 49. Capit. Fratres: Hora est. p. 50.



Veni. ¶. Osténde fá-ci-em tu-am, et sal-vi é-ri-mus. Dómine.



¶. Timébunt gentes nomen tuum Dómine.

R. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Sic repetuntur Versus in omnibus R. br. Horarum.

Ad Sextam.

Ant. Ecce Dóminus. pag. 49.

Capitulum.

Rom. 13. d.

Nox præcëssit, dies autem appropinquávit: abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis.

R. br. Osténde no-bis Dómi-ne \* Mi-se-ri-córdi-am tu-am. Osténde.

Ÿ. Et sa-lu-tá-re tu-um da no-bis. Misericórdiam tuam.

Ÿ. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto. Osténde.

Ÿ. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui.  
R. Visita nos in salutári tuo.

Ad Nonam.

Ant. Ecce véniet. pag. 49.

Capitulum. Rom. 13. d.

Sicut in die honéste ambulémus, non in comessationibus et ebrietátibus, non in cubilibus et impudiciis, non in contentióné et æmulatióne: sed induímini Dóminum Jesum Christum.

R. br. Su-per te Je-rú-sa-lem, \* O-ri-é-tur Dó-mi-nus. Super te.

Ÿ. Et gló-ri-a e-jus in te vi-dé-bi-tur. Oriétur.

Ÿ. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto. Super te

Ÿ. Dómine Deus virtútum convérte nos.  
R. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

Ad Vesperas.

Ant. de Laud. pag. 49; Ps. de Dom. pag. 23 sequ.; Capit., Hymn. et Ÿ. ut in I. Vesp. pag. 47.

Ad Magnificat Antiph. VIII. 1. Ne tí-me-as Ma-rí-a, \* in-ve-ní-sti e-nim

grá-ti-am apud Dó-mi-num: ec-ce con-cí-pi-es, et pá-

ri-es Fí-li-um, al-le-lú-ja. Cant. Magnificat. pag. 27.

Hymni, ŸŸ. et R. br. hujus Dom. dicuntur in aliis Dom. Adventus.

Feria Secunda.

Ad Benedict. Antiph. An-ge-lus Dó-mi-ni nun-ti-á-vit Ma-rí-æ,

et con-cé-pit de Spi-ri-tu san-cto, al-le-lú-ja.  
Ÿ. Vox clamántis. ut supra pag. 50.

Ad Magnif. Antiph. Le-va Je-rú-sa-lem ó-cu-los tu-os, et vi-de

po-tén-ti-am re-gis: ec-ce Salvá-tor ve-nit só-lvere te a vínculo.  
Ÿ. Rorate. ut supra pag. 48. Oratio. Excita, quæsumus. pag. 51.  
Orat. Dom. præterita semper dic. per Hebdom. in feriali Offic., quando propria non assignatur.

Feria Tertia.

Ad Benedict. Antiph. An-te-quam con-ve-ní-rent, in-vén-ta est Ma-

rí-a ha-bens in ú-te-ro de Spi-ri-tu san-cto, al-le-lú-ja.  
Ÿ. Vox clamántis. ut supra pag. 50.

Ad Magnif. Antiph. Quæ-ri-te Dó-mi-num, dum in-ve-ní-ri pot-est: in-


vo-cá-te e-um, dum pro-pe est, al-le-lú-ja.  
Ÿ. Rorate. ut supra pag. 48.

Feria Quarta.

Ad Benedict. Antiph. De Si-on ex-i-bit lex, et ver-bum Dó-mi-ni


de Je-rú-sa-lem. Ÿ. Vox clamántis. ut supra pag. 50.


Ad Magnif. Antiph. Vé-ni-et fór-ti-or me post me, cu-jus non




sum di-gnus sôl - ve-re cor-rî-gi-am cal-ce-amen-tô - rum.  
 V̇. Rorate. *ut supra pag. 48.*


## Feria Quinta.

Ad Benedict.  
 Antiph.  Be-ne-dî-cta tu in mu-li-é-ri-bus, et be-ne-




dî-ctus fru-ctus ven-tris tu-i.  
 V̇. Vox clamântis. *ut supra pag. 50.*


Ad Magnif.  
 Antiph.  Ex-spe-ctâ-bo Dó-mi-num Sal-va-tó-rem me-um,




et præ-sto-lá-bor e - um, dum pro-pe est, al-le-lú-ja.  
 V̇. Rorate. *ut supra pag. 48.*


## Feria Sexta.

Ad Benedict.  
 Antiph.  Ec-ce vé-ni-et De-us, et ho-mo de do-mo



Da-vid se-dé-re in thro-no, al-le-lú-ja.  
 V̇. Vox clamântis. *ut supra pag. 50.*

Ad Magnif.  
 Antiph.  Ex Æ-gý-pto vo-cá-vi Fi-li-um me-um: vé-



ni-et, ut sal-vet pó-pu-lum su-um. V̇. Rorate. *pag. 48.*

## Sabbato.


Ad Benedict.  
 Antiph.  Si-on, no-li ti-mé-re, ec-ce De-us tu - us




vé-ni-et, al-le-lú-ja. V̇. Vox clamântis. *pag. 50.*

## Ad Vesperas.

*Capit. de Laud., p. 56; Hymn. Créator alme. p. 47, V̇. Rorate. p. 48.*


Ad Magnificat  
 Antiph.  VII. 3. Vé-ni Dó-mi-ne \* vi-si-tá-re nos in pa-ce, ut




læ-té-mur co-ram te cor-de perfécto. *Cant. Magnificat. p. 27.*  
*Orat. de Laudibus, ut infra pag. 56.*


## Dominica II. Adventus.


## Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph.  II. **B** C-ce in nú-bi-bus cœ-li: \* Dó-mi-nus




vé-ni-et cum po-te-stá-te ma-gna, al-le-lú-ja. E u o u a e.  
*Ps. de Dominica. pag. 1.*

2. Antiph.  VII. 2. Urbs for-ti-tú-di-nis nostræ \* Si-on, Sal-vá-tor




po-né-tur in e-a mu-rus et an-te-mu-rá-le: a-pe-rí-te  
 por-tas, qui-a no-bis-cum De-us, al-le-lú-ja. E u o u a e.

3. Antiph.  VII. 3. Ec-ce appa-ré-bit \* Dó-mi-nus, et non men-



ti-é-tur: si mó-ram fé-ce-rit, ex-spé-cta e-um: qui-a  
 vé-ni-et, et non tardá-bit, al-le-lú-ja. E u o u a e.

4. Antiph.  I. 1. Montes et col-les \* can-tá-bunt co-ram De-o

lau-dem, et ó-mni-a li-gna sil-vá-rum plau-dent má-ni-bus:

quóni-am vé-ni-et Do-mi-ná-tor Dó-mi-nus in regnum ætérnum,

al-le-lú-ja, al-le-lú-ja. E u o u a e.

5. Antiph. III. 1. Ecce Dó-minus no-ster \* cum virtú-te vé-ni-et,

et il-lu-mi-ná-bit ó-cu-los servó-rum su-ó-rum, al-le-lú-ja.

E u o u a e.

Capitulum.

Rom. 15.

Fratres: Quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per paciéntiam, et consolatiónem Scripturárum spem habeámus.

Hymnus. En clara vox. pag. 50. V. Vox clamántis. *ibid.*

Ad Benedictus Antiph. I. 1. Jo-ánnes au-tem \* cum au-dís-set in víncu-lis

ó-pe-ra Chri-sti, mit-tens du-os ex di-scí-pu-lis su- is,

a-it il-li: Tu es qui ven-tú-rus es, an á-li-um ex-spe-

ctá-mus? *Cant. Benedictus. pag. 7.*

Oratio.

Excita Dómine corda nostra ad præparandas Unigéniti tui vias: ut per ejus advéntum purificáti tibi méntibus, servíre mereámur: Qui tecum vivit.

Hymni ad Horas dicuntur in tono ut supra pag. 48.

Ad Primam.

Ant. Ecce in núbibus cœli. p. 55. V. Qui ventúrus. p. 51.  
Lect. br. Dómine miserere. p. 13.

Ad Tertiam.

Ant. Urbs fortitúdinis nostræ. p. 55. Capit. Fratres: Quæcúmque ut supra. R. br. Veni ad liberándum nos. 51.

Ad Sextam.

Ant. Ecce apparébit. pag. 55.

Capitulum.

Rom. 15.

Deus autem paciéntiæ, et solátií det vobis idípsum sápere in altérutrum secúndum Jesum Christum: ut unánimes uno ore honorificétis Deum, et Patrem Dómini nostri Jesu Christi.

R. br. Osténde nobis. pag. 52.

Ad Nonam.

Ant. Ecce Dóminus noster. p. 56.

Capitulum.

Rom. 15. c.

Deus autem spei répleat vos omni gáudio et pace in credéndo: ut abundétis in spe, et in virtúte Spíritus sancti.

R. br. Super te Jerúsalem. pag. 52.

Ad Vesperas.

Ant. et Capit. de Laud. p. 55, Ps. de Dom. p. 23; Hymn. Creátor alme. p. 47. V. Roráte cœli. p. 48.

Ad Magnificat Antiph. VIII. 1. Tu es qui ventú-rus es, \* an á-li-um ex-

spe-ctá-mus? Dí-ci-te Jo-án-ni quæ vi-dí-stis: Ad lu-men

réd-e-unt cæ-ci, mórtu-i re-súrgunt, páu-pe-res e-van-

ge-li-zán-tur, al-le-lú-ja. *Cant. Magnificat. pag. 27.*


Oratio. Excita. ut supra pag. 56.


Feria Secunda.

Ad Benedict. Antiph. De cœ-lo vé-ni-et Do-mi-ná-tor Dó-mi-nus, et


in ma-nu e-jus ho-nor et im-pé-ri-um.

V. Vox clamántis. pag. 50.


Ad Magnif. Antiph.  Ecce vé-ni-et Rex Dó-mi-nus terræ, et ip-se


 áu-fe-ret ju-gum ca-pti-vi-tá-tis no-stræ. *Ÿ. Rorate. p. 48.*

## Feria Tertia.


Ad Benedict. Antiph.  Su-per te Je-rú-sa-lem o-ri-é-tur Dó-mi-nus,


 et gló-ri-a e-jus in te vi-dé-bi-tur. *Ÿ. Vox. p. 50.*

Ad Magnif. Antiph.  Vox cla-mán-tis in de-sér-to, Pa-rá-te vi-am


 Dó-mi-ni, re-ctas fá-ci-te sé-mi-tas De-i no-stri.  
*Ÿ. Rorate. pag. 48.*

## Feria Quarta.


Ad Benedict. Antiph.  Ecce e-go mít-to An-ge-lum me-um, qui


 præ-pa-rá-bit vi-am me-am an-te fá-ci-em tu-am.  
*Ÿ. Vox clamántis. pag. 50.*


Ad Magnif. Antiph.  Si-on re-no-vá-be-ris, et vi-dé-bis ju-stum


 tu-um, qui ven-tú-rus est in te. *Ÿ. Rorate. p. 48.*

## Feria Quinta.


Ad Benedict. Antiph.  Tu es qui ven-tú-rus es Dó-mi-ne, quem ex-


 spe-ctá-mus, ut sal-vum fá-ci-as pó-pu-lum tu-um.  
*Ÿ. Vox clamántis. pag. 50.*


Ad Magnif. Antiph.  Qui post me vé-ni-et, an-te me fa-ctus est:


 cu-jus non sum di-gnus cal-ce-a-mén-ta sól-ve-re.  
*Ÿ. Rorate. pag. 48.*

## Feria Sexta.


Ad Benedict. Antiph.  Dí-ci-te, Pu-sil-lá-ni-mes con-for-tá-mi-ni:


 ec-ce Dó-mi-nus De-us no-ster vé-ni-et. *Ÿ. Vox. p. 50.*

Ad Magnif. Antiph.  Can-tá-te Dó-mi-no cán-ti-cum no-vum: laus

 e-jus ab ex-tré-mis ter-ræ. *Ÿ. Rorate. p. 48.*

## Sabbato.


Ad Benedict. Antiph.  Le-vá-bit Dó-mi-nus si-gnum in na-ti-ó-

 ni-bus, et congre-gá-bit di-spér-sos Is-ra-ël.  
*Ÿ. Vox clamántis. pag. 50.*

## Ad Vesperas.

*Capit. de Laud., p. 61; Hymn. Creátor alme, p. 47, Ÿ. Rorate. p. 48.*

Ad Magnificat Antiph.  I. 1. An-te me non est for-má-tus De-us,



 et post me non e-rit: qui-a mi-hi curvá-bi-tur omne

 ge-nu, et con-fi-té-bi-tur omnis lingua. *Cant. Magnif. p. 27.*



*Orat. de Laudibus, ut infra pag. 61.*

## Dominica III. Adventus.

Ad Laudes, et per Horas.


1. Antiph.  I. 4. E-ni-et Dó-mi-nus, \* et non tar-dá-bit,


et il-lu-mi-ná-bit abscón-di-ta te-ne-brá-rum, et ma-ni-fe-  
stá-bit se ad omnes gen-tes, al-le-lú-ja. E u o u a e.  
*Ps. de Dom. pag. 1.*

2. Antiph.  VIII. 1. Je-rú-sa-lem gau-de \* gáu-di-o ma-gno, qui-a  
vé-ni-et ti-bi Sal-vá-tor, al-le-lú-ja. E u o u a e.3. Antiph.  VIII. 1. Da-bo in Si-on \* sa-lú-tem, et in Je-rú-  
sa-lem gló-ri-am me-am, al-le-lú-ja. E u o u a e.4. Antiph.  V. Mon-tes et o-mnes col-les \* hu-mi-li-a-bún-  
tur: et e-runt pra-va in di-ré-cta, et á-spe-ra in vi-as  
plá-nas: ve-ni Dó-mi-ne, et no-li tar-dá-re, al-le-lú-ja.  
E u o u a e.5. Antiph.  II. Ju-ste et pi-e vi-vá-mus, \* ex-spe-ctán-tes  
be-á-tam spem, et ad-vén-tum Dó-mi-ni. E u o u a e.

Capitulum.

Philipp. 4.

Fratres: Gaudete in Dómino semper: iterum dico, gaudete.  
Modestia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim  
prope est.*Hymnus.* En clara vox.  $\Psi$ . Vox clamántis. pag. 50.Ad Benedictus  Antiph. VIII. 1. Su-per só-li-um Da-vid, \* et su-per re-


gnum e-jus se-dé-bit in æ-térnum, al-le-lú-ja. *Cant. Bened. p. 7.*

Oratio.

Aurem tuam, quæsumus Dómine, précibus nostris accómmoda: et  
mentis nostræ ténebras grátia tuæ visitatiónis illústra: Qui vivis.

Ad Primam.

*Ant.* Véniet Dñs. p. 60. *In R. br.*  $\Psi$ . Qui ventúrus es. p. 51.  
*Lect. br.* Dómine miserére. p. 13.

Ad Tertiam.

*Ant.* Jerúsalem gaude. p. 60. *Capit.* Fratres: Gaudete. *ut supra.*  
*R. br.* Veni ad liberándum nos. p. 51.

Ad Sextam.

*Ant.* Dabo in Sion. p. 60.

Capitulum.

Philipp. 4. b.

Nihil solliciti sitis: sed in omni oratióne, et obsecratióne, cum  
gratiarum actiόne, petitiόnes vestræ innotéscant apud Deum.  
*R. br.* Osténde nobis Dómine. pag. 52.

Ad Nonam.


*Ant.* Juste et pie vivámus. p. 60.

Capitulum.

Philipp. 4. b.


Et pax Dei, quæ exsúperat omnem sensum, custódiat corda  
vestra, et intelligéncias vestras in Christo Jesu Dómino nostro.  
*R. br.* Super te Jerúsalem. p. 52.

Ad Vesperas.

*Ant. et Capit. de Laud.* p. 60; *Ps. de Dominica* p. 23; *Hymnus.* Creátor.  
p. 47,  $\Psi$ . Roráte. p. 48.Ad Magnificat  Antiph. VIII. 1. Be-á-ta es Ma-rí-a, \* quæ cre-di-dí-sti


Dó-mi-no: per-fi-ci-én-tur in te, quæ di-cta sunt ti-bi





a Dó-mi-no, al-le-lú-ja. *Cant. Magnificat. pag. 27.*

*Oratio. Aures tuas. ut supra pag. 61.*

*Ant. Beata es. pratermittitur, si hodie ejus loco ponenda sit una ex Ant. majoribus, ut infra: quibus semper cedunt Ant. propriae aliis diebus ad Magnificat assignatae.*

*Sequ. Ant. majores ad Magnificat inchoantur die 17. Decembris, et singulae ante et post Magnificat integræ sicut in Duplicibus dicuntur per ordinem usque ad diem ante Vig. Nativ. Si vero Festum fuerit, dicuntur post Orat. Festi, pro Commem. Advent.*

Die 17. Dec.  
Aniph.  
II. O Sa-pi-én-ti-a, \* quæ ex o-re Al-tis-

si-mi prod-i-i-sti, at-tín-gens a fi-ne us-que ad fi-nem,

fór-ti-ter su-a-vi-tér-que dis-pó-nens ó-mni-a: ve-ni

ad do-céndum nos vi-am prudén-ti-æ. *Cant. Magnif. p. 27.*

Die 18. Dec.  
Aniph.  
II. O A-dó-na-i, \* et Dux do-mus Is-ra-ël,

qui Mó-y-si in igne flammæ ru-bi appa-ru-í-sti, et


e-i in Si-na le-gem de-dí-sti: ve-ni ad red-i-mén-dum

nos in brá-chi-o ex-tén-to. E u o u a e.

Die 19. Dec.  
Aniph.  
II. O ra-dix Jes-se, \* qui stas in si-gnum po-

pu-ló-rum, su-per quem con-ti-né-bunt re-ges os su-um,

quem gentes de-pre-ca-búntur: ve-ni ad li-be-rándum nos,



jam no-li tar-dá-re. E u o u a e.

Die 20. Dec.  
Aniph.  
II. O cla-vis Da-vid, \* et sce-trum do-mus

Is-ra-ël, qui á-pe-ris, et ne-mo clau-dit; clau-dis, et

ne-mo á-pe-rit: ve-ni, et e-duc vin-ctum de do-mo

cár-ce-ris, se-dén-tem in té-ne-bris, et umbra mor-tis.

*Cant. Magnificat. pag. 27.*

Die 21. Dec.  
Aniph.  
II. O O-ri-ens, \* splen-dor lu-cis æ-tér-næ, et

sol ju-sti-ti-æ: ve-ni, et il-lú-mi-na se-dén-tes in

té-ne-bris, et umbra mor-tis. E u o u a e.

Die 22. Dec.  
Aniph.  
II. O Rex Gén-ti-um, \* et de-si-derá-tus e-á-rum,

la-pis-que angu-lá-ris, qui fa-cis ú-tra-que u-num: ve-ni,

et salva hó-mi-nem, quem de li-mo formá-sti. E u o u a e.

Die 23. Dec.  
Aniph.  
II. O Em-má-nu-el, \* Rex et lé-gi-fer no-ster,

ex-spe-ctá-ti-o Gén-ti-um, et Salvá-tor e-á-rum: ve-ni

ad sal-vándum nos Dómi-ne De-us noster. E u o u a e.

*In Festo S. Thomæ, pro Comm. Adventus.*

Ad Benedictus  
Antiph.  
VIII. 1.

No-lí-te tí-mé-re, \* quin-ta e-nim dí-e.

vé-ni-et ad vos Dó-mí-nus noster. *Cant. Benedictus. p. 7.*

*Si vero contingat Festum S. Thomæ transferri in II. Fer., Ant. prædicta dicitur ad Benedictus in Dom., loco Ant. Ave Maria. pag. 68.*  
*Ultimo die ante Vigil. Nativit., ad Bened. Ant. Ecce compléta. p. 69.*  
*Quibus Ant. cedunt aliæ Ant. in propriis locis ad Benedictus assignatæ.*

### Feria Secunda.

Ad Benedictus  
Antiph.

E-gre-di-é-tur vir-ga de ra-dí-ce

Jes-se, et re-plé-bi-tur om-nis ter-ra gló-ri-a Dó-mi-ni:

et vi-dé-bit om-nis ca-ro sa-lu-tá-re De-i.

¶ Vox clamántis. pag. 50. *Oratio. Aurem tuam. pag. 61.*

Ad Magnif.  
Antiph.

Be-á-tam me dí-cent om-nes ge-ne-ra-ti-

ó-nes, qui-a an-cíl-lam hú-mi-lem re-spé-xit De-us.

*Nisi dicenda sit Antiph. O. ¶ Rorate. pag. 48.*

### Feria Tertia.

Ad Benedictus  
Antiph.

Tu Béth-le-hem ter-ra Ju-da, non e-ris mí-ni-ma:

ex te e-nim éx-i-et Dux, qui re-gat pópulum me-um Is-ra-él.

¶ Vox clamántis. pag. 50.

Ad Magnif.  
Antiph.

E-le-vá-re, e-le-vá-re, con-súr-ge Je-rú-sa-lem:

sol-ve vín-cu-la col-li tu-i, ca-ptí-va fi-li-a Si-on.  
*Nisi dicenda sit Antiph. O. ¶ Rorate. pag. 48.*

### Feria Quarta Quatuor Temporum.

Ad Benedictus  
Antiph.

Mis-sus est Gá-bri-él Ange-lus ad Ma-ri-am

Vir-gi-nem de-spon-sá-tam Jo-seph. ¶ Vox. pag. 50.

*Oratio.*

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut redemptionis nostræ  
ventura sollemnitas, et præsentis nobis vitæ subsidia cónferat,  
et æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per Dóminum.

*Et dicitur ad omnes Horas, præterquam in Vesp.*

Ad Magnif.  
Antiph.

Ec-ce an-cíl-la Dó-mi-ni: fi-at mí-ni-se-

cún-dum ver-bum tu-um. *Nisi dicenda sit Antiph. O.*

¶ Rorate. pag. 48. *Orat. Domin. præced. Aurem tuam. pag. 61.*

### Feria Quinta.

Ad Benedictus  
Antiph.

Vi-gi-lá-te á-ni-mo, in pró-xi-mo est

Dó-mí-nus De-us no-ster. ¶ Vox clamántis. pag. 50.

*Nisi occurrat Festum s. Thomæ: quia tunc ea prætermissa, dicitur:  
Ant. Nolite timere. pag. 63.*  
*Quod etiam servatur in seq. diebus, quando illud Festum occurrit.*

Ad Magnif.  
Antiph.

Læ-tá-mi-ni cum Je-rú-sa-lem, et ex-sul-tá-te

in e-a om-nes qui dí-li-gi-tis e-am, in æ-tér-num.

*Nisi dicenda sit Antiph. O. ¶ Rorate. pag. 48.*

### Feria Sexta Quatuor Temporum.

Ad Benedictus  
Antiph.

Ex quo fa-cta est vox sa-lu-ta-ti-ó-nis tu-æ

in au-ri-bus me-is, ex-sul-tá-vit in gáu-di-o in-fans in  
 ú-te-ro me-o, al-le-lú-ja. *Nisi dicenda sit Ant. Nolite timére. p. 64.*  
*Oratio.* *¶. Vox clamántis. pag. 50.*

**E**xcita, quæsumus Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut hi qui  
 in tua pietáte confidunt, ab omni citius adversitaté liberéntur:  
 Qui vivis et regnas.

*Et dicitur ad omnes Horas, præterquam in Vesp.*

Ad Magnif.  
 Antiph.

Hoc est te-sti-mó-ni-um, quod per-hí-bu-it

Jo-án-nes: Qui post me ve-nit, an-te me fa-ctus est.  
*Nisi dicenda sit Ant. O. ¶. Rorate. p. 48. Orat. Dom. præced. Aurem.*  
*pag. 61.*

Sabbato Quatuor Temporum.

Ad Benedict.  
 Antiph.

Quó-mo-do fi-et i-stud, Ange-íe De-i,

quó-ni-am vi-rum non cog-nó-sco? Au-di Ma-rí-a Virgo:

Spi-ri-tus san-ctus su-per-vé-ni-et in te, et vir-tus Al-tis-

si-mi ob-um-brá-bit ti-bi. *¶. Vox clamántis. pag. 50.*

*Nisi dicenda sit Ant. Nolite timére, et nisi hæc fuerit dies ante Vigil.*  
*Nativ.: quia tunc ea prætermissa, dicitur Ant. Ecce compléta sunt. p. 69.*  
*Quod etiam servatur (si idem contingat) in sequentibus diebus.*

*Oratio.*

**D**eus, qui cónspicis, quia ex nostra pravitate affligimur: concéde  
 propítius; ut ex tua visitatióne consolémur: Qui vivis et regnas.

*Et dicitur per omnes Horas.*

Ad Vesperas.

*Capit. de Laud., ut infra. Hymn. Créator alme. p. 47, ¶. Rorate p. 48.*  
*Ant. ad Magnificat una ex majoribus O. Orat. de Laud., ut infra.*

Dominicá IV. Adventus.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph.



I. 1.

A-ni-te tu-ba \* in Si-on, qui-a

pro-pe est di-es Dó-mi-ni: ec-ce vé-ni-et ad sal-ván-

dum nos, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja. E u o u a e.

*Ps. de Dominica pag. 1.*

2. Antiph.

I. 1.

Ec-ce vé-ni-et \* de-si-de-rá-tus cun-ctis

Gén-ti-bus: et re-plé-bi-tur gló-ri-a do-mus Dó-mi-ni,

al-le-lú-ja. E u o u a e.

3. Antiph.

I. 2.

Erunt pra-va \* in di-ré-cta, et ás-pe-ra in

vi-as plá-nas: ve-ni Dó-mi-ne, et no-li tar-dá-re, al-le-

lú-ja. E u o u a e.

4. Antiph.


I. 1.

Dó-minus vé-ni-et, \* oc-cúr-ri-te il-li, di-

cén-tes: Ma-gnum prin-cí-pi-um, et re-gni e-jus non

e-rit fi-nis: De-us, for-tis, do-mi-ná-tor, prin-ceps pa-cis,

al-le-lú-ja, al-le-lú-ja. E u o u a e.

5. Antiph.  
II.

Capitulum.


1. Cor. 4.

Fratres: Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.

Hymn. En clara vox. p. 50. V. Vox clamantis. *ibid.*

Ad Benedictus.

Antiph.



Cant. Benedictus. pag. 7.

Nisi dicenda sit Ant. Nolite timere. p. 64, vel Ant. Ecce completa sunt. p. 69.

Oratio.

Excita, quaesumus Domine, potentiam tuam, et veni, et magna nobis virtute succurre: ut per auxilium gratiae tuae, quod nostra peccata praepediunt, indulgentia tuae propitiationis acceleret: Qui vivis et regnas.

Ad Primam.

Ant. Canite tuba. p. 67. V. Qui venturus es. p. 51.  
Lect. br. Domine miserere. p. 13.

Ad Tertiam.

Ant. Ecce veniet. p. 67. Capit. Fratres: Sic nos. *ut supra.*  
R. br. Veni ad liberandum nos. p. 51.

Ad Sextam.

Ant. Erunt prava in directa. pag. 67.

Capitulum.

1. Cor. 4.

Mihi autem pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico.  
R. br. Ostende nobis. pag. 52.

Ad Nonam.

Ant. Omnipotens sermo tuus. *ut supra.*

Capitulum.

1. Cor. 4.

Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus: qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit unicuique a Deo.  
R. br. Super te Jerusalem. pag. 52.


Ad Vesperas.

Ant. et Capit. de Laud.; Ps. de Dom. p. 23; Hymn. et V. pag. 47 et 48.  
Ad Magnificat Antiph. O.

Feria Secunda.

Ad Benedict.

Antiph.




Nisi dicenda sit Ant. Nolite timere. p. 64, vel Ant. Ecce completa sunt. *ut infra.* Ad Magnificat Antiph. O.

Feria Tertia.

Ad Benedict.

Antiph.




Nisi dicenda sit Ant. Nolite timere. p. 64, vel Ant. Ecce completa sunt. *ut infra.* Ad Magnificat Antiph. O.

Feria Quarta.

Ad Benedict.

Antiph.



Nisi dicenda sit Ant. Nolite timere p. 64, vel Ant. Ecce completa sunt. *ut infra.* Ad Magnificat Ant. O.

Feria Quinta.

Ad Benedict.

Antiph.




Nisi dicenda sit Ant. Ecce completa sunt. *ut infra.* Ad Magnif. Ant. O.

Feria Sexta.

Ad Benedict.

Antiph.






sunt per An-ge-lum de Vir-gi-ne Ma-rí-a.

*Ad Magnificat Ant. O Emmánuel. ut supra.  
Si Vigil. Nativ. Dom. venerit in Dom., Laud. dicuntur de Vigil., cum  
commem. Dom. Similiter et per Horas celebratur Officium de Vigilia.*


## In Vigilia Nativitatis Domini.

Ad Laudes, et per Horas. *Officium fit Duplex.*


1. Antiph.  
VIII. 1.



U-dá-e et Je-rú-sa-lem \* no-lí-te




ti-mé-re: cras e-gre-dí-é-mi-ni, et Dó-mi-nus e-rit




vo-bis-cum, al-le-lú-ja. E u o u a e.

*Ps. de Dominica pag. 1.*

2. Antiph.  
VIII. 2.



Hó-di-e sci-é-tis \* qui-a vé-ni-et Dó-mi-nus:



et ma-ne vi-dé-bi-tis gló-ri-am e-jus. E u o u a e.

3. Antiph.  
IV. 1.




Crá-sti-na di-e \* de-lé-bi-tur i-ní-qui-tas terræ:




et re-gná-bit su-per nos Sal-vá-tor mundi. E u o u a e.


4. Antiph.  
I. 1.




Dó-mi-nus vé-ni-et, \* oc-cúr-ri-te il-li, di-



cén-tes: Ma-gnum prin-cí-pi-um, et re-gni e-jus non




e-rit fi-nis: De-us, fort-is, do-mi-ná-tor, princeps pa-cis,



al-le-lú-ja. E u o u a e.

5. Antiph.  
VIII. 2.



Crá-sti-na e-rit \* vo-bis sa-lus, di-cit Dó-mi-nus



De-us ex-er-ci-tu-um. E u o u a e.

*Capitulum.*

*Rom. 1.*

Paulus servus Jesu Christi, vocátus Apóstolus, segregátus in Evangélíum Dei, quod ante promiserat per prophétas suos in Scriptúris sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex sémíne David secúndum carnem.

*Hymnus. En clara vox. pag. 50.*


℣. Crá-sti-na die delébitur iniquitas terræ.

℞. Et regnábit super nos Salvátor mundi.


Ad Benedictus

Antiph.


VIII. 1.



O-ri-é-tur \* sic - ut sol Salvá-tor mun-di:



et de-scéndet in ú-te-rum Vir-gi-nis, sic-ut im-ber su-per



gra-men, al-le-lú-ja. *Cant. Benedictus. pag. 7.*

*Oratio.*

Deus, qui nos redemptionis nostræ ánnua exspectatione lætificas: præsta; ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem læti suscipimus, veniéntem quoque júdicem securi videámus, Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum.

*Et dicitur per Horas diei.*

**Ad Primam.**

*Ant. Judæa et Jerúsalem. pag. 70. Ps. sicut in Duplicibus.*


℣. Qui ventúrus es. p. 51. *Lect. br. Per quem. ut infra p. 72.*

**Ad Tertiam.**

*Ant. Hódie sciétis. pag. 70. Capit. Paulus servus. ut supra.*



℞. br. Hó-di-e sci-é-tis, \* Qui-a vé-ni-et Dó-mi-nus. Hódie.



℣. Et ma-ne vi-dé-bi-tis gló-ri-am e-jus. Quia.

℣. Glória Patri. pag. 20\*. Hódie sciétis.

℣. Constántes estóte. ℞. Vidébitis auxiliúm Dómini super vos.

**Ad Sextam.**

*Ant. Crá-sti-na die. pag. 70.*

## Capitulum.

Rom. 1.

Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri.

R. br. Crástina di-e \* De-lé-bi-tur i-ní-qui-tas ter-ræ. Crástina.

Ps. Et re-gná-bit su-per nos Salvá-tor mun-di. Delébitur. Glória Patri. pag. 20\*. Crástina.

Ps. Crástina erit vobis salus. R. Dicit Dóminus Deus exercituum.

## Ad Nonam.

Ant. Crástina erit. pag. 71.

## Capitulum.

Rom. 1.

Per quem accépimus grátiam, et apostolatúm ad obediéndum fidei in ómnibus Géntibus pro nómine ejus, in quibus estis et vos vocáti Jesu Christi Dómini nostri.

R. br. Crá-sti-na \* E-rit vo-bis sa-lus. Crástina.

Ps. Di-cit Dó-mi-nus De-us ex-er-ci-tu-um. Erit. Glória Patri. pag. 20\*. Crástina.

Ps. Crástina die delébitur iniquitas terræ. R. Et regnabit super nos Salvátor mundi.

## IN NATIVITATE DOMINI.

Duplex 1. classis.

## In I. Vesperis.

1. Antiph. VIII. 1. **R** Ex pa-ci-fi-cus \* ma-gni-fi-cá-tus est, cu-jus vul-tum de-sí-de-rat u-nivér-sa terra.

Ps. 109. Dixit Dóminus. p. [1].

2. Antiph. VII. 3. Ma-gni-fi-cá-tus est \* Rex pa-ci-fi-cus su-per omnes re-ges u-ni-vér-sæ ter-ræ. Ps. 110. Confitébor. p. [1].

3. Antiph. VIII. 1. Complé-ti sunt \* di-es Ma-ri-æ, ut pá-re-ret Fi-li-um su-um pri-mo-gé-ni-tum. Ps. 111. Beátus vir. p. [2].

4. Antiph. VIII. 1. Sci-tó-te \* qui-a pro-pe est re-gnum De-i: a-men di-co vo-bis, qui-a non tar-dá-bit. Ps. 112. Laudáte. p. [2].

5. Antiph. II. Le-vá-te cá-pi-ta ve-stra: \* ec-ce ap-pro-pín-quat red-ém-pti-o ve-stra. Ps. 116. Laudáte Dñm. p. [3].

## Capitulum.

Tit. 3. b.

Appáruit benignitas, et humanitas Salvátoris nostri Dei: non ex opéribus justitiæ, quæ fécimur nos, sed secundum suam misericórdiam salvos nos fecit.

Hymnus. I.

1. Je-su Red-émptor ó-mni-um,\* quem lu-cis ante o-

ri-gi-nem pa-rem pa-tér-næ gló-ri-æ Pa-ter su-pré-mus

é-di-dit. 2. Tu lu-men, et splen-dor Pa-tris, tu spes per-én-nis

ó-mni-um, in-tén-de quas fundunt pre-ces tu-i per or-bem

sér-vu-li. 3. Memén-to, re-rum Cón-di-tor, no-stri quod o-lim

cór-po-ris, sa-crá-ta ab al-vo Vír-gi-nis nascéndo, for-mam

súmpse-ris. 4. Testá-tur hoc præ-sens di-es, currens per anni

cír - cu-lum, quod so-lus e si-nu Pa-tris mundi sa-lus ad-  
 vé-ne-ris. 5. Hunc astra, tel-lus, æ-quora, hunc o-mne quod  
 cœ-lo sub-est, sa-lú-tis Auc-tó-rem no-væ no-vo sa-lú-tat  
 cán-ti-co. 6. Et nos, be-á-ta quos sa-cri ri-gá-vit un-da  
 sán-gui-nis; na-tá-lis ob di-em tu-i hymni tri-bú-tum  
 só-l-vi-mus. 7. Je-su, ti-bi sit gló-ri-a, qui na-tus es de  
 Vír-gi-ne, cum Pa-tre, et al-mo Spi-ri-tu, in sem-pi-  
 tér-na sœ-cu-la. A - men.

*Sic terminantur omnes  
Hymni ejusdem metri us-  
que ad Epiphaniam.*

Ÿ. Crástina die delébitur iniquitas terræ.  
R. Et regnabit super nos Salvátor mundi.

Ad Magnificat  
 Antiph.  
 VIII. 1. Cum or-tus fú-e-rit \* sol de cœ-lo, vi-dé-  
 bi-tis Re-gem re-gum pro-ce-dén-tem a Pa-tre, tamquam  
 spon-sum de thá-la-mo su-o. *Cant. Magnificat. pag. 27.*

*Oratio.*

Concéde, quæsumus omnipotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova  
per carnem Nativitas liberet; quos sub peccáti jugo vetústa  
sérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

**Ad Completorium.**

Hymnus.  
 I. 1. Te lu-cis an-te tér-mi-num \* re-rum Cre-á-tor

pó - sci-mus, ut pro tu - a cle-mén-ti-a sis præ-sul et  
 cu-stó-di-a. 2. Procul re-cé-dant só-mni-a, et nó-cti-um  
 phan-tá - sma-ta: ho - stém-que no-strum có-m-pri-me, ne  
 pol-lu - án-tur cór-po-ra. 3. Jesu, tibi sit glória. *pag. 74.*

**Ad Matutinum.**

Pater noster. Ave Maria. Credo. *pag. 1\*.*  
Ÿ. Dómine, lábia. *pag. 2\*.* Ÿ. Deus in adjutórium. *pag. 2\*.*

Invitatorium.  
 IV. Chri - stus na - tus est no - bis: \*

Ve - ni - te ad - o - ré - mus. *Repet. Christus.*

*Ps. 94.* Ve-ní-te, ex-sul-té-mus Dó-mi-no, ju-bi-lé-mus De-o

sa-lu-tá-ri no-stro: præ-oc-cu-pé-mus fá-ci-em e - jus in con-

fes-si-ó-ne, et in psal-mis ju-bi-lé - mus e - i.

R. Christus natus est nobis: \* Venite adorémus. *ut supra.*

Quó-ni-am De-us magnus Dó-mi-nus, et Rex magnus super

o-mnes de - os: quóni-am non re-pél-let Dó-mi-nus plebem

su-am, qui-a in manu e-jus sunt omnes fi-nes ter-ræ, et

al-ti-tú-di-nes món-ti-um ip - se cón - spi-cit.

R. Venite adorémus. *ut supra.*

Quó-ni-am ip-si-us est ma-re, et ip-se fe-cit il-lud, et á-ri-dam fun-da-vé-runt ma-nus e-jus: ve-ni-te, ad-o-ré-mus, et pro-ci-dá-mus an-te De-um: plo-ré-mus co-ram Dó-mi-no, qui fe-cit nos, qui-a ip-se est Dó-mi-nus De-us no-ster: nos au-tem pó-pu-lus e-jus, et o-ves pá-scu-æ e-jus.  
 R. Christus natus est nobis: \* Veníte adorémus. *ut supra.*

Hó-di-e si vo-cem e-jus au-di-é-ri-tis, no-lí-te ob-du-rá-re corda ve-stra, sic-ut in ex-a-cer-ba-ti-ó-ne secúndum di-em ten-ta-ti-ó-nis in de-sér-to: u-bi ten-ta-vé-runt me pa-tres ve-stri, pro-ba-vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me-a.  
 R. Veníte adorémus. *ut supra.*

Qua-dra-gín-ta an-nis pró-xi-mus fu-i ge-ne-ra-ti-ó-ni hu-ic, et di-xi: Semper hi er-rant cor-de: ip-si ve-ro non cog-no-vé-runt vi-as me-as, quibus ju-rá-vi in i-ra me-a, si in-tro-f-bunt in ré-qui-em me-am.  
 R. Christus natus est nobis: \* Veníte adorémus. *ut supra.*

Gló-ri-a Pa-tri, et Fi-li-o, et Spi-ri-tu-i san-cto. Sic-ut

e-rat in prin-cí-pi-o, et nunc, et sem-per, et in sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum. A-men. R. Veníte adorémus.  
 Cant. Christus natus est nobis: \* Chor. Veníte adorémus.  
 Hymnus. Jesu Redémptor. *ut supra pag. 73.*

## In I. Nocturno.

1. Antiph. VIII. 2. Dó-mi-nus \* di-xit ad me: Fí-li-us me-us es tu, e-go hó-di-e gé-nu-i-te.  
 Ps. 2. Quare fremuérunt. E u o u a e.

*Psalmus 2.*  
 Quare fremuérunt Gentes, \* et pópuli meditáti sunt inánia? Astitérunt reges terræ, et príncipes convenérunt in unum \* advérsus Dóminum, et advérsus Christum ejus.  
 Dirumpámus víncula eórum: \* et projiciámus a nobis jugum ipsórum.  
 Qui hábitat in cœlis, irridébit eos: \* et Dóminus subsannábit eos.  
 Tunc loquétur ad eos in ira sua, \* et in furóre suo conturbábit eos.  
 Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me: \* Filius meus es tu, ego hódie genui te. Póstula a me, et dabo tibi Gentes hæreditátem tuam, \* et possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, \* et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: \* erudímini qui judicátis terram. Servíte Dómino in timóre: \* et exsultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplinam, ne-quándo irascátur Dóminus, \* et pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, \* beáti omnes, qui confidunt in eo.

Glória Patri. Sicut erat.

*Ant. Dóminus. ut supra.*

2. Antiph. VIII. 1. Tamquam sponsus \* Dó-mi-nus pro-cé-dens de thá-la-mo su-o. Ps. 18. Cœli enarrant. E u o u a e.



Psalmus 18.

Cœli enarrant glóriam Dei, \* et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, \* et nox nocti indicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, \* quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum: \* et in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum: \* et ipse tamquam sponsus procedens de thálamó suo:

Exsultávit ut gigas ad curréndam viam, \* a summo cœlo egressio ejus:

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus: \* nec est qui se abscondat a calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta convertens ánimas: \* testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Ant. Tamquam sponsus. ut supra.

3. Antiph.

I. 4.

Dif-fú-sa est grá-ti-a \* in lá-bi-is tu-is,

pro-ptér-e-a be-ne-dí-xit te De-us in æ-tér-num.

Ps. 44. Eructávit cor meum.

Psalmus 44.

Eructávit cor meum verbum bonum: \* dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus scribæ, \* velóci-ter scribéntis.

Speciósus forma præ filiis hóminum, diffúsa est grátia in lábiis tuis: \* proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, \* potentíssime, Spécie tua et pulchritúdine

Justítiæ Dómini rectæ, lætíficántes corda: \* præcéptum Dómini lícidum; illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pèrmanens in sæculum sæculi: \* júdicia Dómini vera, justificáta in semetíp-sa.

Desiderabilia super aurum et lápidem pretiósus multum: \* et dulcióra super mel et favum.

Etenim servus tuus custódit ea, \* in custodiéndis illis retri-bútió multa.

Delicta quis intélligit? ab oc-cúltis meis munda me: \* et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero: \* et emun-dábor a delicto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei: \* et meditatio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus, \* et redémptor meus.

Glória Patri. Sicut erat.

E u o u a e.

tua \* inténde, prospere procéde, et regna.

Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam: \* et dedúcet te mirabiliter dèxtera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, pópuli sub te cadent, \* in corda inimicórum Regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: \* virga directiónis virga regni tui.

Dilexisti justítiam, et odisti iniquitátem: \* proptérea unxit

te Deus, Deus tuus óleo lætitiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et cásia a vestiméntis tuis, a dómibus ebúr-neis: \* ex quibus delectavérunt te filie regum in honóre tuo.

Astitit regína a dextris tuis in vestitu deauráto: \* circúmdata varietáte.

Audi filia, et vide, et inclína aurem tuam: \* et obliviscere pópulum tuum, et domum patris tui.

Et concupíscet Rex decórem tuum: \* quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum.

Et filie Tyri in munéribus \* vultum tuum deprecabúntur: omnes dívites plebis.

Ant. Diffúsa est. ut supra.

¶. Tamquam sponsus, u - u - s.

R. Dóminus procedens de thálamó suo, o, o.

Pa-ter no-ster. secreto. ¶. Et ne nos indúcas in tentati-ó-nem. R. Sed líbera nos a ma-lo.

Absolutio. Exáudi Dómine Jesu Christe preces servórum

tuórum, et mise-ré-re no-bis, qui cum Patre et Spíritu

sancto vivis et regnas in sæcula sæcu-ló-rum. R. A-men.

¶. Jube domne bene-dí-ce-re.

Benedictio. Be-ne-di-cti-ó-ne per-pé-tu-a be-ne-dí-cat nos

Pa-ter æ-tér-nus. R. A-men.

Omnis glória ejus filie Regis ab intus, \* in fimbriis áureis circumamicta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam: \* próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia et exsultatióne: \* adducéntur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: \* constitues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui: \* in omni generatióne et generatióne.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum: \* et in sæculum sæculi.

Glória Patri. Sicut erat.

Tres sequentes Lectiones Isaiae leguntur sine titulo.

Lectio i. Cap. 9.

Primo tempore alleviata est terra Zabulon, et terra Nephtali: et novissimo aggravata est via maris trans Jordanem Galilaeae Gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis. Multiplicasti gentem, et non magnificasti laetitiam. Laetabuntur coram te, sicut qui laetantur in messe, sicut exsultant victores capta praeda, quando dividunt spolia. Jugum oneris ejus, et virgam humeri ejus, et sceptrum exactoris ejus superasti sicut in die Madian. Quia omnis violenta praedatio cum tumultu, et vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, et cibus ignis. Parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus: et vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri saeculi, Princeps pacis.

Tu au-tem Do-mi-ne mi-se-re-re no-bis. R. De-o gra-ti-as.

Respons. I. V. Ho-di-e no-bis coe-lo-rum Rex de Vir-

gi-ne na - sci di - - gna - tus est, ut ho-mi-nem per-

di-tum ad coe - le - sti-a re - gna re - vo-ca-ret:

\* Gau-det ex-er-ci-tus An-ge-lo - rum: qui-a sa-lus aet-

ter - na hu-ma-no ge-ne-ri ap - - pa - ru-it.

Ps. Glo-ri-a in ex-cel-sis De - o, et in terra pax

ho-mi-ni-bus bo-nae vo-lun-ta - - tis. Gaudet. *ut supra.*

Ps. Glo-ri-a Pa-tri, et Fi - li-o, et Spi-ri - tu-i

san - cto. R. Hodie nobis. *repet. usque ad Ps. Gloria in excelsis.*

Ps. Ju-be do-mne be-ne-di-ce-re.

Benedictio. U-ni-ge-ni-tus De-i Fi-li-us nos be-ne-di-ce-re

et ad-ju-va-re di-gne-tur. R. A-men.

Lectio ii. Cap. 40.

Consolamini, consolamini popule meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Jerusalem, et advocate eam: quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis humiliabitur: et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Et revelabitur gloria Domini: et videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est. Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro foenum, et omnis gloria ejus quasi flos agri. Exsiccatum est foenum, et cecidit flos: quia spiritus Domini sufflavit in eo. Vere foenum est populus: exsiccatum est foenum, et cecidit flos: Verbum autem Domini nostri manet in aeternum. Tu autem Domine miserere nobis. R. Deo gratias.

Respons II. VIII. Ho-di-e no-bis de coe - lo pax ve - ra

de - - scen - dit: \* Ho - di - e per to - tum mun-



dum mel-li-flu-i fa - cti sunt coe - li. Ps. Ho -

di - e il - lu - xit no - bis di - es red-em-pti - o - nis

no - vae, re-pa-ra-ti - o - nis an-ti-quae, fe-li-ci-ta - tis

aet - - nae. Hodie per totum. *ut supra.*

Ps. Ju-be do-mne be-ne-di-ce-re.






Benedictio.   
 Spí-ri-tus san-cti grá-ti-a il-lú-mi-net sen-sus  
  
 et cor-da no-stra. R. A-men.

## Lectio iii.



## Cap. 52.

Consúrge, consúrge, indúere fortitúdine tua Sion, indúere vestiméntis glóriæ tuæ Jerúsalem civitas sancti: quia non adjiciet ultra ut pertránseat per te incircumcísus et immúndus. Excútere de púlvere, consúrge, sede Jerúsalem: solve víncula colli tui, captíva filia Sion. Quia hæc dicit Dóminus: Gratis venúdati estis, et sine argénto redimémini. Quia hæc dicit Dóminus Deus: In Ægyptum descéndit pópulus meus in principio, ut colónus esset ibi; et Assur absque ulla causa calumniátus est eum. Et nunc quid mihi est hic, dicit Dóminus, quóniam ablátus est pópulus meus gratis? Dominatóres ejus inique agunt, dicit Dóminus: et júgiter tota die nomen meum blasphemátur. Propter hoc sciet pópulus meus nomen meum, in die illa: quia ego ipse qui loquébar, ecce adsum. Tu autem Dómine miserere nobis.

R. Deo grátias.

Respons. III.   
 IV. Quem ví - dí - stis, pa - stó-res? dí - ci-te,  
  
 annun-ti-á - te no - bis, in ter-ris quis ap-pá-ru-it?  
  
 \* Na - tum ví - - di-mus, et cho - ros An-ge-ló -  
  
 rum col-lau-dán - tes Dó-mi-num. V. Dí - ci - te,  
  
 quid-nam ví - dí - stis? et an-nun-ti-á - te Chri-sti na -  
  
 ti - ví - tá - tem. Natum vídimus. *ut supra.*  
  
 V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fi-li-o, et Spi-rí - -  
  
 tu-i san - cto. Natum vídimus. *ut supra.*

## In II. Nocturno.

1. Antiph.   
 VIII. 1. Suscé-pimus De-us \* mi-se-ri-córdi-am tu-am  
  
 in mé-di-o templi tu-i. Ps. 47. Magnus Dñs. E u o u a e.

## Psalmus 47.

Magnus Dóminus, et laudábilis nimis \* in civitaté Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exsultatióne univér-sæ terræ mons Sion, \* látera Aquilónis, civitas regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur, \* cum suscipiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregátii sunt: \* convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admirátii sunt, conturbátii sunt, commóti sunt: \* tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis: \* in spírítu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitaté Dómini virtútum, in

Ant. Suscépimus. *ut supra.*

2. Antiph.   
 III. 1. O-ri-é-tur \* in di-é-bus Dó-mi-ni ab-un-dán-  
  
 ti-a pa-cis, et do-mi-ná-bi-tur. Ps. 71. Deus júdicium tuum.  
  
 E u o u a e.

## Psalmus 71.

Deus júdicium tuum regi da: \* et justítiam tuam filio regis:

Judicáre pópulum tuum in justítia, \* et páuperes tuos in júdicio.

Suscípiant montes pacem pópulo: \* et colles justítiam.

Judicábit páuperes pópuli, et salvos fáciét filios páuperum: \* et humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, et

civitaté Dei nostri: \* Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépimus Deus misericórdiam tuam, \* in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terræ: \* justítia plena est dextera tua.

Lætétur mons Sion, et exsultent filiaé Judæ, \* propter júdicia tua Dómine.

Circúmdate Sion, et completímíni eam: \* narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus: \* et distribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, et in sæculum sæculi: \* ipse reget nos in sæcula.

Glória Patri. Sicut erat.

ante lunam, \* in generatióne et generatióne.

Descéndet sicut plúvia in vellus: \* et sicut stillicidia stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus justítia, et abundántia pacis: \* donec auferátur luna.

Et dominábitur a mari usque ad mare: \* et a flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthiopes: \* et inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, et insulæ múnera offerent: \* reges Arabum et Saba dona addúcent:

Et adorábunt eum omnes reges terræ: \* omnes Gentes sérvient ei:

Quia liberábit páuperem a poténte: \* et páuperem, cui non erat adjútor.

Parcet páuperi et inopi: \* et ánimas páuperum salvas faciet.

Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas eórum: \* et honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiæ, et adorábunt de ipso semper: \* tota die benedícet ei.

Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, superextollétur super Líbanum fructus ejus: \* et florébut de civitate sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in sæcula: \* ante solem pérmanet nomen ejus.

Et benedícéntur in ipso omnes tribus terræ: \* omnes Gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Israël \* qui facit mirabilia solus:

Et benedíctum nomen majestátis ejus in ætérnum: \* et replébitur majestáte ejus omnis terra: fiat, fiat.

Glória Patri. Sicut erat.

Ant. Oriétur. ut supra.

3. Antiph.

VIII. 2.

Vé-ri-tas \* de ter-ra or-ta est, et ju-stí-ti-a

de cœ-lo prospé-xit. Ps. 84. Benedixísti. E u o u a e.

Psalmus 84.

Benedixísti Dómine terram tuam: \* avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ: \* operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam: \* avertísti ab ira indignationis tuæ. Convérte nos Deus salutáris noster: \* et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis? \* aut exténdes iram tuam a generatióne in generatióne?

Deus tu convérsus vivificábis nos: \* et plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam: \* et salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus: \* quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: \* et in eos, qui convertúntur ad cor.

Verúntamen prope tímētes eum salutáre ipsius: \* ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia, et véritas obviavérunt sibi: \* justitia, et pax osculatæ sunt.

Véritas de terra orta est: \* et justitia de cœlo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem: \* et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulábit: \* et ponet in via gressus suos.

Glória Patri. Sicut erat.

Ant. Véritas. ut supra.

¶. Speciósus forma præ filiis hóminum, u - u - - m.

R. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, i - i - - s. Pater noster.

Absolutio. Ipsíus pietas et misericórdia nos ádju-vet, qui cum

Patre et Spíritu sancto vivit et regnat in sæcula sæ-cu-ló-rum.

R. A-men. ¶. Ju-be do-mne be-ne-dí-ce-re.

Benedictio. De-us Pa-ter omni-po-tens sit no-bis pro-pí-ti-us

et cle-mens. R. A-men.

Lectio iv. Sermo S. Leónis Papæ. (Serm. I. de Nat. Domini.)

Salvátor noster, dilectíssimi, hódie natus est: gaudeámus. Neque enim fas est locum esse tristítie, ubi natalis est vitæ: quæ, consúmpto mortalitátis timóre, nobis ingerit de promíssa æternitáte lætítiam. Nemo ab hujus alacritátis participatióne secérnitur. Una cunctis lætítie commúnis est rátió: quia Dóminus noster peccáti mortisque destrúctor, sicut nullum a reátu líberum réperit, ita liberándis ómnibus venit. Exsúlet sanctus, quia appropínquat ad palmam: gáudeat peccátor, quia invitátur ad véniam: animétur Gentílis, quia vocátur ad vitam. Dei namque Fílius secúndum plenitúdinem témporis, quam divíni consilii inscrutábilis altitúdo dispósuit, reconciliándam auctóri suo natúram géneris assúmpsit humáni, ut invéntor mortis diábolus, per ipsam, quam vícerat, vincerétur. Tu autem Dómine miserére nobis. R. Amen.


Respons. IV. III. O ma-gnum my-sté - ri - um,

et ad-mi-rá - bi-le sa - cra-mén-tum, ut a-ni-má -


li - a vi-dé-rent Dó-mi-num na - tum, ja-céntem

in præ-sé - pi - o: \* Be - á - ta Vir - go, cu - jus


ví-sce-ra me-ru - é - runt por-tá-re Dó-mi-num Chri - stum.



V. A - ve Ma-ri-a, grá-ti-a ple-na: Dó - mi-nus te - cum.  
Beáta Virgo. *ut supra.*




V. Ju-be do-mne be-ne-dí-ce-re.




Benedictio. Christus perpé-tu-æ det no-bis gáu-di - a vi-tæ. R. Amen.

Lectio v.


IN quo conflictu pro nobis ínto, magno et mirábili æquitátis jure certátum est, dum omnípotens Dóminus cum sævíssimo hoste non in sua majestáte, sed in nostra congréditur humilitáte: ob-jiciens ei eámdem formam, eámdemque natúrám, mortalitátis quí-dem nostræ participem, sed peccáti totius expértem. Aliénium quippe ab hac Nativitáte est, quod de ómnibus légitur: Nemo mundus a sorde, nec infans, cujus est uníus diéi vita super terram. Nihil ergo in istam singulárem Nativitátem de carnis concupi-scéntia transívit, nihil de peccáti lege manávit. Virgo régia Da-vídicae stirpis elígitur, quæ sacro gravidánda fœtu, divinam huma-námque prolem prius conciperet mente, quam corpore. Et ne supérni ignára consilii ad inusitátos pavéret affátus, quod in ea operándum erat a Spírítu sancto, collóquio discit angélico: nec damnum credit pudóris, Dei Génitrix mox futúra. Tu autem Dómine miserére nobis. R. Deo grátias.




Respons. V. VII. Be - á - ta De - i Gé - ni - trix Ma - ri - a,




cu - jus ví - sce - ra in - tá - cta pér - ma - nent: \* Hó -



di - e gé - nu - it Sal - va - tó - rem sá - - cu - li.




V. Be - á - ta, quæ cré - di - dit: quóni - am per - fé - cta sunt ó -



mni - a, quæ dí - cta sunt e - i a Dó - mi - no.


Hódie génuít. *ut supra.*



V. Ju-be do-mne be-ne-dí-ce-re.




Benedictio. I - gnem su - i amó - ris ac - cén - dat De - us in cór -




di - bus no - stris. R. A - men.

Lectio vi.


Agámus ergo, dilectíssimi, grátias Deo Patri, per Fílium ejus in Spírítu sancto: qui propter multam caritátem suam, qua dí - léxit nos, misértus est nostri: et cum essémus mórtui peccátis, convívificávit nos Christo, ut essémus in ipso nova creatúra, no - vúmque figméntum. Deponámus ergo vétérem hómínem cum áctibus suis: et adépti participatióem generatiónis Christi, carnis renuntiémus opéribus. Agnósce, o Christiáne, dignitátem tuam: et divínæ consors factus natúræ, noli in vétérem vilitátem degéneri conservatióne redire. Meménto, cujus cápitis et cujus córporis sis membrum. Reminiscere, quia érutus de potestáte tenebrárum, translátus es in Dei lumen et regnum. Tu autem Dómine mi - serére nobis. R. Deo grátias.




Respons. VI. II. San - cta et im - ma - cu - lá - ta vir -




gí - - ni - tas, qui - bus te láu - di - bus éf - fe - ram




né - sci - o: \* Qui - a quem cœ - li cá - pe - re non pót - e - rant,




tu - o gré - mi - o contu - lí - sti. V. Be - ne - dí - cta tu in mu -




li - é - ri - bus, et be - ne - dí - ctus fru - ctus ven - tris tu - i.



Quia. *ut supra.*




V. Gló - ri - a Pa - tri, et Fí - li - o, et Spi - rí - tu - i san - cto.




Quia. *ut supra.*

In III. Nocturno.



1. Antiph. VI. Ip - se in - vo - cá - bit me, \* al - le - lú - ja: Pa - ter



me - us es tu, al - le - lú - ja. Ps. 88. Misericórdias. E u o u a e.

## Psalmus 88.

Misericórdias Dómini \* in ætérnum cantábo.

In generatióne et generatióne \* annuntiábo veritátem tuam in ore meo.

Quóniam dixisti: in ætérnum misericórdia ædificábitur in cœlis: \* præparábitur véritas tua in eis.

Dispósui testaméntum eléctis meis, jurávi David servo meo: \* usque in ætérnum præparábo semen tuum.

Et ædificábo in generatióne, et generatióne \* sedem tuam.

Constebúntur cœli mirabilia tua Dómine: \* etenim veritátem tuam in ecclesia sanctorum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino: \* similis erit Deo in filiis Dei?

Deus, qui glori ficá tur in consilio sanctorum: \* magnus et terribilis super omnes qui in circúitu ejus sunt.

Dómine Deus virtutum quis similis tibi? \* potens es Dómine, et véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris potestáti maris: \* motum autem fluctuum ejus tu mltigas.

Tu humiliásti sicut vulnerátum, supérbum: \* in bráchio virtutis tuæ dispersísti inimicos tuos.

Tui sunt cœli, et tua est terra, orbem terræ et plenitudinem ejus tu fundásti: \* Aquilónem, et mare tu creásti.

Thabor et Hermon in nómine tuo exsultábunt: \* tuum bráchium cum poténtia.

Firmétur manus tua, et exaltétur dextera tua: \* justitia et iudicium præparábo sedis tuæ.

Misericórdia et véritas præcedent faciém tuam: \* beátus pópulus, qui scit jubilatióne.

Dómine, in lúmine vultus tui ambulábunt, et in nómine tuo

exsultábunt tota die: \* et in justitia tua exaltábuntur.

Quóniam glória virtutis eorum tu es: \* et in beneplácito tuo exaltábitur cornu nostrum.

Quia Dómini est assumptio nostra: \* et sancti Israél regis nostri.

Tunc locútus es in visione sanctis tuis, et dixisti: \* Pósui adiutorium in poténte: et exaltávi eléctum de plebe mea.

Inveni David servum meum: \* óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábitur ei: \* et bráchium meum confortábit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo, \* et filius iniquitátis non apónet nocére ei.

Et concidam a facie ipsius inimicos ejus: \* et odiétes eum in fugam convértam.

Et véritas mea, et misericórdia mea cum ipso: \* et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus: \* et in flumínibus dextera ejus.

Ipsé invocábit me: Pater meus es tu: \* Deus meus, et susceptor salutis meæ:

Et ego primogénitum ponam illum: \* excélsam præ régibus terræ.

In ætérnum servábo illi misericórdiam meam: \* et testaméntum meum fidéle ipsi.

Et ponam in sæculum sæculi semen ejus: \* et thronum ejus sicut dies cœli.

Si autem dereliquerint filii ejus legem meam: \* et in iudiciis meis non ambuláverint:

Si justitias meas profanáverint: \* et mandáta mea non custodierint:

Visitábo in virga iniquitates eorum: \* et in verbéribus peccáta eorum.

Misericórdiam autem meam

non dispérgam ab eo: \* neque nocébo in veritate mea:

Neque profanábo testaméntum meum: \* et quæ procedunt de lábiis meis, non faciám irrita.

Semel jurávi in sancto meo, si David méntiar: \* semen ejus in ætérnum manébit.

Et thronus ejus sicut sol in conspéctu meo, \* et sicut luna perfectá in ætérnum: et testis in cœlo fidélis.

Tu vero repulísti et despexísti: \* distulísti christum tuum.

Evertísti testaméntum servi tui: \* profanásti in terra Sanctuárium ejus.

Destruxísti omnes sepes ejus: \* posuísti firmaméntum ejus formidinem.

Diripuérunt eum omnes transéútes viam: \* factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltásti dexteram depriméntium eum: \* lætificásti omnes inimicos ejus.

Avertísti adiutorium gládií ejus: \* et non es auxiliátus ei in bello.

Destruxísti eum ab emundatióne: \* et sedem ejus in terram collisísti.

Minorásti dies témporis ejus: \* perfudísti eum confusióne.

Usquequo Dómine avértis in finem: \* exardéscet sicut ignis ira tua?

Memoráre quæ mea substántia: \* numquid enim vane constituísti omnes filios hóminum?

Quis est homo, qui vivet, et non vidébit mortem: \* eruét animam suam de manu inferi?

Ubi sunt misericórdiæ tuæ antiquæ Dómine, \* sicut jurásti David in veritate tua?

Memor esto Dómine opprobrii servórum tuórum \* (quod contínui in sinu meo) multárum géntium.

Quod exprobráverunt inimici tui Dómine, \* quod exprobráverunt comutatióne Christi tui.

Benedíctus Dóminus in ætérnum: \* fiat, fiat.


Glória Patri. Sicut erat.

Ant. Ipse. ut supra p. 87.


## 2. Antiph.

IV. 1.

Læ-tén-tur cœ-li, \* et ex-súl-tet terra ante



fá-ci-em Dó-mi-ni, quó-ni-am ve-nit. Ps. 95. Cantáte Dómino.



E u o u a e.

## Psalmus 95.

Cantáte Dómino cánticum novum: \* cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, et benedicite nómini ejus: \* annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus, \* in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dóminus,

et laudábilis nimis: \* terribilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium dæmónia: \* Dóminus autem cœlos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu ejus: \* sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriæ Géntium, afférte Dómino glóriam

et honorem: \* afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introite in átria ejus: \* adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commovéatur a fácie ejus univérsa terra: \* dícite in Gén-tibus quia Dóminus regnavit.


Etenim corréxit orbem terræ qui non commovébitur: \* judicábit pópulos in æquitáte.

*Ant.* Læténtur cæli. *ut supra* p. 89.

## 3. Antiph.

VI.

No-tum fe-cit Dó-mi-nus, \* al-le-lú-ja, sa-lu-tá-re



su-um, al-le-lú-ja. *Ps. 97.* Cantáte Dño. E u o u a e.

*Psalmus 97.*

Cantáte Dómino cánticum no-vum: \* quia mirabilia fecit. Salvávit sibi délixtera ejus: \* et bráchium sanctum ejus.


Notum fecit Dóminus salutáre suum: \* in conspéctu Gén-tium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, \* et veritátis suæ dómui Israél.

Vidérunt omnes términi terræ \* salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo ómnis terra: \* cantáte, et exsultáte, et psállite.

*Ant.* Notum fecit Dóminus. *ut supra.*




̄. Ipse invocábit me, allelúja, a, a.  
R̄. Pater meus es tu, allelúja, a, a. Pater noster.

## Absolutio.

A víncu-lis pec-ca-tó-rum nostró-rum ab-sól-vat



nos o-mní-po-tens et mi-sé-ri-cors Dó-mi-nus. R̄. A-men.



̄. Ju-be do-mne be-ne-dí-ce-re.


Læténtur cæli, et exsúltet terra: commovéatur mare, et plenitúdo ejus: \* gaudébut campi, et ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit: \* quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, \* et pópulos in veritáte sua. Glória Patri. Sicut erat.

## Benedictio.

Ev-an-gé-li-ca lé-cti-o sit no-bis sa-lus et



pro-té-cti-o. R̄. A-men.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

*Lectio vii.*

*Cap. 2.*

IN illo témpore: Exiit edíctum a Cæsare Augústo, ut describerétur univérsus orbis. Et reliqua.


Homília sancti Gregórii Papæ. (*Hom. 8. in Ev.*)

Quia largiénte Dómino, Missárum solénnia ter hódie celebratúri sumus, loqui diu de evangélica lectione non póssumus: sed nos aliquid vel bréviter dícere, Redemptóris nostri Nativitas ipsa compéllit. Quid est enim, quod nascituro Dómino mundus describitur, nisi hoc, quod apérte monstrátur, quia ille apparébat in carne, qui eléctos suos adscriberet in æternitáte? Quo contra de réprobis per prophétam dicitur: Deleántur de libro vivéntium, et cum justis non scribántur. Qui bene étiam in Bétlehem nascitur. Bétlehem quippe domus panis interpretátur. Ipse namque est, qui ait: Ego sum panis vivus, qui de celo descéndo. Locus ergo, in quo Dóminus nascitur, domus panis ántea vocátus est: quia futurum profécto erat, ut ille ibi per matériam carnis appareret, qui electórum mentes intérna satietáte reficeret. Qui non in paréntum domo, sed in via nascitur: ut profécto osténderet, quia per humanitátem suam, quam assúmpserat, quasi in aliéno nascebátur. Tu autem Dómine miserére nobis. R̄. Deo grátias.


## Respons. VII.

VII.


Be-á-ta ví - - sce-ra Ma-ri - æ




Vír - gi - nis, quæ porta-vé-runt æ-tér - ni Pa -




tris Fí - li - um: et be-á-ta ú - - be-ra, quæ




la-cta-vé-runt Chri-stum Dó-mi-num: \* Qui hó - di - e pro




sa-lú-te mun - di de Vír - gi - ne na - sci di - -




gná - tus est. ̄. Di - es sancti-fi-cá-tus il-lú-xit no -



bis: ve - ní-te Gen-tes, et ad-o-rá - te Dó - mi-num.  
Qui hódie. *ut supra.*




℣. Ju-be do-mne be-ne-dí-ce-re.



Benedictio.

Per Ev-an-gé-li-ca dic-ta de-le-án-tur no-stra



de - lí-cta. R. A-men.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio viii.


Cap. 2. b.

**I**N illo témpore: Pastóres loquebántur ad ínvicem: Transeámus usque Bétlehem, et videámus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Episcopi. (*Lib. 2. in cap. 2. Luc. circa medium.*)

**V**idéte Ecclésiæ surgéntis exórdium. Christus náscitur, et pastóres vigiláre cœperunt: qui géntium greges, pécludum modo ante vivéntes, in caulam Dómini congregárent, ne quos spiritalium bestiárum per offúsas nóctium ténebras pateréntur incúrsus. Et bene pastóres vigilant, quos bonus pastor infórmat. Grex igitur pópulus, nox sœculum, pastóres sunt sacerdotés. Aut fortásse étiam ille sit pastor, cui dicitur: Esto vigilans, et confírma. Quia non solum episcopos ad tuéndum gregem Dóminus ordinávit, sed étiam Angelos destinávit. Tu autem Dómine miserére nobis.


R. Deo grátias.




Respons. VIII.

VIII.


Ver - bum ca-ro fa - ctum est, et




ha - bi - tá - vit in no - bis: \* Et ví - di - mus




gló - ri - am e - - jus, gló - ri - am qua - si U - ni - gé - ni - ti




a Pa - tre, ple - num grá - ti - æ et ve - - ri -




tá - tis. ℣. O - - mni - a per ip - sum fa - cta sunt, et




si - ne ip - so fa - ctum est ni - - hil.  
Et vidimus. *ut supra.*



℣. Gló - ri - a Pa - tri, et Fí - li - o, et Spi - rí - -



tu - i san - - - cto. Et vidimus. *ut supra.*




℣. Ju - be do - mne be - ne - dí - ce - re.



Benedictio.

Ver - ba sancti Ev - an - gé - li - i dó - ce - at nos Chri -



stus Fí - li - us De - i. R. A - men.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio ix.

Cap. 1.

**I**N princípío erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Episcopi. (*Tract. 1. in Joann., circa medium.*)

**N**e vile áliquid putáres, quale consuevisti cogitáre, cum verba humana soléres audire, audi quid cógites. Deus erat Verbum. Exeat nunc néscio quis infidélis Ariánus, et dicat, quia Verbum Dei factum est. Quómodo potest fieri, ut Verbum Dei factum sit, quando Deus per Verbum fecit ómnia? Si et Verbum Dei ipsum factum est; per quod áliud Verbum factum est? Si hoc dicis, quia hoc est verbum Verbi, per quod factum est illud: ipsum dico ego únicum Fílium Dei. Si autem non dicis verbum Verbi, concéde non factum, per quod facta sunt ómnia. Non enim per seípsum fieri pótuit, per quod facta sunt ómnia. Crede ergo Evangelístæ. Tu autem Dómine miserére nobis. R. Deo grátias.

Hymnus. Te Deum. pag. 11\*.

℣. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Oratio.

**C**oncéde, quæsumus omnipotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitatis líberet; quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúndem Dóminum.

*Et dicto Benedicámus Dómino. p. 18\*, 2. celebratur prima Missa post mediam noctem, qua finita, dicuntur Laudes.*



Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph. II. Quem vi-dí-stis \* pa-stó-res? dí-ci-te, an-nun-ti-á-te no-bis, in terris quis ap-pá-ru-it? Na-tum ví-di-mus, et cho-ros An-ge-ló-rum col-lau-dán-tes Dó-mi-num, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja. E u o u a e.  
*Ps. de Domin. pag. 1.*

2. Antiph. II. Gé-nu-it pu-ér-pe-ra \* Re-gem, cu-i no-men æ-tér-num, et gáudi-a ma-tris ha-bens cum vir-gi-ni-tá-tis ho-nó-re: nec pri-mam sí-mi-lem vi-sa est, nec ha-bé-re sequén-tem, al-le-lú-ja. E u o u a e.

3. Antiph. VII. 4. An-ge-lus ad pa-stó-res \* a - it: Annún-ti-o vo-bis gáu-di-um magnum: qui-a na-tus est vo-bis hó-di-e Sal-vá-tor mundi, al-le-lú-ja. E u o u a e.

4. Antiph. VII. 4. Fa-cta est \* cum An-ge-lo mul-ti-tú-do cœ-lé-stis ex-ér-ci-tus lau-dán-ti-um De-um, et dí-cén-ti-um: Gló-ri-a in ex-cél-sis De-o, et in ter-ra pax ho-mí-

ni-bus bonæ vo-lun-tá-tis, al-le-lú-ja. E u o u a e.

5. Antiph. VIII. 1. Párvu-lus Fí-li-us \* hó-di-e na-tus est no-bis: et vo-cá-bi-tur De-us, for-tis, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja. E u o u a e.

*Capitulum. Hebr. 1.*  
Multifáram, multisque modis olim Deus loquens pátribus in prophétis: Novissime diébus istis locúsus est nobis in Fílio, quem constituit hærédem universórum, per quem fecit et sæcula.

Hymnus. III. 1. A so-lis or-tus cár-di-ne \* ad usque ter-ræ lí-mi-tem, Chri-stum ca-ná-mus prin-ci-pem, na-tum Ma-ri-a Vir-gi-ne. 2. Be-á-tus auctor sæ-cu-li ser-ví-le cor-pus ín-du-it: ut car-ne car-nem lí-be-rans, ne pér-de-ret quos cón-di-dit. 3. Castæ pa-rén-tis ví-sce-ra cœ-lé-stis in-trat grá-ti-a: ven-ter pu-él-læ bá-ju-lat secré-ta, quæ non nó-ve-rat. 4. Do-mus pu-dí-ci pé-cto-ris templum re-pén-te fit De-i: in-tá-cta né-sci-ens vi-rum, concé-pit al-vo Fí-li-um. 5. E-ni-ti-tur pu-ér-pe-ra, quem Gá-bri-el præ-

dí-xerat, quem ven-tre ma-tris gé-sti-ens, ba-ptista clau-sum  
sénserat. 6. Fœno ja-cé-re pér-tu-lit: præ-sé-pe non ab-  
hór-ru-it: et la-cte módi-co pastus est, per quem nec  
a-les é-su-rit. 7. Gaudet cho-rus cœ-lé-sti-um, et Ange-li  
ca-nunt De-o; pa-lám-que fit pa-stó-ri-bus Pastor,  
Cre-á-tor ó-mni-um. 8. Je-su, ti-bi sit gló-ri-a, qui na-tus  
es de Vír-gi-ne, cum Pa-tre, et al-mo Spí-ri-tu, in  
sempi-tér-na sæ-cu-la. A - men.

Ÿ. Notum fecit Dóminus, allelúja. R. Salutáre suum, allelúja.

Ad Benedictus  
Antiph.

VIII. 1. Gló-ri-a in excélsis De-o, \* et in ter-ra

pax ho-mí-ni-bus bo-næ vo-lun-tá-tis, al-le-lú-ja, al-le-

lú-ja. Cant. Benedictus. pag. 7.

Oratio.

Concéde, quæsumus omnipotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Nativitas liberet; quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúndem Dóminum.

*Summo mane dicitur Prima; qua finita, celebratur secunda Missa in aurora, et in ea fit Commem. de S. Anastasia Mart.*

*Hymni ad Horas toto temp. Nativitatis et in Festis occurrentibus cantantur in tono ut supra pag. 74.*

### Ad Primam.

Ant. Quem vidístis. pag. 94.

In R. br. Ÿ. Qui na-tus es de Ma-ri-a Vír-gi-ne.

*Et sic dicitur quotidie usque ad Epiphaniam.*

*Ad Absol. Capit., Lect. br. Ipsi peribunt. ut infra ad Nonam.*

*Tertia dicit. hora sua: qua finita, celebratur tertia Missa de die Nativ.*

### Ad Tertiam.

Ant. Génuit púerpera. pag. 94. Capit. Multifáriam. pag. 95.

R. br. Ton. pag. 21\*. Verbum caro factum est, \* Allelúja, allelúja. Ÿ. Et habitávit in nobis. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Verbum.

Ÿ. Ipse invocábit me, allelúja. R. Pater meus es tu, allelúja.

### Ad Sextam.

Ant. Angelus ad pastóres. pag. 94.

Capitulum.

Hebr. 1. c.

Et: Tu in principio Dómine terram fundásti: et ópera mánuum tuárum sunt cœli.

R. br. Ton. p. 21\*. Notum fecit Dóminus, \* Allelúja, allelúja. Notum. Ÿ. Salutáre suum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Notum.

Ÿ. Vidérunt omnes fines terræ, allelúja.

R. Salutáre Dei nostri, allelúja.

### Ad Nonam.

Ant. Párvulus Fílius. pag. 95.

Capitulum.

Hebr. 1. c.

Ipsi peribunt, tu autem permanébis; et omnes sicut vestiméntum veteráscunt: et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

R. br. Ton. pag. 21\*. Vidérunt omnes fines terræ, \* Allelúja, allelúja. Vidérunt. Ÿ. Salutáre Dei nostri. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Vidérunt.

Ÿ. Verbum caro factum est, allelúja.


R. Et habitávit in nobis, allelúja.

### In II. Vesperis.


1. Antiph. I. 2. Te-cum prin-cí-pi-um \* in di-e vir-tú-tis

tu-æ, in splendó-ri-bus san-ctó-rum, ex ú-te-ro ante lu-


ci-fe-rum gé-nu-i te. Ps. 109. Dixit Dóminus. p. 23.

2. Antiph. VII. 3.   
 Red-em-pti-ó-nem \* mi-sit Dó-mi-nus pó-pu-lo  
 su-o: man-dá-vit in æ-tér-num te-sta-mén-tum su-um.

Ps. 110. Confitébor. pag. 24.

3. Antiph. VII. 3.   
 Ex-ór-tum est \* in té-ne-bris lu-men re-  
 ctis cor-de: mi-sé-ri-cors et mi-se-rá-tor, et justus Dó-minus.

Ps. 111. Beátus vir. pag. 24.

4. Antiph. IV. 1.   
 A-pud Dó-mi-num \* mi-se-ri-córdi-a, et co-  
 pi-ó-sa a-pud e-um red-ém-pti-o. Ps. 129. De profúndis.

Psalms 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine: \* Dómine exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendentes, \* in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: \* Dómine quis sustinébít?

Quia apud te propitiatio est: \* et propter legem tuam sustinui te Dómine.

Ant. Apud Dóminum. ut supra.

5. Antiph. VIII. 1.   
 De fru-ctu \* ven-tris tu-i po-nam su-per  
 se-dem tu-am. Ps. 131. Meménto Dñe. ut infra.

Psalms 131.

Meménto Dómine David, \* et omnis mansuetúdinis ejus:

Sustinuit ánima mea in verbo ejus: \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: \* speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: \* et copiósá apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israël, \* ex omnibus iniquitátibus ejus.

Sicut jurávit Dómino, \* votum vovit Deo Jacob:

Si introiero in tabernáculum

domus meæ, \* si ascéndero in lectum strati mei:

Si dédero somnum óculis meis, \* et pálpebris meis dormitátió-nem:

Et réquiem tempóribus meis: donec invéniam locum Dómino, \* tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephra-ta: \* invénimus eam in campis silvæ.

Introibimus in tabernáculum ejus: \* adorábimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.


Surge Dómine in réquiem tuam, \* tu et arca sanctificatió-nis tuæ.


Sacerdótes tui induántur justítiam: \* et sancti tui exsúltent.


Propter David servum tuum, \* non avértas faciém Christi tui. Jurávit Dóminus David veritátem, et non frustrábitur eam:


Ant. De fructu. ut supra.


Capit. Multifáriam. p. 95. Hymnus. Jesu Redémptor. p. 73.   
 V. Notum fecit Dóminus, allelúja. R. Salutáre suum, allelúja.

Ad Magnificat Antiph. I. 1.   
 Hó-di-e \* Chri-stus na-tus est: hó-di-e

  
 Sal-vá-tor ap-pá-ru-it: hó-di-e in terra ca-nunt Ange-li,

  
 læ-tán-tur Arch-án-ge-li: hó-di-e ex-súl-tant ju-sti,

  
 di-cén-tes: Gló-ri-a in ex-cél-sis De-o, al-le-lú-ja.

  
 Cant. Magnificat. pag. 27. Oratio. Concéde. pag. 96.

Deinde pro S. Stephano. Stéphanus autem. ut infra pag. 101.

V. Glória et honóre coronásti eum Dómine.

R. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus et inimicos diligere: quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

## Die 26. Dec. Sancti Stephani Protomartyris.

*Duplex 2. classis.*

Ad Laudes, et per Horas.

## 1. Antiph.

VIII. 1.



A-pi-da-vé-runt Sté-pha-num,\* et ip-se

in-vo-cá-bat Dó-mi-num, di-cens: Ne stá-tu-as il-lis hoc  
pec-cá-tum. E u o u a e. *Ps. de Domin. pag. 1.*

## 2. Antiph.

VII. 3.

Lá-pi-des torrén-tis \* il-li dul-ces fu-é-runt:

ip-sum sequún-tur omnes á-ni-mæ justæ. E u o u a e.

## 3. Antiph.

III. 1.

Ad-hæ-sit á-ni-ma me-a post te,\* qui-a

ca-ro me-a la-pi-dá-ta est pro te, De-us me-us. E u o u a e.

## 4. Antiph.

VIII. 1.

Sté-pha-nus vi-dit \* cœ-los a-pér-tos, vi-dit

et in-tro-i-vit: be-á-tus ho-mo, cu-i cœ-li pa-té-bant.

E u o u a e.

## 5. Antiph.

IV. 1.

Ec-ce ví-de-o \* cœ-los a-pér-tos, et Je-sum

stan-tem a dextris vir-tú-tis De-i. E u o u a e.

*Capitulum.**Act. 6. b.*

Stéphanus autem plenus grátia et fortitú-dine, faciébat prodígia  
et signa magna in pópulo.

## Hymnus.

I.

1. Inví-cte Mar-tyr, ú-ni-cum\* Pa-tris se-cú-tus

Fí-li-um, vi-ctis tri-úm-phas hó-sti-bus, vi-ctor fru-ens

cœ-lé-sti-bus. 2. Tu-i pre-cá-tus mú-ne-re nostrum re-á-tum

dí-lu-e, ar-cens ma-li con-tá-gi-um, vi-tæ re-pél-lens

tæ-di-um. 3. So-lú-ta sunt jam víncu-la tu-i sacrá-ti cór-

po-ris: nos sol-ve vínculis sæ-cu-li do-no su-pér-ni Nú-mi-nis.

4. Jesu, tibi sit glória. *ut supra pag. 74.*

Ÿ. Sepeliérunt Stéphanum viri timoráti.

Ŕ. Et fecérunt planctum magnum super eum.

Ad Benedictus

Antiph. VIII. 2. Sté-pha-nus au-tem\* ple-nus grá-ti-a et

for-ti-tú-di-ne, fa-ci-é-bat si-gna ma-gna in pó-pu-lo.

*Cant. Benedictus. pag. 7.*

*Oratio. Da nobis. p. 99. Et fit commemoratio de Nativitate.*

*Antiph. Glória in excélsis. p. 96.*

Ÿ. Notum fecit Dóminus, allelúja. Ŕ. Salutáre suum, allelúja.

*Oratio. Concéde. pag. 96.*

## Ad Primam.

*Ant. Lapidavérunt Stéphanum. p. 100. Ÿ. Qui natus. p. 97.*

*Lect. br. Pó-sitis. p. 102.*

## Ad Tertiam.

*Ant. Lápidés torrén-tis. p. 100. Capitulum. Stéphanus. p. 100.*

*Ŕ. br. Glória et honóre. p. [13].*

Ad Sextam.

Ant. Adhæsit ánima mea. pag. 100.

Capitulum. Act. 6. c.

Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, et Cyrenensium, et Alexandrinorum, et eorum qui erant a Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano: et non poterant resistere sapientiae, et Spiritui qui loquebatur.

R. br. Posuisti Domine. pag. [13].

Ad Nonam.

Ant. Ecce video. pag. 100.

Capitulum. Act. 7. g.

Positis autem genibus clamavit voce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino. R. br. Magna est gloria ejus. pag. [13].

In II. Vesperis.

Ant. et Ps. de Nativit. pag. 97; et dicuntur etiam in aliis Festis infra hanc Oct. occur. ; Capit. Stephanus. ut supra pag. 100.

Hymnus.

I.

1. De-us, tu-ó-rum mí-li-tum\*sors, et co-ró-na,

præ-mi-um, lau-des ca-nén-tes Márty-ris absól-ve ne-xu

crí-mi-nis. 2. Hic nem-pe mun-di gáu-di-a, et blanda fraudum

pá-bu-la im-bú-ta fel-le dé-pu-tans, pervé-nit ad cœ-lé-

sti-a. 3. Pœ-nas cu-cúr-rit fór-ti-ter, et sústu-lit vi-ri-

li-ter: fun-dénsque pro te sánguinem, æ-tér-na do-na pós-

si-det. 4. Ob hoc pre-cá-tu súpli-ci te pós-cimus pi-ís-

sime: in hoc tri-úmp-ho Márty-ris di-mít-te no-xam sérvu-lis.

5. Jesu, tibi sit glória. ut supra pag. 74.

Ψ. Stéphanus vidit coelos apértos.  
R. Vidit, et introivit: beátus homo, cui cœli patébant.

Ad Magnificat: Antiph. VIII. 1. Se-pe-li-érunt Sté-phanum\* vi-ri timo-rá-ti,

et fe-cérunt planctum magnum su-per e-um. Cant. Magnif. p. 27.  
Oratio. Da nobis. pag. 99.

Deinde pro S. Joanne. Ant. Iste est. ut infra pag. 105.  
Ψ. Valde honorándus est beátus Joánnes.  
R. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Oratio.

Ecclésiám tuam Dómine benignus illústra: ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Evangelistæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna.

Deinde fit commem. de Nativitate. Ant. Hódie. pag. 99.  
Ψ. Notum fecit. p. 99. Oratio. Concède. p. 96.

Die 27. Dec. S. Joannis Apost. et Evang.

Duplex 2. classis.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph. VIII. 1. Alde ho-no-rán-dus est \* be-á-tus Jo-

án-nes, qui su-pra pe-ctus Dó-mi-ni in cœ-na re-cú-bu-it.

E u o u a e. Ps. de Domin. pag. 1.

2. Antiph. III. 1. Hic est discí-pu-lus il-le,\* qui te-sti-mó-ni-um

pér-hi-bet de his: et sci-mus, qui-a ve-rum est te-sti-mó-

ni-um e-jus. E u o u a e.

3. Antiph. III. 1. Hic est di-scí-pu-lus me-us: \* sic e-um vo-lo

ma-né-re, do-nec vé-ni-am. E u o u a e.

4. Antiph.

I. 1.

Sunt de hic stán-ti-bus, \* qui non gustábunt

mor-tem, do-nec ví-de-ant Fí-li-um hó-mi-nis in re-gno su-o.

E u o u a e.

5. Antiph.

I. 1.

Ecce pu-er me-us \* e-léctus, quem e-lé-gi,

pó-su-i su-per e-um spí-ri-tum mé-um. E u o u a e.

Capitulum.

Eccli. 15.

Qui timet Deum, fáciét bona: et qui cóntinens est justitiæ, ap-  
prehéndet illam, et obviábit illi quasi mater honorificáta.

Hymnus.

I.

Ex-súl-tet or-bis gáu-di-is: \* cœ-lum re-súl-tet

láu-di-bus: A-po-sto-ló-rum gló-ri-am tel-lus et a-stra

cón-ci-nunt. 2. Vos sæ-cu-ló-rum jú-di-ces, et ve-ra mundi

lú-mi-na: vo-tis pre-cámur córdi-um, audí-te vo-ces

súp-plicum. 3. Qui templa cœ-li cláu-di-tis, se-rásque verbo

sól-vi-tis, nos a re-á-tu nó-xi-os sól-vi ju-bé-te, quæ-

sumus. 4. Præ-cé-pta quo-rum pró-ti-nus lan-guor sa-lús-que

sén-ti-unt, sa-ná-te mentes lán-gui-das, au-gé-te nos

vir-tú-ti-bus. 5. Ut, cum red-i-bit Ar-bi-ter in fi-ne Chri-

stus sæ-cu-li, nos sem-pi-tér-ni gáu-di-i con-cé-dat

es-se cóm-po-tes. 6. Jesu, tibi sit glória. *ut supra pag. 74.*

℣. Hic est discipulus ille, qui testimónium pérhibet de his.

℞. Et scimus quia verum est testimónium ejus.

Ad Benedictus

Antiph.

1. 2.

I-ste est Jo-án-nes, \* qui su-pra pe-ctus

Dó-mi-ni in cœna re-cú-bu-it: be-á-tus A-pó-sto-lus,

cu-i re-ve-lá-ta sunt se-cré-ta cœ-lé-sti-a.

Cant. Benedictus. pag. 7. Oratio. Ecclesiám. pag. 103.

Commem. de Nativitate. Ant. Glória in excélsis. pag. 96. ℣. Notum  
fecit. p. 99. Orat. Concéde. p. 96. Pro S. Stephano. Ant. Stéphanus autem.  
℣. Sepeliérunt Stéphanum. *ut supra p. 101.* Orat. Da nobis. p. 99.

Ad Primam.

Ant. Valde honorándus est. p. 103. ℣. Qui natus. p. 97.

Lect. br. In médio Ecclesiæ. *ut infra p. 106.*

Ad Tertiam.

Ant. Hic est discipulus ille. p. 103. Capit. Qui timet. p. 104.  
℞. br. In omnem terram. p. [5].

Ad Sextam.

Ant. Hic est discipulus meus. p. 103.

Capitulum.

Eccli. 15.

Cibávit illum pane vitæ, et intelléctus, et aqua sapiéntiæ salu-  
táris potávit illum Dóminus Deus noster.

℞. br. Constitues eos príncipes. p. 20\*.

## Ad Nonam.

Ant. Ecce puer meus. p. 104.

Capitulum. *Eccli. 15.*

In médio Ecclésiæ aperuit os ejus, et implévit illum Dóminus spiritu sapiéntiæ, et intelléctus, et stolam glóriæ induit eum.

R. br. Nimis honoráti sunt. p. [6].

## In II. Vesperis.

Ant. et Ps. de Nativit. p. 97; Capit. et Hymn. de Laud. p. 104.

Ÿ. Valde honorándus est beátus Joánnes.

R. Qui supra pectus Dómini in cœna recúbuit.

Ad Magnificat

Antiph.

VI.

Ex - í - it \* ser-mo in-ter fra-tres, quod di-

sci-pu-lus il - le non mó-ri-tur; et non di-xit Je-sus, Non

mó-ri-tur: sed, Sic e - um vo-lo ma-né - re, do-nec vé-ni-am.

Cant. Magnificat. pag. 27.

Et fit commem. Ss. Innocentium. Ant. Hi sunt. ut infra pag. 108.  
Ÿ. Heródes. pag. 107. Oratio. Deus, cujus hodiérna die. pag. 108.

Postea fit comm. de Nativit. Ant. Hódie. Ÿ. Notum fecit. p. 99. Orat. Concède. p. 96. et S. Stephano. Ant. Sepeliérunt. Ÿ. Stéphanus vidit. p. 103. Oratio. Da nobis. p. 99.

## Die 28. Decembris. Ss. Innocentium.

Duplex 2. classis.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph.

I. 1.

E-ró-des i-rá - tus \* oc-ci-dit mul-tos

pú - e - ros in Béth-le-hem Ju-dæ ci-vi - tá - te Da - vid.

E u o u a e.

Ps. de Dominica pag. 1.

2. Antiph.

I. 1.

A bi - má - tu \* et in - fra, oc - ci - dit mul - tos

pú - e - ros He - ró - des pro - pter Dó - minum. E u o u a e.

3. Antiph.

VIII. 1.

Ange - li e - ó - rum \* sem - per vi - dent fá - ci - em

Pa - tris. E u o u a e.

4. Antiph.

II.

Vox in Ra - ma au - dí - ta est, \* plo - rá - tus et

u - lu - lá - tus, Rachel plo - rans fi - li - os su - os. E u o u a e.

5. Antiph.

VIII. 2.

Sub thro - no De - i \* omnes san - cti cla - mant:

Vín - di - ca sán - guinem no - strum De - us nos - ter. E u o u a e.

Capitulum.

Apoc. 14.

Vidi supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

Hymnus.

I.

Sal - vé - te flo - res Már - ty - rum, \* quos lu - cis ipso in

lí - mi - ne Chri - sti in - se - cú - tor sú - stu - lit, ceu turbo na -

scén - tes ro - sas. 2. Vos pri - ma Chri - sti ví - cti - ma, grex immo -

la - tó - rum te - ner, a - ram sub ip - sam sí - mpli - ces pá - lma et

co - ró - nis lú - di - tis. 3. Jesu, tibi sit glória. ut supra p. 74.

Ÿ. Heródes irátus occidit multos púeros.

R. In Béthlehem Judæ civitáte David.

Ad Benedictus  
Antiph.  
I. 2. Hi sunt, \* qui cum mu-li-é-ri-bus non  
sunt co-in-qui-ná-ti: vír-gi-nes e-nim sunt, et se-quún-tur  
A-gnum, quo-cúm-que í-e-rit. *Cant. Benedictus. pag. 7.*

## Oratio.

**D**eus, cujus hodierna die præcónium Innocéntes Mártyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, étiam móribus vita fateatur. Per Dóminum.

*Deinde fit commem. de Nativitate. Ant. Glória in excélsis. V. Notum fecit. Oratio. Concéde. p. 96. Pro S. Stephano. Ant. Stéphanus. V. Sepeliérunt. p. 101. Orat. Da nobis. p. 99. Pro S. Joanne. Ant. Iste est. V. Hic est discipulus. p. 105. Oratio. Ecclésiám. p. 103.*

## Ad Primam.

*Ant. Heródes irátus. p. 106. V. Qui natus est. p. 97. Lect. br. Hi empti sunt. ut infra.*

## Ad Tertiam.

*Ant. A bimátu. p. 106. Capit. Vidi supra montem. p. 107. R. br. Lætámini in Dómino. p. [24].*

## Ad Sextam.

*Ant. Angeli eórum. p. 107.*

## Capitulum.

Apoc. 14.

**H**i sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: vírgines enim sunt. Hi sequúntur Agnum, quocúmque ferit.  
*R. br. Exsúltent justí. p. [25].*

## Ad Nonam.

*Ant. Sub throno Dei. p. 107.*

## Capitulum.

Apoc. 14.

**H**i empti sunt ex homínibus primitiæ Deo, et Agno, et in ore ipsórum non est inventum mendácium: sine mácula enim sunt ante thronum Dei.  
*R. br. Justí autem. p. [25].*

## Ad Vesperas.

*Ant. et Ps. de Nativit. p. 97; Capit. Vidi. Hymn. Salvéte flores. p. 107.*

*V. Sub throno Dei omnes sancti clamant.  
R. Vídica sánguinem nostrum Deus noster.*

Ad Magnificat  
Antiph.  
II In-no-céntes pro Chri-sto \* in-fán-tes oc-ci-si

sunt, ab i-ni-quo re-ge la-ctén-tes in-ter-fé-cti sunt: ipsum  
se-quún-tur Agnum si-ne má-cu-la, et di-cunt sem-per:  
Gló-ri-a ti-bi Dó-mi-ne. *Cant. Magnificat. pag. 27.*

*Oratio. Deus cujus. pag. 108.*

*Et fit commemoratio S. Thomæ Cantuariensis, nisi fuerit Sabbatum. Ant. Iste sanctus. V. Glória et honóre. pag. [10].*

## Oratio.

**D**eus, pro cujus Ecclesia gloriósus Póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit: præsta, quæsumus; ut omnes, qui ejus implórant auxilium, petitiónis suæ salutárem consequántur effectum. Per Dóminum.

*Postea fit comm. de Nativit., de S. Stephano et de S. Joanne, ut infra.*

## COMMEMORATIONES DE OCTAVIS.

**De Nativitate.** *Ad Vesp. Ant. Hódie. V. Notum. pag. 99. Ad Laud. Ant. Glória V. Notum. Orat. Concéde. p. 96.*

**De S. Stephano.** *Ad Vesp. Ant. Sepeliérunt. V. Stéphanus. p. 103. Ad Laud. Ant. Stéphanus autem. V. Sepeliérunt. p. 101. Oratio. Da nobis. p. 99.*

**De S. Joanne.** *Ad Vesp. Ant. Exiit sermo. V. Valde. p. 106. Ad Laud. Ant. Iste est. V. Hic est. p. 105. Orat. Ecclésiám. p. 103.*

**De Ss. Innocentibus.** *Ad Vesp. Ant. Innocéntes. V. Sub throno. p. 108. Ad Laud. Ant. Hi sunt. p. 108. V. Heródes. p. 107. Oratio. Deus, cujus. p. 108.*

*Si Festum Nativit. Domini, S. Stephani, S. Joannis Evang., Ss. Innocentium, et eorum dies Octavæ venerint in Dominica, ipso die nihil fit de Dom., sed die proximo post Fest. S. Thomæ Mart. fit de ea, ut infra.*

*Si Festum S. Thomæ impediatur a Dominica, celebratur eo anno Feria secunda insequenti tamquam in sede propria, et in Sabbato post Orationem Ss. Innocentium dicitur Ant., V. et Oratio Dom., quæ paulo infra habetur. Deinde fit commem. Octavarum; et in II. Vesp. Domini fit commemoratio S. Thomæ et Octavarum.*

*In II. Vesp. S. Thomæ, Ant. et Ps. de Nativit. pag. 97. quæ duplicantur: Capit. et alia de S. Silvestro, cum comm. S. Thomæ et Octavarum.*

## Die 29. Dec. S. Thomæ Episc. et Mart.

## Semiduplex.

*Omnia de Communi unius Mart. pag. [9] præter sequ.*

*Hymnus. Deus, tuórum. pag. 102.*

*Oratio. Deus, pro. ut supra. In Laud. fiunt comm. de Oct., ut supra.*

*Si Festum S. Thomæ non venerit in Dom., Offic. Dom. fit die immediate seq. Festum ipsius, nisi fuerit Sabb.: quia tunc de Dom. fit tantum commem. in die S. Silvestri, et in Sabb. fit Offic. de Oct. Nativ., ut inferius ponitur.*



## DOMINICA infra Octavam Nativitatis.

*In II. Vesp. S. Thomæ, quando non venerit in Domin., Ant. et Ps. de Nativit. p. 97; Capit. de Laud. ut infra; Hymn. Jesu Redemptor. p. 73.*

¶ Verbum caro factum est, allelúja.

R. Et habitávit in nobis, allelúja.

Ad Magnificat

Antiph.

VIII. 1. Dum mé-di-um si-lén-ti-um \* te-né-rent ó -

mni-a, et nox in su-o cursu mé-di-um i-ter per-á-ge-ret,

o-mní-po-tens sermo tu-us Dó-mi-ne a re-gá-li-bus

se-di-bus ve-nit, al-le-lú-ja. *Cant. Magnificat. pag. 27.*

*Orat. de Laud. infra. Deinde fit commem. S. Thomæ. Ant. Qui vult. ¶ Justus. p. [13]. Oratio. Deus, pro cujus. p. 109. Postea fiunt commem. Octavar., ut supra p. 109.*

*Ad Laudes et per Horas. Ant. Quem vidistis. cum reliq. p. 94.*

*Capitulum.*

*Galat. 4.*

**F**ratres: Quanto tēpore hæres párvulus est, nihil differt a servo, cum sit dōminus ómnium; sed sub tutóribus, et actóribus est usque ad præfinitum tempus a patre.

*Hymn. A solis. p. 95. ¶ Verbum. ut supra.*

*Ad Bened. Ant. Dum médium siléntium. ut supra.*

*Oratio.*

**O**mnipotens sempitérne Deus, dirige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilécti Filii tui mereámur bonis opéribus abundáre: Qui tecum vivit.

*Et fit commem. de Nativit. et aliis Octavis, ut supra p. 109.*

**Ad Primam.**

*Ant. Quem vidistis. p. 94. ¶ Qui natus. p. 97.*

*Lect. br. Itaque. ut infra p. 111.*

**Ad Tertiam.**

*Ant. Génuit puérpera. p. 94. Capit. Fratres: Quanto. ut supra.*

*R. br. Verbum caro factum est. p. 97.*

**Ad Sextam.**

*Ant. Angelus ad pastóres. p. 94.*

*Capitulum.*

*Galat. 4.*

**A**t ubi venit plenitúdo tēporis, misit Deus Fílium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

*R. br. Notum fecit Dóminus. p. 97.*

**Ad Nonam.**

*Ant. Párvulus Fílius. pag. 95.*

*Capitulum.*

*Galat. 4.*

**I**taque jam non est servus, sed filius: quod si filius, et hæres per Deum.

*R. br. Vidérunt omnes. pag. 97.*

**In II. Vesperis.**

*Ant. et Ps. de Nativit. p. 97; Capit. de Laud. p. 110. Hymnus. Jesu Redemptor. pag. 73. ¶ Verbum. ut supra pag. 110.*

Ad Magnificat

Antiph.

VI. Pu-er Je-sus \* pro-fi-ci-é-bat æ-tá-te et

sa-pi-én-ti-a co-ram De-o et ho-mí-ni-bus.

*Cant. Magnificat. pag. 27.*

*Commem. Octav. p. 109.*

*Si dies post Festum S. Thomæ fuerit Sabbatum, Officium fit de Octava Nativitatis hoc modo: In II. Vesperis S. Thomæ omnia dicuntur sicut in II. Vesp. diei Nativit. p. 97. (sed non duplicantur Ant.), et post Orat. Nativ. fit commem. S. Thomæ, deinde S. Stephani, et aliarum Octavar. p. 109.*

*Ad Laudes, omnia dicuntur sicut in Nativitate p. 94, et post Orat. fit commemor. de S. Stephano, et reliq. Octavis, ut supra p. 109.*

*Ad Horas, omnia dicuntur sicut in Nativitate Domini p. 97.*

*Ad Vesp., Ant. et Ps. de Nativit. p. 97 (et Ant. duplicantur); Capit. et reliq. de S. Silvestro.*

*Si Festum S. Silvestri venerit in Dom., agitur de Festo, cum commem. Dom. in I. Vesp. et Laud., ante commem. omnium Octavarum.*

**Die 31. Dec. S. Silvestri Papæ et Conf.**

*Duplex.*

*A Capit. omnia de Comm. Conf. Pont. p. [27]. Or. Da quæsumus. p. [31].*

*Deinde fit commem. de Octavis, ut supra p. 109.*

*Ad Laudes et per Horas, omnia sumuntur de Comm. Conf. Pont.*

*Et in fine Laud. fit commem. de Octavis, ut supra pag. 109.*

## IN CIRCUMCISIONE DOMINI

ET OCTAVA NATIVITATIS.

*Duplex 2. classis.*

**In I. Vesperis.**

*Ant. de Laud.; Ps. ut in Festis B. M. V. pag. [54].*

*Capitulum.*

*Tit. 2. c.*

**A**ppáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut abnegátes impietátem, et sæculária desidéria, sóbrie, et juste, et pie vivámus in hoc sæculo.

*Hymnus. Jesu Redemptor. p. 73. ¶ Verbum. p. 110.*

Ad Magnif.

Antiph.

VIII. 1.



Ropter ní-mi-am \* ca-ri-tá-tem su - am, qua

di-lé-xit nos De-us, Fí-li-um su-um mi-sit in sí-mi-

li-tú-di-nem carnis peccá-ti, al-le-lú-ja. *Cant. Magnificat. p. 27.**Orat. de Laud., ut infra p. 114. Et nulla fit commem.*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph.

VI.

O ad-mi-rá-bi-le commérci-um: \* Cre-á-tor

gé-ne-ris hu-má-ni, a-ni-má - tum cor-pus su-mens, de Vir-

gi-ne na-sci di-gná - tus est: et pro-cé-dens ho-mo sí-ne

sé-mi - ne, lar-gi-tus est no-bis su-am De - i - tá-tem.

E u o u a e.

*Ps. de Dom. pag. 1.*

2. Antiph.

III. 3.

Quando na-tus es \* in-ef-fa-bí-li-ter ex Vír-

gi-ne, tunc implé-tæ sunt Scri-ptú-ræ: sic-ut plú-vi-a in

vel-lus descen-dí-sti, ut sal-vum fá-ce-res ge-nus hu-má-num:

te lau-dá-mus De-us no-ster. E u o u a e.

3. Antiph.

IV. 1.

Ru-bum quem ví-de-rat Mó - y-ses \* in-com-

bústum, conser-vá-tam ag-nó-vi-mus tu - am lau-dá-bi-lem vir-

gi-ni-tá-tem: De-i Gé-ni-trix, in-ter-cé-de pro no - bis.

E u o u a e.

4. Antiph.

I. 1.

Ger-mi-ná-vit ra-dix Jes-se, \* or-ta est

stel-la ex Ja-cob: Vir-go pé-pe-rit Sal-va-tó - rem: te lau-

dá - mus De-us no-ster. E u o u a e.

5. Antiph.

II.

Ecce Ma-ri-a. \* gé-nu-it no-bis Sal-va-tó-

rem, quem Jo-á-nnes vi-dens ex-cla-má-vit, di-cens: Ecce

Agnus De - i, ecce qui tol-lit pec-cá-ta mundi, al-le-lú-ja.

E u o u a e.

*Capit. Appáruit. pag. 111.**Hymnus. A solis ortus. pag. 95. ¶. Verbum caro. 110.*

Ad Benedictus

Antiph.

VIII. 1.


Mí-rá-bi-le my-sté-ri-um \* de-cla-rá-tur hó-

di-e: in-no-ván-tur na-tú-ræ, De-us ho-mo fac-tus est:

id quod fu-it per-mán-sit, et quod non e-rat as-súm-psit;

non com-mix-ti-ó-nem pas-sus, ne-que dí-vi-si-ó-nem.

*Compend. Antiph. et Brev. Rom.*



Cant. Benedictus. pag. 7.

Oratio.

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue, quæsumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiâmus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit.

Ad Primam.

Ant. O admirabile commercium. p. 112. V. Qui natus es. p. 97.  
Lect. br. Ipsi peribunt. ut infra.

Ad Tertiam.

Ant. Quando natus es. p. 112. Capit. Appáruit grátia. p. 111.  
R. br. Verbum. p. 97.

Ad Sextam.

Ant. Rubum quem viderat Móyses. p. 112.

Capitulum.

Hebr. 1. c.

Et: Tu in principio Dómine terram fundásti: et ópera mánuum tuárum sunt cœli.

R. br. Notum. pag. 97.

Ad Nonam.

Ant. Ecce María. p. 113.

Capitulum.

Hebr. 1. c.

Ipsi peribunt, tu autem permanébis; et omnes sicut vestiméntum veteráscent: et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

R. br. Vidérunt. p. 97.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis.

V. Notum fecit Dóminus, allelúja. R. Salutáre suum, allelúja.

Ad Magnificat  
Antiph.


II.

Ma - gnum hæ-re-di-tá-tis my-sté - -

ri - um: \* templum De - i fa - ctus est ú - te - rus ne - sci - én - tis

vi - rum: non est pol - lú - tus ex e - a car - nem as - sú - mens:

o - mnes gen - tes vé - ni - ent, di - cén - tes: Gló - ri - a - ti - bi



Dó - mi - ne. Cant. Magnificat. pag. 27.

Deinde pro S. Stephano. Ant. Stéphanus autem. p. 101. V. Stéphanus vidit. p. 103.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui primitias Mártýrum in beati Levitæ Stéphaní ságuine dedicásti: tribue, quæsumus; ut pro nobis intercessor exsistat, qui pro suis étiam persecutóribus exorávit Dñm nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum.

De aliis Octavis in his Vesp. nihil fit.

In Octava S. Stephani. Duplex.

Ad Laud. et per Horas, omnia ut in die Festi p. 100. præter Orat. ut supra. Et fit commem. S. Joannis et Ss. Innocentium, ut supra p. 109.

In II. Vesp. Ant. de Laud. Festi. p. 100; Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. p. [1], et loco ult., Ps. Crédidi. p. [7].

Deinde fit de S. Joanne Capit. et Hymnus. p. 104. V. Valde. p. 106. Ad Magn. Ant. Iste est Joánes. p. 105. Orat. Ecclésiám. p. 103.

Et fit Comm. S. Stephani. Ant. Sepeliérunt. V. Stéphanus vidit. p. 103. Oratio. Omnipotens. ut supra.

Postea Ss. Innocent. Ant. Innocétes. V. Sub throno. Orat. Deus. p. 108.

In Octava S. Joannis. Duplex.

Ad Laudes et per Horas, omnia ut in die p. 103. præter sequ.

Fit comm. Ss. Innocentium. Ant. Hi sunt. p. 108. V. Heródes. p. 107.

Oratio. Deus, cujus. p. 108.

In II. Vesp. Ant. de Laud. p. 103; Ps. ut in II. Vesp. de Comm. Apost. p. [6]; Capit. et alia ut in die p. 103, cum commem. Ss. Innocentium. Ant. Hi sunt. p. 108. V. Heródes. p. 107.

In Octava Ss. Innocentium. Duplex.

Ad Laudes et per Horas, omnia ut in Festo p. 106, omissis commem.

In II. Vesp. Ant. de Laud. p. 106. Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. p. [1], et loco ult., Ps. Crédidi. p. [7]; reliqu. ut in die p. 108.

Post Orat. Ss. Innocentium fit commem. de Vigil. Epiph. Ant. Puer Jesus. p. 111. V. Notum. p. 114.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, dirige actus nostros in beneplácito tuo: ut in nómine dilécti Fílii tui mereámur bonis opéribus abundáre.

Deinde S. Telesphori Pap. et Mart. Ant. Iste sanctus. p. [10]. V. Glória et honóre. p. [10]. Oratio. Deus, qui nos. p. [12].

## In Vigilia Epiphaniæ Domini.

Officium fit Semiduplex.

Ad Laudes et per Horas. Ant. O admirabile. p. 112. Capit., Hymn., V., Ant. ad Bened., et Orat. ut in Laud. Dom. infra Oct. Nativit. p. 110.

Et fit Comm. S. Telesphori. Ant. Qui odit. V. Justus ut palma. Oratio. Deus, qui nos. p. [12].

Ad Horas. Antiph. ut supra ad Laudes. Ad Primam in R. br. dicitur V. qui natus es de María Virgine. Et non dicuntur Preces. Ad Absolutio-nem Capituli dicitur Capitulum Nonæ. Capit., RR. br. et VV. ut in Dom. infra Oct. Nativit. p. 110. Vesp. de Epiph. — Duplex.

## IN EPIPHANIA DOMINI.

*Duplex 1. classis.*

In I. Vesperis.

*Ant. de Laud.; Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. pag. [1].**Capitulum.**Is. 60.*

Surge, illuminare Jerúsalem, quia venit lumen tuum, et gloria  
Dómini super te orta est.

Hymnus.

VIII.



Ru-dé-lis He-ró-des, De-um \* re-gem ve-

ní-re quid ti-mes? non é-ri-pit mortá-li-a, qui re-gna dat

cœ-lé-sti-a. 2. I-bant Ma-gi, quam vi-de-rant, stel-lam sequén-

tes prævi-am: lu-men requí-runt lú-mi-ne: De-um fa-tén-tur

mú-ne-re. 3. La-vá-cra pu-ri gúr-gi-tis cœ-lé-stis Agnus át-ti-

git: pec-cá-ta, quæ non dé-tu-lit, nos ab-lu-éndo sú-stu-lit.

4. Novum ge-nus po-tén-ti-æ: aquæ ru-bé-scunt hýdri-æ, vinúm-

que jussa fúnde-re, mu-tá-vit unda o-rí-gi-nem. 5. Je-su, ti-bi

sit gló-ri-a, qui appa-ru-í-sti Gén-ti-bus, cum Pa-tre, et al-mo

Spí-ri-tu, in sem-pi-tér-na sæ-cu-la. A - men.

*Sic terminantur Hymni per totam Octavam.*

℣. Reges Tharsis et insulæ múnera offerent.

℞. Reges Arabum et Saba dona addúcent.

Ad Magnificat

Antiph.

VIII. 1.

Ma - gi \* vi-dén - tes stel-lam, di-xé-runt ad

in-vi-cem: Hoc si-gnum ma-gni Re-gis est: e-á - mus, et

in-qui-rá - mus e-um, et of-fe-rá-mus e-i mú-ne-ra,

au-rum, thus, et myrrham, al-le-lú-ja. *Cant. Magnificat. p. 27.*

*Orat. de Laud., ut infra.*

Ad Completorium.

Hymnus.

VIII.

1. Te, lu-cis an-te tér-mi-num, \* re-rum Cre-á-tor

pó-sci-mus, ut pro tu-a clemé-ti - a sis præsul et custó-di-a.

2. Pro-cul re-cédant só-mni-a, et nó-cti-um phan-tá-sma-ta:

ho-stémque nostrum cómpri-me, ne pol-lu-án-tur córpo-ra.

3. Jesu, tibi sit glória. *ut supra pag. 116.*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph.

II.

An-te lu-cí - fe-rum gé-ni-tus, \* et an-te

sæ-cu-la, Dó-mi-nus Sal-vá-tor no-ster hó-di-e mundo

appá-ru-it. E u o u a e. *Ps. de Dom. pag. 1.*

2. Antiph.

I. 2.

Ve-nit lu-men tu-um \* Je - rú - sa - lem,

et gló - ri - a Dó - mi - ni su - per te or - ta est, et

am-bu-lá-bunt Gen-tes in lú-mi-ne tu-o, al-le-lú-ja.

E u o u a e.

## 3. Antiph.

I. 4.

A-pér-tis the-sáu-ris su-is \* ob-tu-lé-runt

Ma-gi Dó-mi-no au-rum, thus, et myrrham, al-le-lú-ja.

E u o u a e.

## 4. Antiph.

IV. 1.

Má-ri-a et flú-mi-na \* be-ne-dí-ci-te Dó-mi-no:

hy-mnum dí-ci-te fontes Dó-mi-no, al-le-lú-ja. E u o u a e.

## 5. Antiph.

VII. 4.

Stel-la i-sta \* sic-ut flamma co-rú-scat, et Re-

gem re-gum De-um demónstrat: Ma-gi e-am vi-dé-runt,

et ma-gno Re-gi mú-ne-ra ob-tu-lé-runt. E u o u a e.

Capit. Surge illuminare. pag. 116.

## Hymnus.

VIII.

1. O so-la magná-rum úrbi-um ma-jor Beth-lem,

cui cón-ti-git du-cem sa-lú-tis cœ-li-tus in-cor-po-rá-tum gi-

gne-re. 2. Quem stel-la, quæ so-lis ro-tam vin-cit de-có-re, ac

lú-mi-ne; ve-nís-se ter-ris nún-ti-at cum carne ter-réstri De-um.

3. Vi-dé-re postquam il-lum Ma-gi, e-ó-a promunt mú-ne-ra:

stra-tí-que vo-tis óf-fe-runt thus, myrrham, et aurum ré-gi-um.

4. Re-gem De-úmque annún-ti-ant the-sáu-rus, et fragrans o-dor

thu-ris Sa-bæ-i, ac mýr-rhe-us pulvis se-púlchrum prá-do-cet.

5. Jesu, tibi sit glória. *ut supra pag. 116.*

Ÿ. Adoráte Deum, allelúja. R. Omnes Angeli ejus, allelúja.

## Ad Benedictus

## Antiph.

VIII. 1.

Hó-di-e \* cœ-lé-sti sponso jun-cta est Ec-

clé-si-a, quó-ni-am in Jor-dá-ne la-vit Chri-stus e-jus

crí-mi-na: currunt cum mu-né-ri-bus Ma-gi ad re-gá-les

nú-pti-as, et ex a-qua fa-cto vi-no læ-tán-tur con-ví-væ,

al-le-lú-ja. *Cant. Benedictus. pag. 7.*

## Oratio.

Deus, qui hodierna die Unigénitum tuum Géntibus stella duce revelásti: concéde propítius; ut qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum.

## Ad Primam.

*Hymni ad Horas per totam Octavam cantantur ut supra p. 117.*

*Ant. Ante luciferum génitus. pag. 117. R. br. Christe, Fili. p. 11, sed loco Qui sedes. dicitur*

Ÿ. Qui ap-pa-ru-í-sti hó-di-e. *Et sic dicitur per totam Oct. Lect. br. Omnes de Saba. p. 120.*

## Ad Tertiam.

Ant. Venit lumen tuum. p. 117. Capit. Surge. p. 116.

R. br. Ton. p. 21\*. Reges Tharsis et insulæ mûnera offerent, \* Allelûja, allelûja. Reges Arabum et Saba dona adducent. Allelûja, allelûja. Glória Patri. Reges.

Û. Omnes de Saba vénient, allelûja.

R. Aurum et thus deferentes, allelûja.

## Ad Sextam.

Ant. Apértis thesáuris suis. pag. 118.

Capitulum.

Is. 60.

Leva in circúitu óculos tuos, et vide: omnes isti congregáti sunt, vénérunt tibi: filii tui de longe vénient, et filiae tuæ de látere surgent.

R. br. Ton. p. 21\*. Omnes de Saba vénient, \* Allelûja, allelûja. Omnes. Û. Aurum et thus deferentes. Allelûja, allelûja. Glória Patri. Omnes.

Û. Adoráte Dóminum, allelûja. R. In aula sancta ejus, allelûja.

## Ad Nonam.

Ant. Stella ista. pag. 118.

Capitulum.

Is. 60.

Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferentes, et laudem Dómino annuntiátes.

R. br. Ton. p. 21\*. Adoráte Dóminum, \* Allelûja, allelûja. Adoráte. Û. In aula sancta ejus. Allelûja, allelûja. Glória. Adoráte.

Û. Adoráte Deum, allelûja. R. Omnes Angeli ejus, allelûja.

## In II. Vesperis.

Ant. et Capit. de Laud. p. 117. Ps. de Dom. p. 23. Et sic dic. per totam Octavam. Hymnus. Crudéhs. p. 116. Û. Reges Tharsis. *ibid.*

Ad Magnificat

Antiph.

I. 3. Tri-bus mi - rá - cu-lis \* orná-tum di-em

sanctum có - li-mus: hó-di-e stel-la Ma-gos du - xit ad

præ-sé-pi-um: hó-di-e vi-num ex a-qua fa-ctum est ad

nú-pti-as: hó-di-e in Jor-dá-ne a Jo-án-ne Christus ba-

pti-zá-ri vó - lu-it, ut sal - vá - ret nos, al-le - lú-ja.

Cant. Magnificat. pag. 27.

Si Epiphania venerit in Sabbato, in II. Vesp. fit commem. Dom. infra Octav. Ant. Remansit. Û. Omnes. Oratio. Vota. ut infra pag. 124.

Infra Octavam Epiphaniæ, si occurrat Festum Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ, transfertur post Octavam, nisi fuerit Patroni vel Titularis Ecclesiæ, vel Dedicacionis ejusdem. De aliis vero Duplicibus, de Semidupl. et Simplicibus fit commem. juxta Rubricas.

Ad Laudes, per Horas et ad Vesperas, omnia ut in die festi pag. 117, præter Ant. ad Bened. et ad Magnif., quæ singulis diebus habentur propriæ, ut sequitur.

De Dominica infra Octavam, in quacumque diem Octavæ inciderit, fit Officium ut infra ordinatur.

Subjéctum tibi pópulum, quæsumus Dómine, propitiatio cœléstis amplíficet: et tuis semper fáciat servíre mandátis. Per Dñm.

**Feria Sexta.**

Ad Benedictus  
Antiph. A-quam, quam e-go dé-de-ro, si quis bí-be-rit  
ex e-a, non sí-ti-et in æ-tér-num. *Ψ. Angelis. p. 148.*

*Oratio.*

Jejúnia nostra, quæsumus Dómine, benigno favóre proséquare: ut sicut ab aliméntis abstinémus in córpore; ita a vítiis jejunémus in mente. Per Dóminum.

Ad Magnificat  
Antiph. Dó-mi-ne, ut ví-de-o, pro-phé-ta es tu: patres  
no-stri in mon-te hoc ad-o-ra-vé-runt. *Ψ. Angelis. p. 148.*

*Oratio.*

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui in tua protectióne confídimus, cuncta nobis adversántia te adjuvánte vincámus. Per Dóminum.

**Sabbato.**

Ad Benedictus  
Antiph. In-cli-ná-vit se Je-sus, et scri-bé-bat in  
ter-ra: Si quis si-ne pec-cá-to est, mit-tat in e-am lá-pi-dem.  
*Ψ. Angelis suis. pag. 148.*

*Oratio.*

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui se, affigéndo carnem, ab aliméntis ábstinent; sectándo justítiam a culpa jejúnent. Per Dóminum.

**Ad Vesperas.**

*Capit. de Laud., p. 164; Hymn. Audi. p. 143; Ψ. Angelis. p. 144.*

Ad Magnificat  
Antiph. III. 1. Ne-mo te condemná-vit \* mú-li-er? ne-mo  
Dó-mi-ne: nec e-go te conde-mná-bo: jam ámpli-us no-li  
pec-cá-re. *Cant. Magnificat. pag. 27.*  
*Orat. de Laud., ut infra pag. 164.*

**Dominica IV. in Quadragesima.**

**Ad Laudes.**

1. Antiph. VII. 3. **U**nc ac-ce-ptá-bis \* sac-ri-fi-ci-um ju-  
stí-ti-æ, si a-vér-te-ris fá-ci-em tu-am a pec-cá-tis  
mé-is. *Ps. 50. Miserére. pag. 130.*

2. Antiph. VIII. 1. Bo-num est \* spe-rá-re in Dó-mi-no, quam  
spe-rá-re in prin-cí-pi-bus. *Ps. 117. Confitémini. p. 8.*

3. Antiph. II. Be-ne-dí-cat nos \* De-us, De-us no-ster, be-  
ne-dí-cat nos De-us. *Ps. 62 et 66. pag. 1 et 2.*

4. Antiph. VIII. 1. Po-tens es \* Dó-mi-ne e-rí-pe-re nos de manu  
for-ti: lí-be-ra nos De-us no-ster. *Cant. Benedicite. p. 2.*

5. Antiph. I. 4. Re-ges terræ \* et omnes pó-pu-li lau-dá-te  
De-um. *Ps. 148-150. pag. 3 et 4.*

*Capitulum.**Galat. 4. c.*

Fratres: Scriptum est, quóniam Abraham duos filios hábit: unum de ancilla, et unum de libera: sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem: quæ sunt per allegoriam dicta.

*Hymnus. O sol salutis. p. 146. V. Angelis suis. p. 148.*

Ad Benedictus  
Antiph. I. 3. Cum sub-le-vás - set \* ó-cu-los Je-sus, et  
vi-dís-set má-xi-mam mul-ti-tú-di-nem ve-ni-éntem ad se,  
di-xit ad Phi-líppum: Un-de e-mé-mus pa-nes, ut mandú-  
cent hi? hoc au-tem di-cé-bat tentans e - um: ip-se e-nim  
sci - é-bat quid es-set fa-ctú-rus. *Cant. Benedictus. p. 7.*

*Oratio.*

Concede, quæsumus omnipotens Deus: ut qui ex mérito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatióne respíremus. Per Dóminum nostrum.

## Ad Primam.

Antiph. I. 1. Ac-cé-pit er-go \* Je-sus pa-nes, et cum grá-  
ti-as e-gís-set, dis-trí-bu-it dis-cum-bén-ti-bus.

*Ps. 53. Deus in nómine. cum reliqu. p. 8.*

*R. br. Christe. p. 12. Lect. br. Quærite. p. 14.*

## Ad Tertiam.

Antiph. I. 1. De quin-que pá-ni-bus \* et du-ó-bus pí-sci-bus  
sa-ti-á-vit Dó-mi-nus quinque míl-li-a hó-mi-num.

*Ps. Legem pone. pag. 15.*

*Capit. Fratres: Scriptum. p. 164. R. br. Ipse liberávit. p. 147.*

## Ad Sextam.

Antiph. IV. 1. Sa-ti-á-vit Dó-mi-nus \* quinque míl-li-a hó-minum  
de quin-que pá-ni-bus et du-ó-bus pí-sci-bus. *Ps. Defécit. p. 18.*

*Capitulum.**Galat. 4. d.*

Lætare stérilis quæ non paris: erúmpe et clama quæ non párturis: quia multi filii desértæ, magis quam ejus quæ habet virum.  
*R. br. Scápulis suis. pag. 148.*

## Ad Nonam.

Antiph. I. 2. Il-li er-go \* hó-mi-nes cum vi-dís-sent quod  
fé-ce-rat Je-sus si-gnum, intra se di-cé-bant: qui-a hic  
est ve-re Pro-phé-ta, qui ven-tú-rus est in mundum.

Ps. Mirabilia. pag. 20.

Capitulum. Galat. 4. d.

Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberavit.

R. br. Scuto circumdabit te. pag. 148.

Ad Vesperas.

Ant. et Ps. de Dom. p. 23; Capit. Fratres: Scriptum. p. 164. Hymnus. Audi, benigne. p. 143. V. Angelis suis. p. 144.

Ad Magnificat Antiph. I. 2. Sub-i-it er-go \* in mon-tem Je-sus, et

i-bi se-dé-bat cum di-sci-pu-lis su-is. Cant. Magnificat. p. 27.

Feria Secunda.

Ad Benedictus Antiph. Au-fér-te i-sta hinc, di-cit Dó-mi-nus: et

no-lí-te fá-ce-re do-mum Pa-tris me-i do-mum ne-

go-ti-a-ti-ó-nis. V. Angelis suis. pag. 148.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut observatiões sacras annua devotiõne recolentes, et corpore tibi placeamus, et mente. Per Dóminum nostrum.

Ad Magnificat Antiph. Sól-vi-te templum hoc, di-cit Dó-mi-nus; et

post trí-du-um re-æ-di-fi-cá-bo il-lud: hoc au-tem di-

cé-bat de templo cór-po-ris su-i. V. Angelis suis. p. 148.

Oratio.

Deprecatiõnem nostram, quæsumus Dómine, benignus exáudi: et quibus supplicandi præstas afféctum, tribue defensiõnis auxiliùm. Per Dóminum.

Feria Tertia.

Ad Benedictus Antiph. Quid me quæ-ri-tis in-ter-fi-ce-re, hó-mi-nem

qui ve-ra lo-cú-tus sum vo-bis? V. Angelis suis. p. 148.

Oratio.

Sacræ nobis, quæsumus Dómine, observatiõnis jejúnia, et piæ conversatiõnis augméntum, et tuæ propitiatiõnis continuum præstent auxiliùm. Per Dóminum.

Ad Magnificat Antiph. Nemo in e-um mi-sit ma-num: qui-a nondum

vé-ne-rat ho-ra e-jus. V. Angelis suis. pag. 148.

Oratio.

Miserére Dómine pópulo tuo, et continuis tribulatiõnibus laborantem propitius respiráre concéde. Per Dóminum.

Feria Quarta.

Ad Benedictus Antiph. Rab-bi, quid peccá-vit ho-mo i-ste, quod cæcus

na-tus est? Res-pón-dit Je-sus, et di-xit: Ne-que hic pec-

cá-vit, ne-que pa-rén-tes e-jus: sed ut ma-ni-fe-stén-tur

ó-pe-ra De-i in il-lo. V. Angelis suis. pag. 148.

Oratio.

Deus, qui et justis præmia meritõrum, et peccatõribus per jejúnium véniam præbes: miserére supplicibus tuis; ut reatus nostri conféssio indulgéntiam váleat percípere delictõrum. Per Dóminum nostrum.

Ad Magnificat Antiph. Il-le ho-mo, qui dí-ci-tur Je-sus, lu-tum fe-cit

ex spu-to, et li-ní-vit ó-cu-los me-os, et mo-dò ví-de-o. V. Angelis suis. pag. 148.

*Oratio.*

**P**âteant aures misericórdiæ tuæ Dómine précibus supplicántium: et ut peténtibus desideráta concédas, fac eos quæ tibi sunt plácita, postuláre. Per Dóminum.

**Feria Quinta.**

Ad Benedictus  
Antiph.

I - bat Je - sus in ci - vi - tá - tem, quæ vo - cá - tur

Na - im: et ecce de - fún - ctus ef - fe - re - bá - tur fi - li - us ú - ni -

cus ma - tris su - æ. *Ps.* Angelis suis. pag. 148.

*Oratio.*

**P**ræsta, quæsumus omnipotens Deus: ut quos jejúnia votíva castigant, ipsa quoque devotío sancta lætíficet; ut terrénis affectibus mitigátis, facilius cœlestia capiámus. Per Dóminum.

Ad Magnificat  
Antiph.

Prophé - ta ma - gnus sur - ré - xit in no - bis, et

qui - a De - us vi - si - tá - vit ple - bem su - am. *Ps.* Angelis. p. 148.

*Oratio.*

**P**ópuli tui Deus institutor et rector, peccáta, quibus impugnátur, expélle: ut semper tibi plácitus, et tuo munimine sit secúrus. Per Dóminum nostrum.

**Feria Sexta.**

Ad Benedictus  
Antiph.

Lá - zarus amicus no - ster dormit: e - á - mus,

et a so - mno ex - ci - té - mus e - um. *Ps.* Angelis. p. 148.

*Oratio.*

**D**eus, qui ineffábilibus mundum rénovas sacraméntis: præsta quæsumus; ut Ecclésia tua et ætérnis proficiat institútis, et temporálibus non destituátur auxiliis. Per Dóminum.

Ad Magnificat  
Antiph.

Dó - mi - ne, si fu - is - ses hic, Lá - za - rus non

es - set mór - tu - us: ec - ce jam fœ - tet qua - tri - du - á - nus

in mo - nu - mén - to. *Ps.* Angelis suis. pag. 148.

*Oratio.*

**D**a nobis, quæsumus omnipotens Deus: ut qui infirmitátis nostræ cónscii, de tua virtúte confidimus, sub tua semper pietáte gaudeámus. Per Dóminum.

**Sabbato.**

*Ant.* Qui séquitur me. p. [11]: *Ps.* Angelis suis. p. 148.

*Oratio.*

**F**iat Dómine quæsumus, per grátiam tuam fructuósus nostræ devotiónis affectus: quia tunc nobis próderunt suscepta jejúnia, si tuæ sint plácita pietáti. Per Dóminum.

**Sabbato ante Dominicam Passionis.**

**Ad Vesperas.**

*Capitulum.* Fratres: Christus. *ut infra* pag. 172.

Hymnus.

I. 1. Ve - xil - la Re - gis prod - e - unt: ful - get Cru - cis

my - sté - ri - um, qua vi - ta mor - tem pér - tu - lit, et mor - te

vi - tam pró - tu - lit. 2. Quæ vul - ne - rá - ta lán - ce - æ mucróne

di - ro, crí - mi - num ut nos la - vá - ret sór - di - bus, ma - ná - vit

un - da et sán - gui - ne. 3. Implé - ta sunt quæ cón - ci - nit Da - vid

fi - dé - li cár - mi - ne, di - cendo na - ti - ó - ni - bus: re - gná - vit a

li - gno De - us. 4. Arbor de - có - ra et fúl - gi - da, or - ná - ta re - gis

púr - pu - ra, e - lé - cta di - gno stí - pi - te tam san - cta membra

tán-ge-re. 5. Be-á-ta, cu - jus brá-chi-is pré-tium pe-péndit  
 sáe-cu-li, sta-té-ra fa-cta cór-po-ris, tu-lít-que præ-dam tár-  
 ta-ri. 6. O Crux a-ve spes ú-ni-ca, hoc pas-si-ó-nis tém-  
 po-re pí-is ad-áu-ge grá-ti-am, re-is-que de-le crí-mi-na.

7. Te, fons sa-lú-tis Trí-ni-tas, colláudet omnis spí-ri-tus: qui-  
 bus Cru-cis vi-ctó-ri-am lar-gí-ris, ad-de præ-mi-um. A - men.  
 V. Eripe me Dómine ab hómine malo. R. A viro iniquo éripe me.

Ad Magnificat  
 Antiph.  
 VIII. 1. E-go sum \* qui te-sti-mó-ni-um per-hí-be-o  
 de me-ípso: et te-stimó-ni-um pér-hi-bet de me, qui mi-sit  
 me Pa-ter. Cant. Magnificat. pag. 27.

Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus, familiam tuam propítius réspice: ut te largiénte, regátur in corpore; et te servánte, custodiátur in mente. Per Dóminum.

Ab hoc Sabbato usque ad Fer. II. post Oct. Pent., non fiunt comm. consueta de Cruce, de S. Maria, et aliæ in Psalt. posita.

Ad Completorium.

Hymnus.  
 I. 1. Te lu-cis an-te tér-mi-num, \* re-rum Cre-á-tor  
 pó-scimus, ut pro tu-a cle-mén-ti-a sis præ-sul et cu-  
 stó-di-a. 2. Pro-cul re-cé-dant só-mni-a, et nó-cti-um

phan-tá-sma-ta; ho-stém-que nostrum cóm-prime, ne pol-lu-  
 ántur cór-po-ra. 3. Præ-sta, Pa-ter pi-ís-si-me, Pa-trí-  
 que com-par U-ni-ce, cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to re-gnans  
 per o-mne sáe-cu-lum. A - men.

In R. br. non dicitur Glória Patri in Officio feriali usque ad Fer. V. in Cena Domini.

Dominica de Passione.

Ad Laudes.

1. Antiph. VIII. 1. **V** I-de Dó-mi-ne \* af-fli-cti-ó-nem me-am,  
 quó-ni-am e-ré-ctus est i-ni-mi-cus me-us. Ps. 50. Miserére. 130.  
 2. Antiph. VII. 1. In tri-bu-la-ti-ó-ne \* in-vo-cá-vi Dó-mi-num,  
 et ex-au-dí-vit me in la-ti-tú-di-ne. Ps. 117. Confitémini. p. 8.  
 3. Antiph. IV. 1. Ju-di-cá-sti Dó-mi-ne \* causam á-nimæ me-æ,  
 de-fénsor vi-tæ me-æ, Dó-mi-ne De-us me-us. Ps. 62 et 66. p. 1-2.  
 4. Antiph. IV. 1. Pó-pu-le me-us \* quid fe-ci ti-bi, aut quid  
 mo-léstus fu-i? re-spón-de mi-hi. Cant. Benedicite. p. 2.  
 5. Antiph. IV. 1. Numquid réd-di-tur \* pro bo-no ma-lum, qui-a

fo-dé-runt fó-ve-am á-ni-mæ me-æ? Ps. 148-150. p. 3 et 4.

Capitulum.

Hebr. 9. c.

Fratres: Christus assistens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manu factum, id est, non hujus creatiónis: neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introiit semel in Sancta, ætérna redemptióne invénta.

Hymnus.

I.

1. Lustra sex qui jam per-é-git, \* tempus im-plens

cór-po-ris, sponte lí-be-ra Red-émptor passi-ó-ni dé-di-tus,

Agnus in Cru-cis le-vá-tur im-mo-lándus stí-pi-te. 2. Fel-le

po-tus ecce languet: spi-na, cla-vi, lán-ce-a mi-te corpus per-

fo-rárunt: unda manat, et cru-or: terra, pontus, astra, mundus,

quo la-vántur flú-mi-ne! 3. Crux fi-dé-lis, in-ter o-mnes ar-bor

u-na nó-bi-lis: sil-va ta-lem nul-la pro-fert fronde, flo-re,

ger-mi-ne: dul-ce fer-rum, dul-ce li-gnum, dul-ce pondus

sús-ti-ment. 4. Fle-cte ramos arbor al-ta, ten-sa la-xa ví-sce-ra,

et ri-gor lenté-scat il-le, quem de-dit na-ti-vi-tas; et supérni

membra re-gis tende mi-ti stí-pi-te. 5. So-la di-gna tu fu-i-sti

fer-re mundi ví-cti-mam; at-que portum præ-pa-rá-re arca

mundo náufra-go, quam sa-cer cru-or per-ún-xit, fu-sus Agni

cór-po-re. 6. Semp-tér-na sit be-á-tæ Tri-ni-tá-ti gló-ri-a,

æ-qua Pa-tri, Fi-li-ó-que; par de-cus Pa-rá-cti-to: u-ni-us

Tri-ni-que no-men lau-det u-ni-vér-si-tas. A-men.

V. Eripe me de inimicis meis Deus meus.

R. Et ab insurgentibus in me libera me.

Ad Benedictus

Antiph.

III. 1. Di-cé-bat Je-sus \* tur-bis Ju-dæ-ó-rum,

et prin-cí-pi-bus sa-cer-dó-tum: Qui ex De-o est, ver-ba

De-i au-dit: pro-ptér-e-a vos non au-di-tis, qui-a ex

De-o non e-stis. Cant. Benedictus. pag. 7.

Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus, familiam tuam propitius respice: ut te largiente, regatur in corpore; et te servante, custodiatur in mente. Per Dóminum.

Ad Primam.

Antiph. VIII. 2. E-go \* dæ-mó-ni-um non há-be-o, sed ho-no-

rí-fi-co Pa-trem me-um, di-cit Dó-mi-nus. Ps. 53. Deus. p. 8.

R. br. ut in Psalt. p. 12, et loco Glória Patri. repetitur Christe. Fili Dei vivi. Ad Absol. Capit., Lect. br. Fáciem meam. p. 14. Et dicitur in Dom. et Fer., usque ad Fer. V. in Cæna Domini exclusive.




## Ad Tertiam.

Antiph. VIII. 2.  E - go \* gló-ri-am me-am non quæ-ro: est qui quæ-rat, et jú-di-cet. *Ps. Legem pone. pag. 15.*  
*Capit. Fratres: Christus. ut supra pag. 172.*

*R. br.* E - ru - e a frá-me - a \* De - us á - ni-mam me-am. Erue.  
*Ps.* Et de ma-nu ca-nis ú-ni-cam me-am. Deus. Erue.  
*Ps.* De ore leónis líbera me Dómine.  
*R.* Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.


## Ad Sextam.



Antiph. I. 1.  A - men, a - men di-co vo - bis: \* si quis ser-mó-nem me - um ser-vá-ve-rit, mor-tem non gu-stá-bit in æ - térnium. *Ps. Defécit. pag. 18.*

*Capitulum. Hebr. 9. d.*  
 Si enim sanguis hircórum, et taurórum, et cinis vítulæ aspérsus sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetípsam obtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti?

*R. br.* De o-re le - ó - nis \* Lí-be-ra me Dó-mi-ne. De ore.  
*Ps.* Et a cór-ni-bus u-ni-có-r-ni-um hu-mi-li-tá-tem me - am. Líbera me. De ore leónis.  
*Ps.* Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.  
*R.* Et cum viris sánguinum vitam meam.

## Ad Nonam.

Antiph. I. 3.  Tu-lérunt lá-pi-des Ju-dæ-i \* ut já-ce-rent in

 e - um: Je - sus au-tem abs-cón-dit se, et ex - i - vit  
 de templo. *Ps. Mirabilia. pag. 20.*

## Capitulum.

Hebr. 9. d.



Et ideo novi Testaménti mediátor est: ut morte intercedénte, in redemptiónem eárum prævaricatónum, quæ erant sub prióri Testaménto, repromissionem accípiant, qui vocáti sunt ætérnæ hæreditátis in Christo Jesu Dómino nostro.

*R. br.* Ne per-das cum ím-pi-is \* De-us, á - ni-mam me-am. Ne perdas.

*Ps.* Et cum ví-ris sán-gui-num ví-tam me-am. Deus. Ne perdas.  
*Ps.* Eripe me Dómine ab hómine malo.  
*R.* A viro iníquo éripe me.

## Ad Vesperas.



*Ant. et Ps. de Dom. p. 23; Capit. Fratres: Christus. p. 172. Hymnus. Vexilla Regis. p. 169. Ps. Eripe me. p. 170.*

Ad Magnificat  
 Antiph. II.  A - bra - ham \* pa - ter ve - ster ex - sul - tá - vit  
 ut ví-dé-ret dí-em me-um: ví-dit, et ga-ví-sus est.

*Cant. Magnificat. pag. 27.*


*Hymni Ps. et R. br. supradicta dicuntur etiam in Dom. Palm.*

## Feria Secunda.

Ad Benedictus  
 Antiph.  In dí-e magno fe-sti-vi-tá-tis sta - bat Je - sus et  
 cla-má-bat dí-cens: Si quis sí-tit, vé-ni-at ad me, et bí-bat.  
*Ps.* Eripe me. *ut supra.*

## Oratio.


Sanctifica, quæsumus Dómine, nostra jejúnia: et cunctárum nobis indulgéntiam propítius largire culpárum. Per Dóminum.

Ad Magnificat  
Antiph.   
Si quis si - tit, vé - ni - at ad me, et bi - bat: et  
de ven - tre e - jus flu - ent a - quæ vi - væ, di - cit Dó - mi - nus.  
V. Eripe me. pag. 175.

*Oratio.*


**D**a, quæsumus Dómine, pópulo tuo salutem mentis et córporis: ut bonis opéribus inhæréndo, tua semper mereátur protectióne deféndi. Per Dóminum.

**Feria Tertia.**

Ad Benedictus  
Antiph.   
Tempus me - um nondum advé - nit, tempus autem  
ve - strum sem - per est pa - rá - tum. V. Eripe me. pag. 175.

*Oratio.*


**N**ostra tibi, Dómine quæsumus, sint accépta jejúnia: quæ nos et expiándo, grátia tua dignos efficiant, et ad remédia perducant æténa. Per Dóminum.

Ad Magnificat  
Antiph.   
Vos ascén - di - te ad di - em fe - stum hunc: e - go  
au - tem non ascén - dam, qui - a tempus me - um nondum advénit.  
V. Eripe me. pag. 175.

*Oratio.*


**D**a nobis, quæsumus Dómine, perseverántem in tua voluntáte famulátum: ut in diébus nostris et mérito et número pópulus tibi sérvians augeátur. Per Dóminum.

**Feria Quarta.**

Ad Benedictus  
Antiph.   
O - ves me - æ vo - cem me - am áu - di - unt: et  
e - go Dó - mi - nus a - gnó - sco e - as. V. Eripe me. p. 175.

*Oratio.*


**S**anctificáto hoc jejúnio, Deus, tuórum corda fidélium miserátor illústra: et quibus devotiónis præstas afféctum, præbe suppli - cántibus pium benignus audítum. Per Dóminum.

Ad Magnificat  
Antiph.   
Mul - ta bo - na ó - pe - ra o - pe - rá - tus sum vo - bis:  
pro - pter quod o - pus vul - tis me oc - ci - de - re? V. Eripe me. p. 175.

*Oratio.*


**A**désto supplicatióibus nostris omnipotens Deus: et quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges consuétæ misericórdiæ tribue benignus efféctum. Per Dóminum.

**Feria Quinta.**

Ad Benedictus  
Antiph.   
Ma - gi - ster di - cit: Tem - pus me - um pro - pe est,  
a - pud te fá - ci - o Pascha cum di - sci - pu - lis me - is.  
V. Eripe me. pag. 175.

*Oratio.*


**P**ræsta, quæsumus omnipotens Deus: ut dignitas conditionis humánæ per immoderántiam sauciáta, medicínalis parsimóniæ stúdio reformétur. Per Dóminum.

Ad Magnificat  
Antiph.   
De - si - dé - ri - o de - si - de - rá - vi hoc Pascha man -  
du - cá - re vo - bis - cum, án - te - quam pá - ti - ar. V. Eripe me. p. 175.

*Oratio.*

**E**sto, quæsumus Dómine, propitius plebi tuæ: ut quæ tibi non placent, respuéntes, tuórum pótius repleántur delectatióibus mandatórum. Per Dóminum.


**Feria Sexta.**

Ad Benedictus  
Antiph.   
Ap - pro - pin - quá - bat au - tem di - es fe - stus Ju -  
dæ - ó - rum: et quæ - ré - bant prin - ci - pes sa - cerdó - tum quó -  
mo - do Je - sum in - ter - fi - ce - rent, sed ti - mé - bant ple - bem.  
V. Eripe me. pag. 175.

Oratio.

Córdibus nostris, quæsumus Dómine, grátiam tuam benignus infúnde: ut peccáta nostra castigatióne voluntária cohibéntes, temporáliter pótius macerémur, quam suppliciis deputémur ætérnis. Per Dóminum nostrum.

Ad Magnificat  
Antiph.




Prínci-pes sa-cer-dó-tum consi-li - um fe-cé -  
runt, ut Je-sum oc-ci-de-rent: di-cé-bant au-tem: Non in  
di - e fe - sto, ne for-te tu-múl-tus fi-e-ret in pó-pu-lo.  
V. Eripe me. pag. 175.

Oratio.

Concéde, quæsumus omnipotens Deus: ut qui protectionis tuæ grátiam quærimus, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dóminum.

Sabbato.

Ad Benedictus  
Antiph.



Cla-ri-fi-ca me Pa - ter a-pud te-met-ip-sum  
cla-ri-tá - te, quam há-bu - i, pri - úsquam mundus fi - e - ret.

Oratio.

Proficiat, quæsumus Dómine, plebs tibi dicáta piæ devotiónis afféctu: ut sacris actióri-bus erudíta, quanto majestáti tuæ fit grátior, tanto donis potióri-bus augeátur. Per Dóminum.

Ad Vesperas.

Capit. de Laud., p. 179. Hymn. Vexilla. p. 169. V. Eripe. p. 170.

Ad Magnificat  
Antiph.





IV. 1. Pater ju-ste, \* mundus te non cognóvit: e - go  
autem no-vi te, qui - a tu me mi - si - sti. Cant. Magnificat. p. 27.  
Orat. de Laud., ut infra pag. 180.

Dominica in Palmis.

Ad Laudes.

1. Antiph. II.  O - mi-nus De - us \* au - xi - li - á - tor  
me-us: et íd - e - o non sum con-fú-sus. Ps. 50. Miserére. p. 30.

2. Antiph. I. 4.  Cir-cum-dán-tes \* cir-cum-de-dé-runt me: et in  
nó-mi-ne Dó-mi-ni vindi-cá-bor in e - is. Ps. 117. Confit. p. 8.

3. Antiph. VIII. 1.  Jú - di-ca \* cau-sam me-am: de-fén-de,  
qui - a po-tens es Dó-mi-ne. Ps. 62 et 66. p. 1 et 2.

4. Antiph. VII. 4.  Cum Ange - lis et pú - e - ris \* fi-dé-les in-ve-  
ni - á-mur, tri-umpha-tó - ri mortis clamán - tes: Ho-sán-na  
in ex-cél-sis. Cant. Benedicite. p. 2.

5. Antiph. IV. 1.  Con-fundán-tur \* qui me perse-quin-tur, et non  
confún-dar e - go, Dó-mi-ne De-us me - us. Ps. 148-150. p. 3 et 4.

Capitulum.

Philipp. 2.

Fratres: Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitrátus est esse se æquálem Deo: sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo.

Hymnus. Lustra sex. p. 172. V. Eripe me. p. 173.

Ad Benedictus

Antiph. IV. 1. Tur-ba mul-ta,\*quæ con-ve-ne-rat ad di-em fe-stum, cla-mábat Dó-mi-no: Be-ne-dí-ctus qui ve-nit in nó-mi-ne Dó-mi-ni, Ho-sán-na in ex-cél-sis.

Cant. Benedictus. p. 7.

Oratio.

Omnípotens sempítérne Deus, qui humano géneri, ad imitándum humilitátis exémpulum, Salvátorem nostrum carnem sùmere, et crucem subire fecísti: concède propítius; ut et patiéntiæ ipsíus habére documénta, et resurrectionis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Primam.

Antiph. I. 1. Pú-e-ri He-bræ-ó-rum \* tolléntes ramos o-li-vá-rum, obvi-a-vé-runt Dó-mi-no cla-mán-tes et di-cén-tes: Ho-sán-na in ex-cél-sis. Ps. 53. Deus. p. 9.

R. br. ut in Psalt. p. 12, et loco Glória Patri repetitur Christe Fili Dei vivi. Ad Absol. Capit., Lect. br. Fáciem meam. p. 14.

Ad Tertiam.

Antiph. I. 1. Pú-e-ri He-bræ-ó-rum \* ve-sti-mén-ta pro-ster-né-bant in vi-a, et cla-má-bant di-cén-tes: Ho-sán-na Fí-li-o Da-vid: be-ne-dí-ctus qui ve-nit in nó-mi-ne Dó-mi-ni.

Ps. Legem pone. p. 15.

Capit. Fratres: Hoc enim. p. 179. R. br. Erue a frámea. p. 174.

Ad Sextam.

Antiph. IV. 1. Ti-bi re-ve-lá-vi \* cau-sam me-am, de-fén-sor vi-tæ me-æ, Dó-mi-ne De-us me-us. Ps. Defécit p. 18.

Capitulum. Philipp. 2.

Humiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen.

R. br. De ore leónis. pag. 174.

Ad Nonam.

Antiph. IV. 1. In-vo-cá-bo \* nomen tu-um Dó-mi-ne: ne a-vér-tas fá-ci-em tu-am a cla-mó-re me-o. Ps. Mirabilia. p. 20.

Capitulum. Philipp. 2. b.

In nómine Jesu omne genu flectátur cœlestíum, terréstrium, et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

R. br. Ne perdas cum impiis. pag. 175.

Ad Vesperas.

Ant. et Ps. de Dom. p. 23; Capit. Fratres: Hoc enim. p. 179. Hymn. Vexilla Regis. p. 169. V. Eripe me. p. 170.

Ad Magnificat

Antiph. VIII. 1. Scri-ptum est e-nim: \* Percú-ti-am pa-stó-rem, et di-sper-géntur o-ves gre-gis: postquam au-tem re-sur-ré-xe-ro, præ-cé-dam vos in Ga-li-læ-am: i-bi me vi-dé-bi-tis, di-cit Dó-mi-nus. Cant. Magnificat. p. 27.

Ab hac die usque ad Oct. Paschæ, si occurrat aliquod Festum ix Lect., quod transferri valeat, transfertur post Octavam; secus de eo fit commem., præterquam tribus diebus Pascha præcedentibus et duobus consequentibus, juxta Rubricam de commem. Festi trium Lectionum item a Fer. V. in Cena Domini usque ad Fer. III. Paschæ, nulla fit commem.

Tribus sequentibus diebus, dicto secreto Pater noster, Ave Maria, et ad Matutinum et in principio Primæ, Credo, omnibus aliis prætermisissis, absolute incipitur Officium ad Matutinum et Vesperas, ab Antiphona primi Psalmi, et Antiphonæ duplicantur sicut in Festo Duplici.

In fine Psalmorum non dicitur Glória Patri per omnes Horas, nec in Responsoriis: et in fine cujuslibet Psalmi ad Matutinum extinguitur una ex quindecim candelis positis in candelabro triangulari ante Altare.

## Feria V. in Coena Domini.

## Ad Matutinum.

## In I. Nocturno.

1. Antiph. VIII. 2. 

Ps. 68. Salvum me fac.

Psalmus 68.

Salvum me fac Deus: \* quóniam intravérunt aquæ usque ad animam meam.

Infixus sum in limo profúndi: \* et non est substántia.

Veni in altitudinem maris: \* et tempéstat demérsit me.

Laborávi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: \* defecerunt óculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicáti sunt super capillos cápitis mei, \* qui odérunt me gratis.

Confortáti sunt qui persecúti sunt me inimíci mei injúste: \* quæ non rápui, tunc exsolvébam.

Deus tu scis insipiéntiam meam: \* et delicta mea a te non sunt abscondita.

Non erubéscant in me qui exspéctant te Dómine, \* Dómine virtútum.

Non confundántur super me \* qui quærent te, Deus Israël.

Quóniam propter te sustinui

oppróbrum: \* opéruit confusio faciém meam.

Extráneus factus sum frátribus meis, \* et peregrinus filiis matris meæ.

Quóniam zelus domus tuæ comédit me: \* et oppróbria exprobrántium tibi, cecidérunt super me.

Et opéruí in jejúnio ánimam meam: \* et factum est in oppróbrum mihi.

Et pósui vestiméntum meum cilícium: \* et factus sum illis in parábolam.

Advérsus me loquebántur, qui sedébant in porta: \* et in me psallébant qui bibébant vinum.

Ego vero oratióem meam ad te Dómine: \* tempus benepláciti Deus.

In multitúdine misericórdiæ tuæ exáudi me: \* in veritaté salutis tuæ:

Eripe me de luto, ut non infigar: \* libera me ab iis, qui odérunt me, et de profúndis aquárum.

\* Ab hac nota signata asterisco (\*) incipiuntur Vers. II. et sequ.

Non me demérgat tempéstat aquæ, neque absórbeat me profúndum: \* neque úrgeat super me píteus os suum.

Exáudi me Dómine, quóniam benigna est misericórdia tua: \* secúndum multitúdinem miserationum tuárum respice in me.

Et ne avértas faciém tuam a púero tuo: \* quóniam tríbolor, velociter exáudi me.

Inténde ánimæ meæ, et libera eam: \* propter inimícos meos éripe me.

Tu scis impropérium meum, et confusiónem meam, \* et reveréntiam meam.

In conspéctu tuo sunt omnes qui tríbulant me, \* impropérium exspectávit cor meum, et miseriam.

Et sustinui qui simul contristarétur, et non fuit: \* et qui consolarétur, et non invéni.


Et dedérunt in escam meam fel: \* et in siti mea potavérunt me acéto.


Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum, \* et in retributiónes, et in scándalum.


Obscuréntur óculi eórum ne vídeant: \* et dorsum eórum semper incúrva.

Effúnde super eos iram tuam: \* et furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Tractius.



1. Antiph. 

2. Antiph. VIII. 2. 

Fiat habitatio eórum desérta: \* et in tabernáculis eórum non sit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percussisti, persecúti sunt: \* et super dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitatem super iniquitatem eórum: \* et non intrent in justítiam tuam.

Deleántur de libro vivéntium: \* et cum justis non scribántur.

Ego sum pauper et dolens: \* salus tua Deus suscépit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico: \* et magnificábo eum in laude:

Et placébit Deo super vitulum novéllum: \* cónvua producéntem et úngulas.

Videant páuperes et laténtur: \* quærite Deum, et vivet ánima vestra:

Quóniam exáudívit páuperes Dóminus: \* et vinctos suos non despéxit.

Laudent illum cæli et terra, \* mare, et ómnia reptília in eis.


Quóniam Deus salvam faciét Sion: \* et ædificábuntur civitátes Juda.


Et inhabitábunt ibi, \* et hæreditate acquirant eam.



Et semen servórum ejus possidébit eam, \*

  
 có - gi - tant mi - hi ma - la. *Ps. 69. Deus in adiutorium.*

*Psalmus 69.*  
**D**eus in adiutorium meum intēde: \* Dómine ad adiuvandum me festína.  
 Confundántur et revereántur, \* qui quærunť ánimam meam: Avertántur retrórsuť, et erubéscant, \* qui volunt mihi mala: Avertántur statim erubescētes, \* qui dicunt mihi: Euge, euge. Exsúltent et læténtur in te

omnes qui quærunť te, \* et dicant semper: Magnificétur Dñs: qui diligit salutáre tuum.  
 Ego vero egénus, et pauper sum: \* Deus ádjuva me.  
 Adjutor meus, et liberátor meus es tu: \*  
*Tractius.*  
  
 Dó - mi - ne ne mo - ré - ris.

2. Antiph.   
 A - ver - tán - tur re - trór - sum, et e - ru - bé - scant,  
  
 qui có - gi - tant mi - hi ma - la.


3. Antiph.   
 VIII. 2. De - us me - us é - ri - pe me de ma - nu pec -  
  
 ca - tó - ris. *Ps. 70. In te Dómine.*



*Psalmus 70.*  
**I**n te Dómine sperávi, non confundar in ætérnum: \* in iustítia tua líbera me, et éripe me.  
 Inclína ad me aurem tuam, \* et salva me.  
 Esto mihi in Deum protectórem, et in locum munitum: \* ut salvum me fácias,  
 Quóniam firmaméntum meum, \* et refúgium meum es tu.  
 Deus meus éripe me de manu peccatóris, \* et de manu contra legem agéntis et iníqui:  
 Quóniam tu es patiéntia mea Dómine: \* Dómine spes mea a iuventúte mea.  
 In te confirmátus sum ex útero: \* de ventre matris meæ tu es protector meus.  
 In te cantátio mea semper: \*

tamquam prodígium factus sum multis: et tu adiutor fortis.  
 Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam: \* tota die magnitúdinem tuam.  
 Ne projicias me in témpore senectútis: \* cum defécerit virtus mea, ne derelinquas me.  
 Quia dixerunt inimíci mei mihi: \* et qui custodiébant ánimam meam, consilium fecérunt in unum.  
 Dicéntes: Deus dereliquit eum, persequimini, et comprehēdite eum: \* quia non est qui erípiat.  
 Deus ne elongéris a me: \* Deus meus in auxiliuť meuť respice.  
 Confundántur, et deficiant detrahéntes ánimæ meæ: \* operián-

tur confusióne, et pudóre qui quærunť mala mihi.  
 Ego autem semper sperábo: \* et adjíciam super omnem laudem tuam.  
 Os meum annuntiábit iustítiam tuam: \* tota die salutáre tuum.  
 Quóniam non cognóvi litteratúrám, introibo in poténtias Dómini: \* Dómine memorábor iustítie tuæ solius.  
 Deus docuísti me a iuventúte mea: \* et usque nunc pronuntiábo mirabilia tua.  
 Et usque in senéctam et sénium: \* Deus ne derelinquas me, Donec annúntiem bráchium tuuť \* generatióni omni, quæ ventúra est:  
 Poténtiam tuam, et iustítiam

tuam Deus usque in altíssima, quæ fecísti magnália: \* Deus quis similis tibi?  
 Quantas ostendísti mihi tribulatiónes multas, et malas: et convérsus vivificásti me: \* et de abyssis terræ íterum reduxísti me:  
 Multiplicásti magnificéntiam tuam: \* et convérsus consolátus es me.  
 Nam et ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem tuam: \* Deus psallam tibi in cíthara, sanctus Israél.  
 Exsultábunt lábia mea cum cantávero tibi: \* et ánima mea, quam redemísti.  
 Sed et lingua mea tota die meditábitur iustítiam tuam: \*

*Tractius.*  
  
 cum confúsi et revériti fúerint, qui quæ - runť ma - la mi - hi.

3. Antiph.   
 De - us me - us é - ri - pe me de ma - nu peccatóris.  
  
 V. Avertántur retrórsuť, et e - rubéscant. R. Qui cógitant mihi ma - la.

*Hoc triduo, post VV. Noct., dicitur secreto Pater noster. nec pronuntiatuť Et ne nos. nec dicituť Absolutio, neque dantur Benedictiones ante Lectiones.*  
*In fine Lectionum non dicituť Tu autem, Dómine. sed primæ tres Lectiones Jeremiæ terminantur ut infra.*

VI.   
 In - ci - pit La - men - tá - ti - o Je - re - mí - æ Pro - phé - tæ.

Lectio I.   
 A - leph. Quó - mo - do se - det so - la cí - vi - tas  
  
 ple - na pó - pu - lo: fa - cta est qua - si ví - du - a dó - mi - na Gén -  
  
 ti - um: princeps pro - vinci - á - rum facta est sub tri - bú - to.

Beth. Plo-rans plo-rá-vit in nocte, et lácrimæ e-jus in ma-xil-lis e-jus: non est qui con-so-lé-tur e-am ex ómni-bus ca-ris e-jus: o-mnes am-í-ci e-jus spre-vé-runt e-am, et fá-cti sunt e-i i-ni-mí-ci. Ghi-mel. Mi-grá-vit Ju-das pro-pter af-flic-ti-ó-nem, et mul-ti-tú-di-nem servi-tú-tis: ha-bi-tá-vit in-ter Gen-tes, nec invé-nit réqui-em: o-mnes perse-cu-tó-res e-jus appre-hen-dé-runt e-am in-ter an-gú-sti-as. Da-leth. Vi-æ Si-on lu-gent e-o quod non sint qui vé-ni-ant ad so-le-mni-tá-tem: o-mnes por-tæ e-jus de-strú-ctæ: sa-cer-dó-tes e-jus ge-méntes: vír-gi-nes e-jus squá-li-dæ, et ip-sa opprés-sa a-ma-ri-tú-di-ne. He.

Fa-cti sunt ho-stes e-jus in cá-pi-te, in-i-mí-ci e-jus lo-cu-ple-tá-ti sunt: qui-a Dó-mi-nus lo-cú-tus est su-per e-am pro-pter mul-ti-tú-di-nem in-i-qui-tá-tum e-jus: pár-vu-li e-jus du-cti sunt in ca-pti-vi-tá-tem, an-te fá-ci-em tri-

bu-lán-tis. Je-rú-sa-lem, Je-rú-sa-lem, con-vér-te-re ad Dó-mi-num De-um tu-um.

*Sic terminantur Lectiones de Lamentationibus in hoc triduo.*

Respons. I. VIII. In mon-te O-li-vé-ti o-rá-vit ad Pa-trem: Pa-ter, si fi-e-ri pot-est, tráns-e-at a me ca-lix i-ste: \* Spí-ri-tus qui-dem prom-ptus est, ca-ro au-tem in-fir-ma. V. Vi-gi-lá-te, et o-rá-te, ut non in-tré-tis in ten-ta-ti-ó-nem. Spiritus quidem. *ut supra.*

Lectio II. Vau. Et e-grés-sus est a fi-li-a Si-on omnis de-cor e-jus: fá-cti sunt princi-pes e-jus vel-ut a-ri-e-tes non in-ve-ni-én-tes pás-cu-a: et ab-i-é-runt absque for-ti-tú-di-ne ante fá-ci-em subsequén-tis. Za-in. Re-cordá-ta est Je-rú-sa-lem di-é-rum af-flic-ti-ó-nis su-æ, et præ-va-ri-ca-ti-ó-nis ó-mni-um de-si-de-ra-bí-li-um su-ó-rum, quæ ha-bú-e-rat a di-é-bus an-tí-quis, cum cá-de-ret pó-pu-lus e-jus

in ma-nu ho-sti-li, et non es-set au-xi-li-á-tor: vi-dé-runt  
 e-am hostes, et de-ri-sé-runt sá-bba-ta e - jus. Heth. Pec-  
 cá-tum pec-cá-vit Je-rú-sa-lem, proptér-e-a in-stá-bi-lis fa-cta  
 est: o-mnes, qui glo-ri-fi-cá-bant e-am, spre-vé-runt il-lam,  
 qui-a vi-dé-runt i-gnomí-ni-am e-jus: ip-sa au-tem ge-mens  
 convér-sa est re-trór - sum. Teth. Sor-des e-jus in pé-di-bus  
 e-jus, nec re-cordá-ta est fi-nis su-i: de-pó-si-ta est ve-he-  
 ménter, non ha-bens con-so-la-tó-rem: vi-de Dó-mi-ne af-fi-cti-  
 ó-nem me-am, quó-ni-am e-réctus est in-i-mí - cus. Je-rú-  
 sa-lem, Je-rú-sa-lem, convér-te-re ad Dó-mi-num De-um tu - um.

Respons II.

VIII.

Tri-stis est á - ni-ma me - a us -  
 que ad mor - tem: sus - ti-né - te hic, et vi-gi-  
 lá-te me - cum: nunc vi-dé-bi-tis tur-bam, quæ circúm-  
 da-bit me: \* Vos fu - gam ca-pi-é - tis, et e-go  
 va - dam im-mo-lá - ri pro vo - bis.

Y. Ec - - ce ap-pro-pín-quat ho - ra, et Fi - li - us  
 hó-mi-nis tra-dé-tur in ma-nus pec - ca-tó - - rum.  
 Vos fugam. *ut supra.*

Lectio III.

Jod.

Ma-num su-am mi-sit hostis ad ó-mni-a  
 de-si-de-ra-bí-li-a e-jus: qui-a vi-dit Gentes ingrèssas san-  
 ctu-á-ri-um su-um, de quibus præ-cé-pe-ras ne in-trá-rent in  
 ec-clé-si-am tu - am. Caph. Omnis pó-pu-lus e-jus gemens,  
 et quærens panem: de-dé-runt pre-ti-ó-sa quæque pro ci-bo  
 ad re-fo-cil-ándam á-ni-mam. Vi-de Dó-mi-ne et consi-de-ra,  
 quó-ni-am facta sum vi - lis. La - med. O vos omnes, qui  
 trans-i-tis per vi-am, at-té-ndi-te, et vidé-te si est do-lor sic-ut  
 do-lor mé-us: quó-ni-am vin-de-mi-á-vit me ut lo-cú-tus est  
 Dó-mi-nus in dí-e i-ræ fu-ró-ris su - i. Mem. De ex-  
 cé-l-so mi-sit ignem in ó-si-bus me-is, et e-ru-dí-vit me: ex-  
 pándit re-te pé-di-bus me-is, convér-tit me retrórsum: pó -  
 su-it me de-so-lá-tam, to-ta dí-e mœ-ró-re con-fé - ctam.



Nun. Vi-gi-lá-vit ju-gum in-i-qui-tá-tum me-á-rum: in  
ma-nu e-jus convo-lú-tæ sunt, et im-pó-si-tæ collo me-o: in-  
fir-má-ta est vir-tus me-a: de-dit me Dó-mi-nus in ma-nu,  
de qua non pót-e-ro súr-ge-re. Je-rú-sa-lem, Je-rú-sa-lem,  
con-vér-te-re ad Dó-mi-num De-um tu-um.

## Respons. III.

V.

Ec-ce ví-di-mus e-um non

habéntem spé-ci-em, ne-que de-có-rem: a-spé-ctus  
e-jus in e-o non est: hic peccá-ta  
nostra por-tá-vit, et pro no-bis do-let: ip-se  
au-tem vul-ne-rá-tus est pro-pter in-i-qui-tá-  
tes no-stras: \* Cu-jus li-vó-re sa-ná-ti  
su-mus. *Ps.* Ve-re languó-res nostros ip-se tu-lit,  
et do-ló-res no-stros ip-se por-tá-vit.  
Cujus livóre. *ut supra.* Ecce vidimus. *ibid. usque ad Ps.*

## In II. Nocturno.

## 1. Antiph.

VIII. 2.

Li-be-rá-vit Dó-mi-nus páu-pe-rem a

po-tén-te, et in-o-pem, cu-i non e-rat ad-jú-tor.

Ps. 71. Deus judicium tuum.

## Psalmus 71.

Deus judicium tuum regi da:  
\* et justitiam tuam filio regis:  
Judicáre pópulum tuum in ju-  
stítia, \* et páuperes tuos in judicio.  
Suscipiant montes pacem pó-  
pulo: \* et colles justítiam.

Judicábit páuperes pópuli, et  
salvos faciet filios páuperum:  
\* et humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, et  
ante lunam, \* in generatióne et  
generatióne.

Descéndet sicut plúvia in vel-  
lus: \* et sicut stillicidia stillántia  
super terram.

Oriétur in diébus ejus justítia,  
et abundántia pacis: \* donec  
auferátur luna.

Et dominábitur a mari usque  
ad mare: \* et a flúmine usque  
ad terminos orbis terrárum.

Coram illo prócident *Æthio-*  
*pes:* \* et inimíci ejus terram  
lingent.

Reges Tharsis, et insulæ mú-  
nera offerent: \* reges Arabum  
et Saba dona addúcent:

Et adorábunt eum omnes reges  
terræ: \* omnes Gentes sérvient ei:  
Quia liberábit páuperem a  
poténte: \* et páuperem, cui non  
erat adjútor.

Parcet páuperi et inopi: \* et  
ánimas páuperum salvas faciet.

Ex usúris et iniquitáte réd-  
imet ánimas eórum: \* et hono-  
rábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, et dábitur ei de auro  
Arábiæ, et adorábunt de ipso  
semper: \* tota die benedicent ei.

Et erit firmaméntum in terra  
in summis móntium, superex-  
tollétur super Líbanum fructus  
ejus: \* et florébunt de civitáte  
sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in  
sæcula: \* ante solem pérmanet  
nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso omnes  
tribus terræ: \* omnes Gentes  
magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus  
Israël, \* qui facit mirabília solus:

Et benedíctum nomen maje-  
státis ejus in ætérnum: \*

et replébitur majestáte ejus omnis terra: fi-at, fi-at.

## 1. Antiph.



Li-be-rá-vit Dó-mi-nus páu-pe-rem a po-

tén-te, et in-o-pem, cu-i non e-rat ad-jú-tor.

## 2. Antiph.

VIII. 2.

Co-gi-ta-vé-runt im-pi-i, et lo-cú-ti sunt



Ps. 72. Quam bonus Israël.

*Psalmus 72.*

Quam bonus Israël Deus \* his, qui recto sunt corde! Mei autem pene moti sunt pedes: \* pene effusi sunt gressus mei.

Quia zelávi super iníquos, \* pacem peccatórum videns.

Quia non est respéctus mortis eórum: \* et firmaméntum in plaga eórum.

In labóre hóminum non sunt, \* et cum homínibus non flagellábuntur.

Ideo tenuit eos supérbia, \* opéti sunt iniquitáte et impietáte sua.

Pródiit quasi ex ádipe iniquitas eórum: \* transiérunt in aféctum cordis.

Cogitavérunt, et locúti sunt nequítiam: \* iniquitátem in excélso locúti sunt.

Posuérunt in cælum os suum: \* et lingua eórum transiit in terra.

Ideo convertétur pópulus meus hic: \* et dies pleni inveniéntur in eis.

Et dixerunt: Quómodo scit Deus, \* et si est sciéntia in excélso?

Ecce ipsi peccatóres, et abundántes in sæculo, \* obtinuérunt divítias.

Et dixi: Ergo sine causa justificávi cor meum, \* et lavi inter innocéntes manus meas:

Et fui flagellátus tota die, \* et castigatio mea in matutínis.

Si dicébam: Narrábo sic: \* ecce nátióem filiórum tuórum reprohávi.

Existimábam ut cognócerem hoc, \* labor est ante me:

Donec intrem in Sanctuárium Dei: \* et intélligam in novíssimis eórum.

Verúmtamen propter dolos posuísti eis: \* dejecísti eos dum allevaréntur.

Quómodo facti sunt in desolatióem, súbito defecerunt: \* perierunt propter iniquitátem suam.

Velut sómnum surgéntium Dómine, \* in civitaté tua imáginem ipsórum ad nihilum rédiges.

Quia inflammátum est cor meum, et renes mei commutáti sunt: \* et ego ad nihilum redáctus sum, et nescivi.

Ut juméntum factus sum apud te: \* et ego semper tecum.

Tenuísti manum dexteram meam: et in voluntáte tua deduxísti me, \* et cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in cælo? \* et a te quid vólui super terram?

Defécit caro mea, et cor meum: \* Deus cordis mei, et pars mea Deus in ætérnum.

Quia ecce, qui elóngant se a te, peribunt: \* perdidísti omnes, qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhærere Deo bonum est: \* pónere in Dómino Deo spem meam:

Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas, \*

*Tractius.*



2. Antiph. Co-gi-ta-vé - runt im-pi-i, et lo-cú-ti sunt

ne-quí-ti-am: in-i-qui-tá - tem in ex-célso lo-cú - ti sunt.

3. Antiph. I. 1. Ex-súrge Dó - mine, et jú-di-ca causam me-am.

Ps. 73. Ut quid Deus.

*Psalmus 73.*

UT quid Deus repulísti in finem: \* irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ?

Memor esto congregatiónis tuæ, \* quam possedísti ab initio.

Redemísti virgam hæreditátis tuæ: \* mons Sion, in quo habitásti in eo.

Leva manus tuas in supérbias eórum in finem: \* quanta malignátus est inimicus in sancto!

Et gloriáti sunt qui odérunt te: \* in médio solemnitétis tuæ.

Posuérunt signa sua, signa: \* et non cognovérunt sicut in éxitu super summum.

Quasi in silva lignórum securibus excidérunt jánuas ejus in idípsum: \* in securi et áscia dejecérunt eam.

Incendérunt igni sanctuárium tuum: \* in terra polluérent tabernáculum nóminis tui.

Dixerunt in corde suo cognatio eórū simul: \* Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei a terra.

Signa nostra non vídimus, jam non est prophéta: \* et nos non cognóscet ámplius.

Usquequo Deus improperábit inimicus: \* irratat adversárius nomen tuum in finem?

Ut quid avértis manum tuam, et dexteram tuam \* de médio sinu tuo in finem?

Deus autem rex noster ante sæcula: \* operátus est salutem in médio terræ.

Tu confirmásti in virtúte tua mare: \* contribulásti cápita draconum in aquis.

Tu confregisti cápita dracónis: \* dedísti eum escam pópulis Æthiopum.

Tu dirupísti fontes, et torréntes: \* tu siccásti flúvios Ethan.

Tuus est dies, et tua est nox: \* tu fabricátus es auróram et solem.

Tu fecísti omnes términos terræ: \* æstátém et ver tu plasmásti ea.

Memor esto, hujus, inimicus improperávit Dómino: \* et pópulus insípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi: \* et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Réspice in testaméntum tuum: \* quia repléti sunt, qui obscuráti sunt terræ dómibus iniquitátum.

Ne avértatur húmilis factus confúsus: \* pauper et inops laudábunt nomen tuum.

Exsúrge Deus, júdica causam tuam: \* memor esto improperiórum tuórum, eórum quæ ab insipiénté sunt tota die.

Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum: \*

Tractius.

superbia eorum, qui te oderunt, ascéndit semper.

3. Antiph.

Exsurge Dó - mi-ne, et jú-di-ca causam me-am.

V. Deus meus éripe me | de manu pec-ca - tó - ris.

R. Et de manu contra legem agéntis, et in - í-qui.  
Pater noster. secreto.

Ex Tractátu sancti Augustíni Epíscopi super Psalmos.  
In Psalm. 54. ad 1. Versum.

Lectio IV.

Exáudi Deus oratióem meam, et ne despé-

xeris deprecatióem meam: inténde mihi, et ex-áu - di me.

Satagéntis, solliciti, in tribulatióne pósiti, ver-ba sunt ista.

Orat multa pátiens, de malo liberári de-sí-de-rans. Súperest

ut videámus in quo malo sit: et cum dícere cœperit: agno-

scámus ibi nos esse: ut comunicáta tribulatióne, conjungámus

o-ra-ti-ó-nem. Contristátus sum, inquit, in exercitatióne mea,

et con-tur-bá-tus sum. U - bi con - tri - stá - tus? u - bi con - tur -

bá-tus? In exercitatióne mea, inquit. Hómines malos, quos

\* Sic canitur punctum. \*\* Sic canitur vox monosyllaba.  
\*\*\* Sic canitur interrogatio.

pátitur, commemorátus est: eamdemque passióem malórum  
hóminum, exercitatióem suam dí-xit. Ne putétis gratis esse  
malos in hoc mundo, et nihil boni de illis ágere De - um.  
Omnis malus aut ídeo vivit, ut corrigátur: aut ídeo vivit,  
ut per illum bonus ex-er-ce-á-tur.

Respons. IV.  
VIII.

A - mí - - - - - cus me - us ós - cu -

li me trá - di - dit si - gno: quem oscu - lá - tus

fú - e - ro, ip - se est, te - né - te e - um:

hoc ma - lum fe - cit si - gnum, qui per ós - cu -

lum ad - im - plé - vit ho - mi - cí - - - - di - um. \* Infé -

lix præ - ter - mí - sit pré - ti - um sán - gui - nis,

et in fi - ne lá - que - o se sus - pén - dit. V. Bo - - -


num e - rat e - i, si na - tus non fu - ís - set ho -

mo il le. Infélix. ut supra.


\* Sic terminantur Lectiones in hoc Triduo.


## Lectio v.


Utinam ergo qui nos modo exercent, convertantur, et nobiscum exercentur: tamen quamdiu ita sunt ut exercent, non eos odimus: quia in eo quod eorum, utrum usque in finem perseveraturus sit, ignoramus. Et plerumque cum tibi videris odisse inimicum, fratrem odisti, et nescis. Diabolus, et angeli ejus in Scripturis sanctis manifestati sunt nobis, quod ad ignem æternum sint destinati. Ipsorum tantum desperanda est correctio, contra quos habemus occultam luctam: ad quam luctam nos armat Apostolus, dicens: Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem: id est, non adversus homines, quos videtis, sed adversus principes, et potestates, et rectores mundi, tenebrarum harum. Ne forte cum dixisset, mundi, intelligeres demones esse rectores cœli et terræ. Mundi dixit, tenebrarum harum: mundi dixit, amatorum mundi: mundi dixit, impiorum et iniquorum; mundi dixit, de quo dicit Evangelium: Et mundus eum non cognovit.


Respons. V. 


II. Ju-das mer-cá-tor pés-si-mus ós-

  
cu-lo pé-ti-it Dó-mi-num: il-le ut

  
a-gnus ín-no-cens non ne-gá-vit Ju-dæ

  
ós-cu-lum: \* De-na-ri-ó-rum nú-me-

  
ro Chri-stum Ju-dæ-is trá-di-dit. *Ps.* Mé-li-


  
us il-li e-rat, si na-tus non fu-ís-set.


Denariorum. *ut supra.*


## Lectio vi.


Quoniam vidi iniquitatem, et contradictionem in civitate. Attende gloriam crucis ipsius. Jam in fronte regum crux illa fixa est, cui inimici insultaverunt. Effectus probavit virtutem: domuit orbem non ferro, sed ligno. Lignum crucis contumeliosum dignum visum est inimicis, et ante ipsum lignum stantes caput agitabant, et dicebant: Si Filius Dei est, descendat de cruce. Extendebat ille manus suas ad populum non credentem et contradicentem. Si enim justus est, qui ex fide vivit, iniquus est qui non habet fidem. Quod ergo hic ait, iniquitatem; perfidiam intellige. Videbat ergo Dominus in civitate iniquitatem et contradictionem, et extendebat manus suas ad populum non credentem et contradicentem.


tem: et tamen et ipsos exspectans dicebat: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.


Respons. VI.   
VIII. U-nus ex di-sci-pu-lis me-is

  
tra-det me hó-di-e. Væ il-li per

  
quem tra-dar e-go: \* Mé-li-us il-li e-


  
rat, si na-tus non fu-ís-set. *Ps.* Qui in-


  
tín-git me-cum ma-num in pa-ró-psi-de, hic

  
me tra-di-tú-rus est in ma-nus pec-ca-tó-rum.

Mélius illi erat. *ut supra.* Unus ex discipulis meis. *usque ad Ps.*

## In III. Nocturno.

1. Antiph.   
VII. 1. Di-xi in-fiquis: No-lí-te lo-qui advérsus

  
De-um in-i-qui-tá-tem. *Ps. 74.* Confité-bimur. E u o u a e.

## Psalmus 74.

Confité-bimur tibi Deus: \* confité-bimur, et invocá-bimus nomen tuum.

Narrá-bimus mirabilia tua: \* cum accépero tempus, ego justítias judicábo.

Liquefacta est terra, et omnes qui habitant in ea: \* ego confirmávi colúmnas ejus.

Dixi iniquis: Nolite inique ágere: \* et delinquentibus: Nolite exaltáre cornu:

Nolite extóllere in altum cornu vestrum: \* nolite loqui advérsus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque a desértis móntibus: \* quoniam Deus judex est.


Hunc humiliat, et hunc exáltat: \* quia calix in manu Dómini vini meri plenus misto.

Et inclinávit ex hoc in hoc: verúmtamen fæx ejus non est exinaníta: \* bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in sæculum: \* cantábo Deo Jacob.

Et ómnia cónua peccatórum confringam: \*

Tractius.



et ex-al-ta-bún-tur cór-nu - a ju-sti.

1. Antiph. Di-xi in - í-quis: No-lí-te lo-qui ad-vér-sus



De - um in - i - qui - tá - tem.

2. Antiph. VIII. 2. Ter-ra trém-u-it et qui - é - vit, dum exsúr-



ge-ret in ju-dí-ci-o De-us. Ps. 75. Notus in Judæa.

Psalmus 75.

Notus in Judæa Deus: \* in Israël magnum nomen ejus. Et factus est in pace locus ejus: \* et habitatio ejus in Sion. Ibi confrégit poténtias arcuum, \* scutum, gládium, et bellum. Illúminans tu mirabiliter a móntibus ætérnis: \* turbáti sunt omnes insipientes corde.

Dormiérunt somnum suum: \* et nihil invenérunt omnes viri divitiárum in má nibus suis.

Ab increpatione tua Deus Jacob \* dormitavérunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, et quis resistet tibi? \* ex tunc ira tua.


De cælo audítum fecísti júdícium: \* terra trémuit et quiévit, Cum exsúrgeret in júdícium Deus, \* ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam cogitatio hóminis confitébitur tibi: \* et reliquæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovéte, et réddite Dómino Deo vestro: \* omnes qui in circúitu ejus affértis múnera.


Terribili et ei qui aufert spíritum princípum, \*

Tractius.




terri-bi-li apud reges terræ.

2. Antiph. Ter-ra tré-mu-it et qui - é - vit, dum ex-súr-




ge-ret in ju-dí-ci-o De-us.

3. Antiph. VII. 3. In di - e tri-bu-la-ti - ó - nis me-æ De - um



ex-qui-si - vi má-ni-bus me-is.



Ps. 76. Voce mea.

Psalmus 76.

Voce mea ad Dóminum clamávi: \* voce mea ad Deum, et inténdit mihi.

In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi, má nibus meis nocte contra eum: \* et non sum decéptus.

Rénuit consolári ánima mea: \* memor fui Dei, et delectátus sum, et exercitátus sum: et defécit spíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei: \* turbátus sum, et non sum locútus.

Cogitávi dies antiquos: \* et annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus sum nocte cum corde meo, \* et exercitábar, et scopébam spíritum meum.

Numquid in ætérnum projiciet Deus: \* aut non appónet ut complacítior sit adhuc?

Aut in finem misericórdiam suam abscíndet, \* a generatióne in generatióne?

Aut obliviscétur miseréri Deus? \* aut continébit in ira sua misericórdias suas?

Et dixi: Nunc cœpi: \* hæc mutatio dexteræ Excélsi.

Memor fui óperum Dómini: \* quia memor ero ab initio mirabílium tuórum.

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis: \* et in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? \* tu es Deus qui facis mirabília.

Notam fecísti in pópulis virtútem tuam: \* redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, filios Jacob, et Joseph.

Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ: \* et timuérunt, et turbátæ sunt abyssi.


Multitúdo sónitus aquárum: \* vocem dedérunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ tránseunt: \* vox tonítui tui in rota.

Illuxérunt coruscationes tuæ orbi terræ: \* commóta est, et contrémuit terra.


In mari via tua, et sémitæ tuæ in aquis multis: \* et vestigia tua non cognoscéntur.

Deduxísti sicut oves pópulum tuum: \* Tractius.




in ma-nu Mó-y-si et Aaron.

3. Antiph. In di - e tri-bu-la-ti - ó - nis me-æ De - um



ex-qui-si - vi má-ni-bus me-is.



V. Ex-súr-ge Dó-mi-ne. R. Et jú-di-ca cau-sam me-am. Pater noster. secreto.

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios.

Lectio vii.

Cap. 11. d.

Hoc autem præcipio: non laudans quod non in mélius, sed in detérius conventis. Primum quidem convenientibus vobis in Ecclésiám, áudio scissúras esse inter vos, et ex parte credo.

Nam oportet et haereses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est Dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam praesumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.

Respons. VII. VII. E - ram qua - si a - gnus

in - - no-cens; du-ctus sum ad im - mo-lan -

dum, et ne - sci - e - bam: con-si-li-um fe - ce - runt

in - i-mi-ci me - i ad-ver-sum me, di-cen-tes: \* Ve-ni-te,

mit-ta-mus li-gnum in pa - nem e - - jus, et e - ra-da -

mus e - um de ter - ra vi-ven - - ti-um.

¶ O - mnes in-i-mi-ci me - i ad-ver-sum me co-gi-ta-bant

ma-la mi - hi: ver - bum in-i-quum man-da-ve-runt ad-ver-

sum me, di - cen - - tes. Venite. *ut supra.*

Lectio viii.

Ego enim accépi a Dómino quod et tradidi vobis, quóniam Dóminus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit: Accípíte, et manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácíte in meam commemoratióem. Simíliter et cálicem, postquam cenávit, dicens: Hic calix novum testaméntum est in meo sáanguine: hoc fácíte, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratióem. Quotiescúmque enim manducábítis panem hunc, et cálicem bibétis: mortem Dómini annuntiábítis donec véniat.

Respons. VIII. VII. U - na ho - ra non po - tu -

U - na ho - ra non po - tu -

i - stis vi-gi-lá-re me - cum, qui ex-hor-ta-

bá-mi-ni mo - - ri pro me? \* Vel Ju -

dam non vi-dé - tis, quó-mo-do non dor-mit, sed

fe-sti - - nat trá-de-re me Ju - - dáe - is?

¶ Quid dor-mi - tis? súr-gi-te, et o - rá - te, ne in-

tré-tis in ten-ta - ti-ó - - nem. *Vel. ut supra.*

Lectio ix.

Itaque quicumque manducáverit panem hunc, vel biberit cálicem Dómini indigne: reus erit córporis et sáanguinis Dómini. Probat autem seipsum homo: et sic de pane illo edat, et de cálice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, júdicium sibi manducat et bibit: non dijúdicans corpus Dómini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecíles, et dórmiunt multi. Quod si nosmetipsos dijúdicarémus, non útique júdicarémur. Dum júdicámur autem, a Dómino corripimur, ut non cum hoc mundo damnémur. Itaque, fratres mei, cum convenitis ad manducandum, invicem exspectáte. Si quis esurit, domi mandúcet: ut non in júdicium conveniátis. Cétera autem, cum vénero, dispónam.

Respons. IX. I. Se - ni-ó - res pó - - pu-li con-

si-li-um fe - ce - runt, \* Ut Je - sum do - lo te - né - rent,

et oc-cl - - de-rent: cum glá-di-is et fú-sti-bus ex-

i - é - - runt tamquam ad la-tró - nem. ¶ Col-le-gé-

runt pon-tí - fi-ces et pha-ri-sé - i con - ci - li-um.

Ut Jesum. *ut supra.* Seniôres. *ibid. usque ad ¶.*

## Ad Laudes.

1. Antiph. VIII. I. Ju-sti-fi-cé-ris Dó-mi-ne in sermó-ni-bus

tu-is, et vin-cas cum ju-di-cá-ris.



Ps. 50. Miserére mei.

## Psalmus 50.

Miserére mei Deus, \* secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem miseratiónum tuárum, \* dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: \* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: \* et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: \* ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: \* et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: \* incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérget me hyssópo, et mundábor: \* lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: \* et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciém tuam a peccátis

meis: \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: \* et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne prócias me a facié tua: \* et Spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: \* et spíritu princípáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: \* et impíi ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salutis meæ: \* et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: \* et os meum annuntiábit laudem tuam.


Quóniam si voluisses sacrificium, dedíssem útiq;: \* holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contríbulátus: \* cor contrítum, et humiliátum Deus non despícies.

Benigne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion: \* ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblatiões, et holocáusta: \*

## Tractius.




tunc im-pó-ment su-per al-tá-re tu-um ví-tu-los.

1. Antiph. Ju-sti-fi-cé-ris Dó-mi-ne in sermó-ni-bus tu-is,

et vin-cas cum ju-di-cá-ris.

2. Antiph. II. Dó-mi-nus tamquam o-vis ad ví-cti-mam

du-ctus est, et non a-pé-ru-it os su-um.



Ps. 86. Dómine, refúgium.

## Psalmus 89.

Dómine, refúgium factus es nobis, \* a generatióne in generatióne.

Priúsq; montes fierent, aut formarétur terra et orbis: \* a sæculo et usque in sæculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem: \* et dixísti: Convertímur filii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos, \* tamquam dies héstérna, quæ præteríit.

Et custódia in nocte, \* quæ pro nihilo habéntur, eórum anni erunt.

Mane sicut herba tránseat, mane flóreat, et tránseat: \* vespere décidat, indúret, et aréscat.

Quia defécimus in ira tua, \* et in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu tuo: \* sæculum nostrum in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies nostri defecérunt: \* et in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea me-

ditábuntur: \* dies annórum nostrórum in ipsis, septuaginta añi.

Si autem in potentátibus, octoginta anni: \* et ámplius eórum, labor et dolor.

Quóniam supervénit mansuetúdo: \* et corripiémur.

Quis novit potestátem iræ tuæ: \* et præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam sic notam fac, \* et erudítos corde in sapiéntia.

Convertere Dómine úsquequo? \* et deprecábilis esto super servos tuos.


Repléti sumus mane misericórdia tua: \* et exsultávimus, et delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus, quibus nos humiliásti: \* annis, quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, et in ópera tua: \* et dirige filios eórum.





Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, et ópera mánum nostrárum dirige super nos: \*

## Tractius.



et o-pus má-nu-um no-strá-rum dí-ri-ge.

2. Antiph. Dó-mi-nus tamquam o-vis ad ví-cti-mam du-



## Psalmus 62.

Deus Deus meus \* ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, \* quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, et ínvia, et inaquósa: \* sic in sancto appáruí tibi, ut vidérem virtútem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas: \* lábia mea laudábunt te.


Sic benedicam te in vita mea: \* et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea: \* et lábiis exsultationis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditábor in te: \* quia fuísti adjutor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, adhæsít ánima mea post te: \* me suscepit dextera tua.

## Tractius.



Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ: \* tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui jurant in eo: \* quia obstructum est os loquéntium iniqua.

## Psalmus 66.

Deus misereátur nostri, et benedicat nobis: \* illúminet vultum suum súper nos, et misereátur nostri.



Ut cognoscámus in terra viam tuam: \* in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: \* confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent gentes: \* quóniam júdicas pópulos in æquitate, et gentes in terra dirígis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: \* terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: \*



## Canticum Moysi. Exod. 15.

Cantémus Dómino: glorióse enim magnificátus est: \* equum et ascensórem dejécit in mare.

Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus, \* et factus est mihi in salutem:

Iste Deus meus, et glorificábo eum: \* Deus patris mei, et exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnátor, Omnípotens nomen ejus. \* Currus Pharaónis et exercitum ejus projécit in mare.

Elécti príncipes ejus submersi sunt in mari Rubro: \* abyssi operuérunt eos, descendérunt in profúndum quasi lapis.

Déxtera tua Dómine magnificáta est in fortitúdine: dextera tua Dómine percússit inimicum. \* Et in multítudine glóriæ tuæ deposuísti adversários tuos:

Misísti iram tuam, quæ devorávit eos sicut stípulam. \* Et in spíritu furóris tui congregátæ sunt aquæ:

Stetit unda fluens, \* congregátæ sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus: Pérsequar et comprehéndam, \* dividam spólia, implébitur ánima mea:

Evaginábo gládium meum, \* interficiet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus, et operuit eos mare: \* submersi sunt quasi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tui in fortibus Dómine? \* quis símilis tui, ma-

gníficus in sanctitáte, terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendísti manum tuam, et devorávit eos terra. \* Dux fuísti in misericórdia tua pópulo quem redemísti:

Et portásti eum in fortitúdine tua, \* ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, et irátí sunt: \* dolóres obtínuérunt habitatóres Philísthiim.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, robústos Moab obtínuit tremor: \* obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat super eos formído et pavor, \* in magnitúdine bráchii tui:

Fiant immóbiles quasi lapis, donec pertránseat pópulus tuus Dómine: \* donec pertránseat pópulus tuus iste, quem possedísti.


Introduces eos, et plantábis in monte hæreditátis tuæ, \* firmíssimo habitáculo tuo quod operátus es Dómine:

Sanctuárium tuum Dómine, quod firmavérunt manus tuæ. \* Dóminus regnábít in ætérnum et ultra.


Ingressus est enim eques Phárao cum cúrribus et equítibus ejus in mare: \* et redúxit super eos Dóminus aquas maris:

Filii autem Israél ambulavérunt per síccum \*


## Tractius.






4. Antiph. 

Ex-hor-tá-tus es in vir-tú-te tu-a, et in re-




fe-cti-ó-ne sancta tu-a Dó-mi-ne.


5. Antiph. 

II.

Ob-lá-tus est qui-a ip-se vó-lu-it, et



pec-cá-ta no-stra ip-se por-tá-vit.



Ps. 148, 149, 150.

*Psalmus 148.*

Laudáte Dóminum de cœlis: \* laudáte eum in excelsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus: \* laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna: \* laudáte eum omnes stellæ, et lumen.

Laudáte eum cœli cœlorum: \* et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: \* ipse mandávit, et creata sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: \* præceptum pòsuit, et non præteribit.

Laudáte Dóminum de terra, \* dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spírítus procellarum: \* quæ faciunt verbum ejus:

Montes, et omnes colles: \* ligna fructifera, et omnes cedri.

Béstiæ, et univérsa pécora: \* serpéntes, et vólucres pennatæ:

Reges terræ, et omnes pópuli: \* príncipes, et omnes júdices terræ.

Júvenes, et vírgines: senes cum junióribus laudent nomen Dómini: \* quia exaltátum est nomen ejus solius.

Conféssio ejus super cœlum, et terram: \* et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: \* filiis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

*Psalmus 149.*

Cantáte Dómino cánticum novum: \* laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit eum: \* et filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: \* in týmpano, et psaltério psallant ei:

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: \* et exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória: \* lætabúntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: \* et gládii ancípites in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindíctam in natió nibus: \* increpatiónes in pópulis.

Ad alligá ndos reges eórum in compédibus: \* et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fá ciant in eis júdiciu m con-scriptum: \* glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

*Psalmus 150.*

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: \* laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.


Laudáte eum in virtútibus ejus: \* laudáte eum secúndum multitudínem magnítúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ:


\* laudáte eum in psaltério, et cíthara.

Laudáte eum in týmpano, et choro: \* laudáte eum in chordis, et órgano.


Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis: \*



omnis spí-ri-tus lau-det Dó-mi-num.


5. Antiph. 

Ob-lá-tus est qui-a ip-se vó-lu-it, et pec-




cá-ta no-stra ip-se por-tá-vit.


*Capitulum et Hymnus non dicuntur.*



¶. Homo pacis meæ, in quo spe-rá-vi. R. Qui edébat panes




meos, ampliávit advérsum me sup-plan-ta-ti-ó-nem.

Ad Benedictus Antiph. 

I. 2.

Trá-di-tor au-tem de-dit e-is si-gnum, di-cens:



Quem os-cu-lá-tus fú-e-ro, ip-se est, te-né-te e-um.



*Cant. Zach. Benedictus.*

*Canticum Zachariæ. Luca 1. g.*

Benedíctus Dóminus Deus Israël, \* quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ:

Et eréxit cornu salútis nobis: \* in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, \* qui a sæculo sunt, prophetárum ejus:

Salútem ex inimícis nostris, \* et de manu ómnium, qui odé-runt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: \* et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, \* datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, \* serviámus illi.


In sanctitáte, et justítia coram ipso, \* ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi

vocáberis: \* praeibis enim ante  
faciem Dómini parare vias ejus:  
Ad dandam sciéntiam salutis  
plebi ejus: \* in remissionem  
peccatorum eorum:


Per viscera misericórdiae Dei  
nostri: \* in quibus visitávit nos,  
oriens ex alto:  
Illuminare his, qui in ténebris,  
et in umbra mortis sedent: \*

Tractius.



ad dirigéndos pedes nostros in vi-am pa-cis.

Antiph.




Trá-di-tor au-tem de-dit e-is si-ignum, di-cens:



Quem os-cu-lá-tus fú - e-ro, ip-se est, te-né-te e-um.

*Interim, dum dicitur Cant. Benedictus, exstinctis prius omnibus candelis in candelabro triangulari, praeter unam, quae posita est in summitate candelabri, exstinguuntur paulatim sex candelae posita a principio supra altare, ita ut in ultimo Versu exstinguatur ultima candela: similiter exstinguuntur lampades et luminaria per ecclesiam.*

*Cum repetitur Antiph. Traditor. accipitur suprema candela ex candelabro, et absconditur sub Altari in cornu Epistolae. Repetita Antiph. post Benedictus, dicitur:*




V. Chri-stus fa-ctus est pro no - - bis ob-é - - di-




ens us - que ad mor-tem.

Secunda nocte  
additur




Mor-tem au-tem Cru - - - cis.


Tertia nocte  
additur



Propter quod et De-us ex-al-tá-vit il - lum,



et de - dit il-li no - men, quod est su-per



o - mne no - men.

*Et sic dicitur etiam per omnes Horas diei.*

*Cum incipitur V. Christus factus est. omnes genuflectunt, et eo finito, dicitur Pater noster, totum sub silentio. Postea Ps. Miserere. pag. 202. aliquantulum altius; quo finito, sine Orémus, dicitur simili voce*

Oratio.

Réspice, quæsumus Dómine, super hanc familiam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit má nibus tradi nocéntium, et crucis subíre tormentum. Sed Qui tecum vivit. dicitur sub silentio.

*Finita Oratione, fit fragor et strepitus aliquantulum: mox profertur candela accensa de sub altari, et omnes surgunt, et cum silentio discedunt.*

Ad Horas.

*Prima, Tertia, Sexta et Nona, dictis secreto Pater noster, Ave Maria, et ad Primam Credo, absolute inchoantur a Ps. consuetis, qui ad Primam sunt ut in Festis; quibus finitis, dicitur V. Christus factus est, etc., flexis genibus, et dicitur secreto Pater noster.*

*Ps. Miserere. pag. 202. Orat. Réspice, quæsumus. sicut in Laud.*

*In hoc triduo non annuntiatur aliquid de Martyrologio, nec dicitur Pretiosa.*

Ad Vesperas.

*Vesperae dicto secreto Pater noster, Ave Maria. inchoantur absolute a prima Ant. sine cantu.*

*Ant. Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo.*

Psalmus 115.

Crédidi, propter quod locú tus sum: \* ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: \* Omnis homo mendax.

Quid retríbua m Dómino, \* pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: \* et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: \* pre-

tiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus:

O Dómine quia ego servus tuus: \* ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: \* tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: \* in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

*Ant. Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo.*

*Ant. Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquébar illis, impugnábant me gratis.*

Psalmus 119.

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi: \* et exaudivit me. Dómine libera ánimam meam a lábiis iníquis, \* et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponá tur tibi \* ad linguam dolósam?

Sagittæ poténtis acútæ, \* cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: \* multum incola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: \* cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

*Ant. Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: dum loquébar illis, impugnábant me gratis.*

*Ant. Ab homínibus iníquis libera me Dómine.*

Psalmus 139.

Eripe me Dñe ab hómine malo: \* a viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde: \* tota die constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: \* venénium áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me Dómine de manu peccatóris: \* et ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos: \* abscondérunt supérbi láqueum mihi:

Et funes extendérunt in láqueum: \* juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu: \* exáudi Dómine vocem deprecationis meæ.

Ant. Ab homínibus iníquis líbera me Dómine.

Ant. Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi, et a scándalis operántium iniquitátem.

Psalmus 140.

Dómine clamávi ad te, exáudi me: \* inténde voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsus in conspéctu tuo: \* elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum.

Pone Dómine custódiám ori meo: \* et óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malitiæ, \* ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem: \* et non comunicábo cum eléctis eórum.

Corripiet me justus in misericórdia, et increpábit me: \* óleum

Ant. Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi, et a scándalis operántium iniquitátem.

Ant. Considerábam ad dexteram, et vidébam, et non erat qui cognósceret me.

Dómine, Dómine virtus salútis meæ: \* obumbrásti super caput meum in die belli:

Ne tradas me Dómine a desidério meo peccatóri: \* cogitavérunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitus eórum: \* labor labiórurn ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejícies eos: \* in misériis non subsistent.

Vir linguósus non dirigétur in terra: \* virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciét Dóminus júdicium inopis: \* et vindíctam páuperum.

Verúntamen justí confitebúntur nómini tuo: \* et habitábunt rectí cum vultu tuo.

autem peccatóris non impinguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátio mea in beneplácitis eórum: \* absorpti sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt: \* sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum: \* quia ad te Dómine, Dómine óculi mei: in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi: \* et a scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres: \* singularíter sum ego donec tránseam.

Psalmus 141.

Voce mea ad Dóminum clamávi: \* voce mea ad Dóminum deprecátus sum:

Effúndo in conspéctu ejus oratiónem meam, \* et tribulatiónem meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum meum, \* et tu cognovísti sémitas meas.

In via hac, qua ambulábam, \* abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad dexteram, et vidébam: \* et non erat qui cognósceret me.

Ant. Considerábam ad dexteram, et vidébam, et non erat qui cognósceret me.

Capitulum, Hymnus et VV. non dicuntur in hoc triduo.

Ad Magnificat Antiph. Cœnantibus autem illis, accépit Jesus panem, et benedixit, ac fregit, dedítque discíplis suis.

V. Christus factus est. cum reliquis, ut supra in Laud. pag. 208.

Ad Completorium non dicitur Jube domne nec Lect. br., nec Adjútorium. neque Orat. Dom., sed facta Confessione, et Absol., dicuntur Psalmi consueti. Dictis Psalmis, dic. Nunc dimittis. deinde V. Christus factus est, et reliqua, ut supra.

Sic terminantur omnes Horæ in hoc triduo, usque ad Vesp. Sabb. sancti.

Feria VI. in Parasceve.

Ad Matutinum.

In I. Nocturno.

1. Antiph. VIII. 1. A-sti-térunt re-ges ter-ræ, et prin-ci-pes con-

ve-nérunt in u-num, ad-vér-sus Dó-mi-num, et ad-vér-sus

Chri-stum e-jus. Ps. 2. Quare fremuérunt.

Psalmus 2. Quare fremuérunt Gentes, \* et pópuli meditáti sunt inánia? Astitérunt reges terræ, et príncipes convenérunt in unum \* advérsus Dóminum, et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum:

Périit fuga a me, \* et non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine, \* dixi: Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecationem meam: \* quia humiliátus sum nimis.

Líbera me a persequéntibus me: \* quia confortáti sunt super me.

Educ de custódiá ánimam meam ad confiténdum nómini tuo: \* me exspéctant justí, donec retribuas mihi.

\* et projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis, irridébit eos: \* et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua: \* et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: \* Filius meus es tu, ego hódie genui te.

Póstula a me, et dabo tibi Gentes hæreditátem tuam, \* et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga férrea, \*

et tamquam vas figuli confringes eos.


Et nunc reges intelligite: \* erudímini qui judicátis terram.

Servite Dómino in timóre: \* et exsultáte ei cum tremóre.


Apprehéndite disciplinam, nequándo irascátur Dóminus, \* et pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, \*


*Tractius.*




be-á-ti o-mnes, qui con-fi-dunt in e-o.



A-sti-térunt re-ges terræ, et princi-pes conve-né-



runt in unum, advérsus Dómi-num, et advérsus Christum e-jus.



VIII. 1. Di-vi-sé-runt si-bi ve-sti-mén-ta me-a, et



su-per ve-stem me-am mi-sé-runt sor-tem.



Ps. 21. Deus Deus meus.

*Psalmus 21.*

Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? \* longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, et non exaudies: \* et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, \* laus Israël.

In te speraverunt patres nostri: \* speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: \* in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo: \* opprobrium hominum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: \* locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Dómino, eripiat eum: \* salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: \* spes mea ab ubéribus matris meæ. In te projectus sum ex útero:

De ventre matris meæ Deus meus es tu, \* ne discésseris a me:

Quoniam tribulatio proxima est: \* quoniam non est qui adjuvet.

Circumdedérunt me vituli multi: \* tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, \* sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum: \* et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens \* in medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis: \* et in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdedérunt me canes multi: \* concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas et pedes meos: \* dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me: \* divisérunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.


Tu autem Dómine ne elongáveris auxilium tuum a me: \* ad defensionem meam cónspice.

Erue a fræmea Deus animam meam: \* et de manu canis unicam meam:


Salva me ex ore leónis: \* et a cornibus unicórnium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: \* in medio ecclésiæ laudabo te.


*Tractius.*




et annuntiábunt cœli justitiam ejus pópulo qui nascétur,




quem fe-cit Dó-mi-nus.



Di-vi-sé-runt si-bi ve-sti-mén-ta me-a, et



su-per ve-stem me-am mi-sé-runt sor-tem.



VIII. 1. In-sur-re-xé-runt in me te-stes in-fí-qui, et

Qui timétis Dóminus, laudáte eum: \* univérsum semen Jacob glorificáte eum.

Timeat eum omne semen Israël: \* quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis:

Nec avértit faciém suam a me: \* et cum clamárem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclésia magna: \* vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent pauperes, et saturabuntur: et laudábunt Dóminus qui requirunt eum: \* vivent corda eórum in sæculum sæculi.

Reminiscéntur et converténtur ad Dóminus \* univérsi fines terræ:

Et adorábunt in conspéctu ejus \* univérsæ familiæ Géntium.

Quoniam Dómini est regnum: \* et ipse dominábitur Géntium.

Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ: \* in conspéctu ejus cadent omnes, qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet: \* et semen meum serviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generatio ventúra: \*

men-ti-ta est in-i-qui-tas si-bi. *Ps. 26.* Dóminus illuminatio.

*Psalmus 26.*

Dóminus illuminatio mea, et salus mea, \* quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ, \* a quo trepidábo?

Dum apprópian super me nocéntes, \* ut edant carnes meas. Qui tribulant me inimíci mei, \* ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt.

Si consistant advérsus me castra, \* non timébit cor meum.

Si exsúrgat advérsus me prælium, \* in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, \* ut inhábitem in domo Dómini omnibus diébus vitæ meæ:

Ut vídeam voluptátem Dómini, \* et visitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in tabernáculo suo: \* in die malórum protéxit me in abscondito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me: \* et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuivi, et immolávi in taber-

*Tractius.*

et confortétur cor tuum, et sú-s-ti-ne Dó-mi-num.

## 3. Antiph.

In-sur-re-xé-runt in me te-stes in-i-qui, et

men-ti-ta est in-i-qui-tas si-bi.

¶ Di-vi-sé-runt si-bi ve-sti-mén-ta me-a.

R. Et su-per ve-stem me-am mi-sé-runt sor-tem.

Pater noster. *secreto.*

náculo ejus hóstiam vociferatió-nis: \* cantábo, et psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam, qua clamávi ad te: \* miserére mei, et exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te fácies mea: \* fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me: \* ne declínes in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto: \* ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me: \* Dóminus autem assúpsit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua: \* et dirige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradideris me in ánimas tribulántium me: \* quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini \* in terra vivéntium.

Exspécta Dóminum, viríliter age: \*

VI. De La-men-ta-ti-ó-ne Je-re-mí-æ Pro-phé-tæ.

Lectio I. Heth. Co-gi-tá-vit Dómi-nus dis-si-pá-re mu-rum

fi-li-æ Si-on: te-téndit fu-ni-cu-lum su-um, et non a-vér-tit

ma-num su-am a per-di-ti-ó-ne: lu-xit-que an-te-mu-rá-le,

et mu-rus pá-ri-ter dis-si-pá-tus est. Teth. De-fi-xæ

sunt in terra por-tæ e-jus: pér-di-dit, et con-tri-vit ve-ctes

e-jus: re-gem e-jus et prin-ci-pes e-jus in Gén-ti-bus: non

est lex, et pro-phé-tæ e-jus non in-ve-né-runt vi-si-ó-nem

a Dó-mi-no. Jod. Se-dé-runt in terra, con-ti-cu-é-runt

se-nes fi-li-æ Si-on: conspersé-runt ci-ne-re cá-pi-ta su-a,

ac-cincti sunt ci-lí-ci-is, ab-je-cé-runt in terram cá-pi-ta

su-a ví-r-gi-nes Je-rú-sa-lem. Caph. De-fe-cé-runt præ

lá-cri-mis ó-cu-li me-i, con-tur-bá-ta sunt visce-ra me-a:

ef-fú-sum est in ter-ra je-cur me-um su-per con-tri-ti-ó-ne

fi-li-æ pó-pu-li me-i, cum de-fi-ce-ret párvu-lus, et lac-tens

in pla-té-is óp-pi-di. Je-rú-sa-lem, Je-rú-sa-lem, con-  
 vér-te-re ad Dó-mi-num De-um tu - um.

Respons. I.

III.

Omnes a-mí-ci me - - - i de-re-li-

qué-runt me, et præva-lu-é - runt in-si-di-án-tes  
 mi - hi: trá-di-dit me quem di-li-gé - bam: \* Et ter-ri-bí-  
 li - bus ó - cu-lis pla - ga cru-dé-li percu-ti - én-tes, a-  
 cé - to po-tá - bant me.  $\Psi$ . Inter in-i - quos pro-  
 je-cé-runt me, et non pe-per-cé-runt á - ni-mæ me - æ.  
 Et terribilibus. *ut supra.*

Lectio II.

La - med. Má - tri-bus su-is di-xé-runt: U-bi

est trí-ti-cum et vi-num? cum de-fi-ce-rent qua-si vulne-rá-ti  
 in pla-té-is ci-vi-tá-tis: cum ex-ha-lá-rent á-ni-mas su-as  
 in si-nu matrum su-á - rum. Mem. Cu-i compa-rá-bo te?  
 vel cu-i as-si-mi-lá-bo te fi-li-a Je-rú-sa-lem? cu-i ex-æ-  
 quá-bo te, et conso-lá-bor te virgo fi-li-a Si-on? Magna  
 est e-nim vel-ut ma-re con-trí-ti-o tu - a: quis me-dé-bi-tur

tu - i? Nun. Pro-phé-tæ tu-i vi-dé-runt ti-bi fal-sa,  
 et stul-ta, nec a-pe-ri-é-bant in-i-qui-tá-tem tu-am, ut te  
 ad pœ-ni-té-n-ti-am pro-vo-cá-rent: vi-dé-runt autem ti-bi as-  
 sumpti - ó-nes falsas, et e-je-cti - ó - nes. Sa - mech. Plau-  
 sé-runt su-per te má-ni-bus omnes tran-se-ún-tes per vi-am:  
 si-bi-la-vé-runt, et mo-vé-runt ca-put su-um su-per fi-li-am  
 Je-rú-sa-lem: Hæc-ci-ne est urbs, di-cé-ntes, perfécti de-có-ris,  
 gáu-di-um u-ni-vér-sæ ter - ræ? Je-rú-sa-lem, Je-rú-sa-lem,  
 con-vér-te-re ad Dó-mi-num De-um tu - um.

Respons. II.

II.

Ve-lum tem-pi-scis - - - sum est, \* Et

omnis ter - ra tré - mu-it: la-tro de cru - ce  
 cla-má-bat, di - cens: Me-mén-to me - i Dó - mi-ne,  
 dum vé-ne-ris in re-gnum tu - um.  $\Psi$ . Pe - træ scis-sæ  
 sunt, et mo-nu-mén-ta a-pér-ta sunt, et mul-ta córpo-ra  
 san-ctó-rum, qui dor-mi-e-rant, sur-re - xé - runt.  
 Et omnis. *ut supra.*

Lectio III.

A - leph. E - go vir vi-dens pau-per-tá-tem  
me-am in virga in-di-gna-ti-ó-nis e - jus. A - leph. Me  
mi-ná-vit, et ad-dú-xit in té-ne-bras, et non in lu - cem.  
A - leph. Tan-tum in me ver-tit, et con-vér-tit ma-num  
su-am to-ta di - e. Beth. Ve-tú-stam fe-cit pel-lem me-am,  
et carnem me-am, contri-vit ossa me - a. Beth. Æ-di-  
fi-cá-vit in gy-ro me-o, et circúm-de-dit me fel-le, et la-  
bó - re. Beth. In te-ne-bró-sis col-lo-cá-vit me, qua-si  
mór-tu-os sem-pi-tér - nos. Ghi - mel. Circum-æ-di-fi-cá-vit  
ad-vérsum me, ut non e-gré-di - ar: aggra-vá-vit cóm-pe-dem  
me - um. Ghi - mel. Sed et cum cla-má-ve-ro, et ro-gá-  
ve-ro, ex-clú-sit o-ra-ti-ó-nem me - am. Ghi - mel. Con-  
clú-sit vi-as me-as la-pí-di-bus qua-drís, sé-mi-tas me-as  
sub-vér - tit. Je-rú-sa-lem, Je - rú-sa-lem, con-vér-te-re  
ad Dó-mi-num De-um tu - um.

Respons. III.

VIII. Ví - ne-a me-a e - lé - cta, e - go te  
plan - - - tá - vi: \* Quó - mo-do con-vér - sa  
es in a - ma - ri-tú - din-em, ut me cru-ci-fi-  
ge-res et Ba-ráb-bam di - - mít - te-res? Ψ. Se-pí-  
vi te, et lá-pi-des e - lé - gi ex te, et æ-di-fi-cá-  
vi tur - - - rim. Quómodo. *ut supra.* Vinea. *ibid. usque ad Ψ.*

## In II. Nocturno.

1. Antiph.

VIII. 1. Vim fa-ci-é-bant, qui quæ-ré-bant á - nimam  
me-am. *Ps. 37. Dómine ne in furóre tuo.*

*Psalmus 37.*

Dómine ne in furóre tuo árguas me, \* neque in ira tua corripas me.

Quóniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: \* et confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie iræ tuæ: \* non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum: \* et sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruérunt et corrúptæ sunt cicatrices meæ, \* a fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, et curvátus sum usque in finem: \* tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusióibus: \* et non est sánitas in carne mea.

Afflictus sum, et humiliátus sum nimis: \* rugiébam a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desi-dérium meum: \* et gémitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbátum est, derelíquit me virtus mea: \* et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

Amíci mei, et próximi mei \* advérsum me appropinquavérunt, et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt: \* et vim faciébant, qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi,

locúti sunt vanitátes: \* et dolos tota die meditabántur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam: \* et sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens: \* et non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te Dómine sperávi: \* tu exáudies me Dómine Deus meus.


Quia dixi: Nequándo supergáudeant mihi inimíci mei: \* et dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.


Quóniam ego in flagélla pa-

*Tractius.*




Dó-mi-ne De-us sa-lú-tis me-æ.

1. Antiph.   
Vim fa-ci-ébant, qui quæ-ré-bant á-nimam me-am.

2. Antiph.   
IV. 1. Con-fun-dán-tur et reve-re-án-tur, qui quæ-runt

  
á-ni-mam me-am, ut áu-fe-rant e-am.



*Ps. 39. Exspéctans.*

*Psalmus 39.*

Exspéctans exspéctávi Dóminum, \* et inténdit mihi.

Et exaudivit preces meas: \* et edúxit me de lacu misériæ, et de luto fæcis.

Et stáuit super petram pedes meos: \* et diréxit gressus meos.

Et immisit in os meum cánticum novum, \* carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, et timébunt: \* et sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cuius est nomen Dómini spes ejus: \* et non re-

rátus sum: \* et dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo: \* et cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt super me: \* et multiplicáti sunt qui odérunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi: \* quóniam seqúebar bonitátem.

Ne derelinquas me Dómine Deus meus: \* ne discésseris a me.

Inténde in adjutórium meum, \*

In cápite libri scriptum est de me, ut fácerem voluntátem tuam: \* Deus meus vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in ecclésia magna, \* ecce lábia mea non prohibébo: Dómine tu scisti.

Justítiam tuam non abscondi in corde meo: \* veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam, et veritátem tuam \* a concílio multo.

Tu autem Dómine ne longe fácias miseratiónes tuas a me: \* misericórdia tua et véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est número: \* comprehendérunt me iniquitátes meæ, et non pótui ut vidérem.


Multiplicátæ sunt super capíl-


*Tractius.*




De-us me-us ne tardá-ve-ris.

2. Antiph.   
Con-fun-dán-tur et re-ve-re-án-tur, qui quæ-runt

  
á-nimam me-am, ut áu-fe-rant e-am.

3. Antiph.   
IV. 1. A-li-é-ni in-sur-re-xé-runt in me, et fortes

  
quæ-si-é-runt á-nimam me-am. *Ps. 53. Deus in nómine.*

*Psalmus 53.*

Deus in nómine tuo salvum me fac: \* et in virtúte tua júdica me.

Deus exáudi oratióne meam: \* áuribus percípe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsus me, et fortes quæsi-

los cápitis mei: \* et cor meum dereliquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me: \* Dómine ad adjuvándum me respice.

Confundántur et reve-reántur simul, qui quæ-runt ánimam meam, \* ut áuferant eam.

Convertántur retrórsus et reve-reántur \* qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusióne suam, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsúltent et læténtur super te omnes quæ-rétes te: \* et dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui díligit salutáre tuum.

Ego autem mendicus sum, et pauper: \* Dóminus sollicitus est mei.

Adjútor meus, et protéctor meus tu es: \*




Voluntarie sacrificabo tibi, \* Quoniam ex omni tribulatione  
et confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum est: eripuisti me: \*

Tractus.




et super inimicos meos desepexit oculus meus.

3. Antiph.




A-li-é-ni in-sur-re-xé-runt in me, et fortes



quæ-si-é-runt á-nimam me-am.



¶ In-sur-re-xé-runt in me te-stes in-í-qui.



R. Et men-tí-ta est in-í-qui-tas si-bi. Pater noster. secreto.

Ex Tractatu Sancti Augustini Episcopi super Psalmos.


Lectio iv. In Ps. 63. ad Vers. 2.

Protexisti me Deus a conventu malignantium, a multitudine operantium iniquitatem. Jam ipsum caput nostrum intueamur. Multi Martyres talia passi sunt, sed nihil sic elucet, quomodo caput Martyrum: ibi melius intuemur, quod illi experti sunt. Protectus est a multitudine malignantium, protegente se Deo, protegente carnem suam ipso Filio, et homine, quem gerabat: quia filius hominis est, et Filius Dei est. Filius Dei, propter formam Dei: filius hominis, propter formam servi, habens in potestate ponere animam suam, et recipere eam. Quid ei potuerunt facere inimici? Occiderunt corpus, animam non occiderunt. Intendite. Parum ergo erat, Dominum hortari Martyres verbo, nisi firmaret exemplo.


Respons. IV.

VIII.


Tam - quam ad latró-nem ex-í-stis cum glá-



di - is et fú-sti-bus compre-hén - - - de-re me: \*




Quo - tí - di - e apud vos e - ram in templo do - cens,




et non me te-nu - í - stis: et ec - ce fla-gel-lá-tum dú - ci-



tis ad cru - ci - fi - gén - - - dum. ¶ Cum-



que in-je-cís-sent manus in Je-sum, et tenu - is-



sent e - um, di - xit ad e - - - os.

Quotidie. ut supra.

Lectio v.

Nostis qui conventus erat malignantium Judæorum, et quæ multitudo erat operantium iniquitatem. Quam iniquitatem? Quia voluerunt occidere Dominum Jesum Christum. Tanta opera bona, inquit, ostendi vobis: propter quod horum me vultis occidere? Pertulit omnes infirmos eorum, curavit omnes languidos eorum, prædicavit regnum cælorum, non tacuit vitia eorum, ut ipsa potius eis displicerent, non medicus, a quo sanabantur. His omnibus curationibus ejus ingrati, tamquam multa febre phrenetici, insaniētes in medicum, qui venerat curare eos, excogitaverunt consilium perdendi eum: tamquam ibi volentes probare, utrum vere homo sit, qui mori possit, an aliquid super homines sit, et mori se non permittat. Verbum ipsorum agnoscimus in Sapientia Salomonis: Morte turpissima, inquit, condemnemus eum. Interrogemus eum: erit enim respectus in sermonibus illius. Si enim vere Filius Dei est, liberet eum.


Respons. V.

VII.


Té-nebræ fa-ctæ sunt, dum cru-ci-fi-




xis-sent Je-sum Ju-dæ - i: et cir-ca ho - ram no - -




nam ex-cla - má-vit Je - sus vo - ce ma - -




gna: De - us me - us, ut quid me de-re - li-qui - sti? \* Et



in-cli-ná-to cá - pi-te e-mí - sit spí - ri-tum. ¶ Ex-



clá - mans Je-sus vo-ce ma-gna, a - it: Pa - ter, in



manus tu - as com-mén-do spí - ri - tum me - - - um.

Et inclinato. ut supra.

## Lectio vi.

Exacuérunt tamquam gládium linguas suas. Non dicant Judæi: Non occidimus Christum. Etenim propterea eum dederunt júdici Piláto, ut quasi ipsi a morte ejus viderentur immunes. Nam cum dixisset eis Pilátus: Vos eum occidite: responderunt, Nobis non licet occidere quemquam. Iniquitátem facinoris sui in júdicem hóminem refúndere volébant: sed numquid Deum júdicem fallébant? Quod fecit Pilátus, in eo ipso quod fecit, aliquántum párticeps fuit: sed in comparatióne illórum multo ipse innocéntior. Instítit enim quantum pótuit, ut illum ex eórum má nibus liberáret: nam propterea flagellátum prodúxit ad eos. Non persequéndo Dóminum flagellávit, sed eórum furóri satisfá cere volens: ut vel sic jam mitéscerent, et desinerent velle occidere, cum flagellátum vidérent. Fecit et hoc. At ubi perseveravérunt, nostis illum lavisse manus, et dixisse, quod ipse non fecisset, mundum se esse a morte illíus. Fecit tamen. Sed si reus, quia fecit vel invítus: illi innocétes, qui coégerunt ut fáceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum sentétiám, et jussit eum crucifigi, et quasi ipse occidit; et vos o Judæi occidístis. Unde occidístis? Gládio linguæ: acuístis enim linguas vestras. Et quando percussístis, nisi quando clamástis: Crucifige, crucifige?

Respons. VI.  
VIII.

A-ni-mam me-am di-lé-ctam trá-

di-di in ma-nus in-i-quó-rum, et facta est mi-  
hi hæ-ré-di-tas me-a sic-ut le-o in sil-va:  
de-dit contra me vo-ces ad-ver-sá-ri-us, di-cens:  
Con-gre-gá-mi-ni, et pro-pe-rá-te ad de-vo-rán-dum  
il-lum: po-su-é-runt me in de-sér-to so-li-  
tú-di-nis, et lu-xit su-per me om-nis ter-  
ra: \* Qui-a non est in-vén-tus qui me ag-nó-sce-ret,

et fá-ce-ret be-ne. *Ps.* In-sur-re-xé-runt in me  
vi-ri absque mi-se-ri-cór-di-a, et non pe-per-cé-runt  
á-ni-mæ me-æ.

Quia non est invéntus. *ut supra pag. 224.*  
Animam meam. *ibid. usque ad *Ps.**

## In III. Nocturno.

1. Antiph.

I. 2.

Ab in-surgén-ti-bus in me lí-be-ra me Dó-

mi-ne, qui-a oc-cu-pa-vé-runt á-ni-mam me-am.

*Ps. 58.* Eripe me de inimícis meis.

*Psalmus 58.*

Eripe me de inimícis meis  
Deus meus: \* et ab insurgéntibus in me libera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem: \* et de viris sán-gui-num salva me.

Quia ecce cepérunt ánimam meam: \* irruérunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccátum meum Dómine: \* sine iniquitate cucúrri, et diréxi.

Exsúrge in occúrsum meum, et vide: \* et tu Dómine Deus virtútum, Deus Israël,

Inténde ad visitándas omnes Gentes: \* non misereáris óm-ni-bus, qui operántur iniquitátem.

Converténtur ad vésperam: et famem patiéntur ut canes, \* et circuibunt civitátem.

Ecce loquéntur in ore suo, et gládus in lábiis eórum, \* quóniam quis audívit?

Et tu Dómine deridébis eos: \* ad níhilum dedúces omnes Gentes.

Fortitúdinem meam ad te custódiam, quia Deus suscéptor meus es: \* Deus meus, misericórdia ejus præveniet me.

Deus osténdet mihi super inimicos meos, ne occidas eos: \* nequándo obliviscántur pópuli mei.

Dispérge illos in virtúte tua: \* et depóne eos, protéctor meus Dómine:

Delíctum oris eórum, sermónem labiórum ipsórum: \* et comprehendántur in supérbia sua.

Et de execratióne et mendácio annuntiábúntur in consummatione: \* in ira consummationis, et non erunt.


Et scient quia Deus dominábitur Jacob: \* et finium terræ.

Converténtur ad vésperam:  
et famem patiéntur ut canes: \*  
et circumbunt civitátem.

Ipsi dispergéntur ad mandu-  
cándum: \* si vero non fúerint  
saturáti, et murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdi-

*Tractius.*



De-us me-us mi-se-ri-cór-di-a me-a.

1. Antiph. Ab in-sur-génti-bus in me li-be-ra me Dó-mi-ne,

qui-a oc-cu-pa-vé-runt á-ni-mam me-am.

2. Antiph. VIII. 1. Longe fe-cí-sti no-tos me-os a me: trá-di-tus

sum, et non e-gre-di-é-bar.

*Psalmus 87.*

Dómine Deus salutis meæ: \*  
in die clamávi, et nocte  
coram te.

Intret in conspéctu tuo orátio  
mea: \* inclína aurem tuam ad  
prece[m] meam:

Quia repléta est malis ánima  
mea: \* et vita mea inférno ap-  
propinquávit.

Æstimátus sum cum descen-  
déntibus in lacum: \* factus sum  
sicut homo sine adjutório, inter  
mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in  
sepúlchris, quorum non es me-  
mor ámplius: \* et ipsi de manu  
tua repúlsi sunt.

Posuéru[n]t me in lacu infe-  
rióri: \* in tenebrósis, et in um-  
bra mortis.

Super me confirmátus est  
furor tuus: \* et omnes fluctus  
tuos induxísti super me.

nem tuam: \* et exsultábo mane  
misericórdiam tuam.

Quia factus es suscéptor meus,  
\* et refúgium meum, in die tri-  
bulatiónis meæ.

Adjútor meus tibi psallam,  
quia Deus suscéptor meus es: \*

*Ps. 87. Dómine Deus.*

Longe fecísti notos meos a  
me: \* posuéru[n]t me abomina-  
tió[n]em sibi.

Tráditus sum, et non egre-  
diébar: \* óculi mei languérunt  
præ inópia.

Clamávi ad te Dómine tota die:  
\* expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mira-  
bília: \* aut médici suscitábunt,  
et confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in  
sepúlchro misericórdiam tuam,  
\* et veritátem tuam in perdi-  
tió[n]e?

Numquid cognoscéntur in té-  
nebris mirabília tua: \* et justitia  
tua in terra oblivió[n]is?


Et ego ad te Dómine clamávi:  
\* et mane orátio mea prævé-  
niet te.

Ut quid Dómine repéllis ora-  
tió[n]em meam: \* avértis faciém  
tuam a me?

Pauper sum ego, et in labóri-  
bus a juventúte mea: \* exaltátus  
autem, humiliátus sum et con-  
turbátus.

In me transiérunt iræ tuæ: \* et  
terróres tui conturbavérunt me.

*Tractius.*



et no-tos me-os a mi-sé-ri-a.

2. Antiph. Lon-ge fe-cí-sti no-tos me-os a me: trá-di-tus

sum, et non e-gre-di-é-bar.

2. Antiph. VIII. 1. Ca-ptá-bunt in á-ni-mam ju-sti, et sángu-  
nem

in-no-cén-tem condemná-bunt. *Ps. 93. Deus ultiónum.*

*Psalmus 93.*

D<sup>e</sup>us ultiónum Dóminus: \*  
Deus ultiónum líbere egit.

Exaltáre qui júdicas terram:  
\* redde retributió[n]em supérbis.

Usquequo peccatóres Dómine,  
\* usquequo peccatóres gloria-  
búntur:

Effabúntur, et loquéntur ini-  
quitátem: \* loquéntur omnes,  
qui operántur injustítiam?

Pópulum tuum Dómine hu-  
miliavérunt: \* et hæreditátem  
tuam vexavérunt.

Viduam, et ádvenam inter-  
fecérunt: \* et pupillos occidé-  
runt.

Et dixerunt: Non vidébit Dó-  
minus, \* nec intélliget Deus  
Jacob.

Intélligite insipiéntes in pó-  
pulo: \* et stulti aliquá[n]do sápite.

Qui plantávit aurem, non áu-  
diét? \* aut qui finxit óculum,  
non considerat?

Circumdedérunt me sicut aqua  
tota die: \* circumdedérunt me  
simul.

Elongásti a me amicum et  
próximum: \*

Qui córripit Gentes, non árguet:  
\* qui docet hóminem sciéntiam?

Dóminus scit cogitatió[n]es hó-  
minum, \* quóniam vanæ sunt.

Beátus homo, quem tu eru-  
dieris Dómine: \* et de lege tua  
docúeris eum,

Ut mítigés ei a diébus malis: \*  
donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repéllit Dóminus  
plebem suam: \* et hæreditátem  
suam non derelínquet.

Quoadúsque justítia conver-  
tátur in júdicium: \* et qui juxta  
illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consúrget mihi advérsus  
malignántes? \* aut quis stabit  
mecum advérsus operántes ini-  
quitátem?

Nisi quia Dóminus adjúvit  
me: \* paulo minus habitásset  
in inférno ánima mea.

Si dicébam: Motus est pes  
meus: \* misericórdia tua Dó-  
mine adjuvábát me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: \* consolationes tue lætificaverunt animam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis: \* qui fingis laborem in præcepto?

Captabunt in animam just:

Tractius.

dispêdet illos Dóminus De-us no-ster.

3. Antiph.

Captábunt in á-ni-mam ju-sti, et sângui-nem

in-no-cén-tem con-de-mná-bunt.

¶. Locúti sunt advêrsus me lingua do-ló-sa.

R. Et sermónibus ódii circumdedêrunt me, et expugnavêrunt me gra-tis. Pater noster. secreto.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

Lectio vii.

Cap. 4. c. et 5.

Festinemus ingredi in illam réquiem: ut ne in idípsum quis incidat incredulitátis exéplum. Vivus est enim sermo Dei, et éfficax, et penetrabiliór omni gládio ancipiti: et pertingens usque ad divisiónem animæ ac spiritus, compágum quoque ac medullárum, et discrétór cogitátionum et intentiónum cordis. Et non est ulla creatúra invisibilis in conspéctu ejus: ómnia autem nuda et apêrta sunt óculis ejus, ad quem nobis sermo. Habéntes ergo Pontíficem magnum, qui penetrávit cœlos, Jesum Fílium Dei: teneámus confessiónem. Non enim habémus Pontíficem, qui non possit cómpati infirmitátibus nostris: tentátum autem per ómnia pro similitúdine absque peccáto.

Respons. VII.

VI.

Tra-di-dê-runt me in ma-nus im-

pi-ó-rum, et in-ter in-fi- quos pro-je-cê-runt

\* et sânguinem innocéntem con-demnábunt.

Et factus est mihi Dóminus in refúgium: \* et Deus meus in adjutórium spei meæ.

Et reddet illis iniquitátem ipsórum: et in malitia eórum dispêdet eos: \*

me, et non pe-per-cé-runt á-ni-mæ me-æ: congre-gá-ti sunt ad-vêr-sum me for-tes: \* Et sic-ut gi-gántes ste-tê-runt contra me. ¶. A-li-é-ni in-sur-re-xê-runt ad-vêr-sum me, et fortes quæ-si-é-runt á-ni-mam me-am. Et sicut. ut supra.

Lectio viii.

Adéamus ergo cum fidúcia ad thronum grátiae: ut misericórdiam et consequámur, et grátiam inveniámus in auxilio oportúno. Omnis namque Póntifex ex homínibus assúptus, pro homínibus constitúitur in iis quæ sunt ad Deum, ut ófferat dona, et sacrificia pro peccátis: qui condolére possit iis, qui ignórant, et errant: quóniam et ipse circúmdatus est infirmitáte: et proptêrea debet, quemádmodum pro pópulo, ita étiam et pro semetípso offêrre pro peccátis.

Respons. VIII.

VI.

Je-sum trá-di-dit im-pi-us sum-

mis prin-cí-pi-bus sa-cerdó-tum, et se-ni-ó-ri-

bus pó-pu-li: \* Pe-trus au-tem se-que-bá-tur e-um

a lon-ge, ut vi-dê-ret fi-nem. ¶. Addu-xê-

runt au-tem e-um ad Cá-i-pham prin-ci-pem sa-cer-

dó-tum, ubi scribæ et pha-ri-sæ-i con-vé-ne-rant. Petrus autem. ut supra.


## Lectio ix.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetipsum clarificavit ut Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum et in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte cum clamore valido, et lacrimis offerens, exauditus est pro sua reverentia: Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam: et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus a Deo Pontifex juxta ordinem Melchisedech.


## Respons. IX.

VI.


Ca-li-ga-vé-runt ó-cu-li me-i a



fle-tu, me-o: qui-a e-lon-gá-tus est a me,




qui con-so-la-bá-tur me. Vi-dé-te omnes pó-



pu-li, \* Si est do-lor sí-mi-lis sic-ut do-lor



me-us. ¶. O vos omnes qui trans-i-tis per vi-


am, at-tén-di-te et vi-dé-te. Si est dolor. *ut supra.*Caligaverunt. *ibid. usque ad ¶.*

## Ad Laudes.

## 1. Antiph.

VII. 1.

Pró-pri-o Fí-li-o su-o non pe-pér-cit De-us,



sed pro no-bis ó-mni-bus trá-di-dit il-lum.



Ps. 50. Miserere mei Deus.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus, \* secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniqui-

tate mea: \* et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: \* et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: \* ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: \* et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: \* incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: \* lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætiam: \* et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: \* et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: \* et spiritum rectum innova in visceribus meis.


## Tractus.



tunc imponent super altare tu-um ví-tu-los.

## 1. Antiph.

Pró-pri-o Fí-li-o su-o non pe-pér-cit De-us,




sed pro no-bis ó-mni-bus trá-di-dit il-lum.


## 2. Antiph.

IV. 1.

An-xi-á-tus est su-per me spi-ri-tus me-us,



in me tur-bá-tum est cor me-um.



Ps. 142. Dómine exáudi.

Ne projicias me a facie tua: \* et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætiam salutaris tui: \* et spiritu principali confirma me.

Docébo iniquos vias tuas: \* et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: \* et exsultabit lingua mea justitiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: \* et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: \* holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: \* cor contritum, et humiliatum Deus non despicias.

Benigne fac Dómine in bona voluntate tua Sion: \* ut ædificentur muri Jerúsalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, et holocausta: \*

Psalmus 142.

Dómine exáudi oratióem meam: áuribus percípe obsecratióem meam in veritate tua: \* exáudi me in tua justitia.

Et non intres in iudicium cum servo tuo: \* quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: \* humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi: \* et anxiatu est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: \* in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: \* anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Dómine: \* defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me: \* et similis ero descendentibus in lacum.

Audiam fac mihi mane misericordiam tuam: \* quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: \* quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Dómine, ad te confugi: \* doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: \* propter nomen tuum Dómine vivificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: \* et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: \*

Tractius.

quoniam ego servus tuus sum.

2. Antiph. Anxiatus est super me spiritus meus,

in me turbatum est cor meum.

3. Antiph. I. 1. Ait latro ad latronem: Nos quidem digna

factis recipimus, hic autem quid fecit? Meménto me

in domine, dum veneris in regnum tuum.

\* Ps. 62. Deus Deus meus.

Psalmus 62.

Deus Deus meus \* ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, \* quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, et in via, et in aquosa: \* sic in sancto apparui tibi, ut vidirem virtutem tuam, et gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: \* labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: \* et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: \* et labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: \* quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: \* me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quasi erunt animam meam, introibunt in inferiorem terram: \* tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: \* quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: \* illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: \* in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: \* confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur et exultent gentes: \* quoniam iudicas populos in æquitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: \* terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: \*

Tractius.

et metuant eum omnes fines terræ.


3. Antiph. Ait latro ad latronem: Nos quidem digna

factis recipimus, hic autem quid fecit? Meménto me

in domine, dum veneris in regnum tuum.

4. Antiph. I. 1. Cum conturbata fuerit anima mea

in domine, misericordiam meam memoraberis.



*Cant. Hab.* Dómine audívi auditiónem tuam.

*Canticum Habac. Cap. 3.*

Dómine audívi auditiónem tuam, \* et tímui.

Dómine opus tuum, \* in médio annórum vivífica illud:

In médio annórum notum fácies: \* cum irátus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, \* et sanctus de monte Pharan:

Opéruit cœlos glória ejus: \* et laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit: \* córnu in mánibus ejus:

Ibi abscondita est fortitúdo ejus: \* ante fáciem ejus ibit mors.

Et egrediétur diábolus ante pedes ejus. \* Stetit, et mensus est terram.

Aspéxit, et dissólvit Gentes: \* et contriti sunt montes sœculi.

Incurvátí sunt colles mundi, \* ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiopiæ, \* turbabúntur pelles terræ Má dian.

Numquid in flumínibus irátus es Dómine? \* aut in flumínibus furor tuus? vel in mari indignátio tua?


Qui ascédes super equos tuos: \* et quadrigæ tuæ salvátio.

Súscitans suscitábis arcum tuum: \* juraménta tribubus quæ locútus es.

Flúvios scindes terræ: vidé- runt te, et dóluerunt montes: \* gurges aquárum tránsiit.

Dedit abýssus vocem suam: \* altitúdo manus suas levávit.

Sol, et luna steterunt in habitáculo suo, \* in luce sagittárum tuárum, ibunt in splendóre fulgurántis hastæ tuæ.

4. Antiph. 

Cum con-tur-bá-ta fú - e-rit á-ni-ma me - a Dó-

In frémitu conculcábis terram: \* et in furóre obstupefácies Gentes.

Egréssus es in salútem pópuli tui: \* in salútem cum Christo tuo:

Percussisti caput de domo ímpii: \* denudásti fundaméntum ejus usque ad collum.

Maledixísti sceptris ejus, cápiti bellatórum ejus, \* veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.

Exsultátio eórum \* sicut ejus, qui dévorat páuperem in abscondito.

Viam fecísti in mari equis tuis, \* in luto aquárum multárum.

Audívi, et conturbátus est venter meus: \* a voce contremuéru nt lábia mea.

Ingrédiátur putrédo in óssibus meis, \* et subter me scáteat.

Ut requiéscam in die tribulatiónis: \* ut ascéndam ad pópulum accíntum nostrum.

Ficus enim non florébit: \* et non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olivæ: \* et arva non áfferent cibum.


Abscindétur de ovíli pecus: \* et non erit arméntum in præsépi bus.

Ego autem in Dómino gaudebo: \* et exsultábo in Deo Jesu meo.

Deus Dóminus fortitúdo mea: \* et ponet pedes meos quasi cervórum.

Et super excélsa mea dedúcet me victor \*


*Tractius.*




in psal-mis ca-nén-tem.



mi-ne, mi-se-ri-cór-di - æ me-mor e-ris.

5. Antiph.   
VIII. 1. Me-mén-to me - i Dó-mi-ne, dum vé-ne-ris



in re-gnum tu-um. *Ps. 148.* Laudáte Dóminum.

*Psalmus 148.*

Laudáte Dóminum de cœlis: \* laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus: \* laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna: \* laudáte eum omnes stellæ, et lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum: \* et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: \* ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sœculi: \* præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, \* dracónes, et omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: \* quæ faciunt verbum ejus:

Montes, et omnes colles: \* ligna fructifera, et omnes cedri.

Béstiæ, et univérsa pécora: \* serpéntes, et volúcris pennátæ:

Reges terræ, et omnes pópuli: \* príncipes, et omnes júdices terræ.

Júvenes, et vírgines: senes cum junióribus laudent nomen Dómini: \* quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cœlum, et terram: \* et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: \* filiis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

*Psalmus 149.*

Cantáte Dómino cánticum novum: \* laus ejus in ecclésia sanctorum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit eum: \* et filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: \* in týmpano, et psaltério psallant ei:

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: \* et exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória: \* lætabúntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: \* et gládii ancípites in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindíctam in natióibus: \* increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: \* et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis júdiciu m con-scriptum: \* glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

*Psalmus 150.*

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: \* laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.


Laudáte eum in virtútibus ejus: \* laudáte eum secúndum multitudínem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: \* laudáte eum in psaltério, et cíthara.


Laudáte eum in týmpano, et choro: \* laudáte eum in chordis, et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis: \*



Tractius.



omnis spíritus lau-det Dómi-num.



¶. Col-lo-cá-vit me in obs-cú-ris. R. Sic-ut mórtu-os sæ-cu-li.



ó-rum. *Cant. Zach. Benedictus Dóminus.*

*Cant. Benedictus. ut supra p. 207. Ant. Posuerunt. ut supra.*


*Deinde dic. ¶. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. cum reliqu. ut supra p. 208.*

*Ad Vesperas. Ant. et Ps. ut heri. p. 209. Ad Magnif. Ant. Cum accepisset acétum, dixit: Consummátum est: et, inclináto cápite emisit spíritum. ¶. Christus factus est. et alia ut supra ad Laudes.*

## Sabbato Sancto.

### Ad Matutinum.

#### In I. Nocturno.



*Psalmus 4.*

Cum invocárem exaudivit me Deus justitiæ meæ: \* in tribulatione dilatásti mihi.

Miserére mei, \* et exáudi orationem meam.

Filii hóminum úsquequo gravi corde? \* ut quid diligitis

vanitátem, et quæritis mendá-cium?

Et scitóte quóniam mirificávit Dñs sanctum suum: \* Dñs exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascímini, et nolíte peccáre: \* quæ dicitis in córdibus vestris, in cubilibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrificium justitiæ, et speráte in Dómino. \* Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?


Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: \* dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, et ólei sui \* multiplicátí sunt.




In pace in idípsum \* dórmiam, et requiéscam;

Quóniam tu Dómine singuláriter in spe \*

Tractius.



con-sti-tu-i-sti me.



*Psalmus 14.*


Dómine quis habitábit in tabernáculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, \* et operátur justítiam:




Qui lóquitur veritátem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit próximo suo malum,

Tractius.



non mo-vé-bi-tur in æ-tér-num.





Psalmus 15.

Conserva me Domine, quoniam speravi in te. \* Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, \* mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum: \* postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: \* nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meae, et calcicis mei: \* tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in pra-

claris: \* etenim haereditas mea praecleara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: \* insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.


Providibam Dominum in conspectu meo semper: \* quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc laetatum est cor meum, et exsultavit lingua mea: \* insuper et caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: \* nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitae, adimpleris me laetitia cum vultu tuo: \*

Tractius.



delectationes in dextera tua usque in finem.

3. Antiph.




Caro mea - a re-qui-escet in spe.




V. In pace in idipsum. R. Dormiam, et requiescam.

Pater noster. secreto.




De Lamenta-ti-ō-ne Je-re-mi-æ Pro-phē-tæ.


Lectio I.




Heth. Mi-se-ri-cór-di-æ Dó-mi-ni qui-a non




su-mus consumpti: qui-a non de-fe-cé-runt mi-se-ra-ti-ōnes




e - jus. Heth. No-vi di-lú-cu-lo, mul-ta est fides tu - a.




Heth. Pars me-a Dó-minus, di-xit á-ni-ma me-a: pro-ptér-




e - a ex-spe-ctá-bo e - um. Teth. Bo-nus est Dó-minus




spe-rán-ti-bus in e-um, á-ni-mæ quæ-rén-ti il - lum. Teth.




Bonum est præsto-lá-ri cum si-lén-ti-o sa-lu-tá-re De - i.




Teth. Bo-num est vi-ro, cum por-tá-ve-rit jugum ab a-




do-lescén-ti-a su - a. Jod. Se-dé-bit so-li-tá-ri-us, et




ta-cé-bit: qui-a le-vávit su-per se. Jod. Po-net in púl-




ve-re os su-um, si for-te sit spes. Jod. Da-bit per-cu-



ti-én-ti se maxil-lam, sa-tu-rá-bi-tur op-pró - bri-is. Je-rú-sa-




lem, Je-rú-sa-lem, convértere ad Dó-minum De-um tu - um.




Respons. I.

IV.


Sic-ut o-vis ad oc-ci-si-ó-nem du-ctus




est, et dum ma-le tra-cta-ré - tur, non a-pé-ru-it os




su - um: trá-di-tus est ad mor - tem, \* Ut vi-vi-fi-



cá - ret pó-pu-lum su - um. V. Trá-di-dit



in mor-tem á-ni-mam su - am, et in-ter sce-le-rá-tos



re - pu-tá - tus est. Ut vivificáret. ut supra.

Lectio II.

A - leph. Quó-mo-do obscu-rá-tum est aurum,  
 mu-tá-tus est co-lor ó-pti-mus, dispér-si sunt lá-pi-des sanctu-  
 á-ri-i in cá-pi-te ó-mni-um pla-te-á - rum? Beth. Fí -  
 li - i Si-on ín-cly-ti, et a-mi-cti au-ro pri-mo: quó-mo-do  
 re-pu-tá-ti sunt in va-sa téste-a, o-pus má-nu-um fí - gu-li?  
 Ghi-mel. Sed et lá-mi-æ nu-da-vé-runt mammam, la-cta-vé-  
 runt cá-tu-los su-os: fi-li-a pó-pu-li me-i cru-dé-lis, qua-si  
 strú-thi-o in de-sér-to. Da - leth. Ad-hæ-sit lingua lacténtis  
 ad pa-lá-tum e-jus in si-ti: párvu-li pe-ti-é-runt pa-nem,  
 et non e-rat qui frángeret e - is. He. Qui ve-sce-bántur  
 vo-lu-ptu-ó-se, ín-ter-i-é-runt in ví-is: qui nu-tri-e-bántur  
 in cró-ce-is, ample-xá-ti sunt stér-co-ra. Vau. Et ma-jor  
 ef-fé-cta est ín-í-qui-tas fí-li-æ pó-pu-li me-i pec-cá-to  
 So-do-mó-rum, quæ subvér-sa est in mo-mén-to, et non ce-  
 pé-runt in e-a ma - nus. Je-rú-sa-lem, Je - rú-sa-lem, con-

vér-te-re ad Dó-mi-num De-um tu - um.

Respons. II.

v. Je-rú-sa-lem sur - ge, et éx-u-e te  
 vé - sti-bus ju-cun - - di - tá - tis: ín-dú-e-re cí-  
 ne-re et cí-lí - - cí-o: \* Qui-a ín-te oc - cí - sus  
 est Sal-vá - tor Is - ra-él. Ψ. De - duc qua-si tor-  
 rén-tem lá - cri-mas per dí - em et no-ctem, et non tá-ce-at  
 pu-píl-la ó - cu-li tu - i. Quia ín-te. *ut supra.*  
 In - cí-pit O-rá-ti-o Je-re-mí-æ Pro-phé-tæ.

Lectio III.

Re-cor-dá-re Dó-mi-ne quid ac-cí-de-rit no-bis:  
 ín-tu-é-re, et ré-spi-ce oppró-bri-um no - strum. Hæ-ré-di-tas  
 nostra versa est ad a-li-é-nos do-mus nostræ ad ex-trá -  
 ne-os. Pu-píl-li fa-cti su-mus absque pa-tre, matres nostræ  
 qua-si ví - du-æ. Aquam nostram pe-cú-ni-a bí-bi-mus:  
 lí-gna no-stra pré-ti-o compa-rá - ví-mus. Cer-ví-ci-bus  
 nostris mí-na-bá-mur, lassís non da-bá-tur ré - qui-es. Æ-gý-

pto dé-dimus manum, et Assý-ri-is ut sa-tu-ra-rémur pa - ne.

Pa-tres no-stri pecca-vérunt, et non sunt: et nos in-i-qui-tá-tes e-ó-rum por-tá - vi-mus. Ser-vi do-mi-ná-ti sunt nostri: non fu-it qui red-í-me-ret de manu e-ó - rum. In a-ni-má-bus no-stris af-fe-re-bá-mus pa-nem no-bis, a fá-ci-e glá-di-i in de-sér - to. Pel-lis nostra, qua-si cli-ba-nus ex-ú-sta est a fá-ci-e tem-pe-stá-tum fa - mis. Mu-lí - e-res in Si-on hu-mi-li-a-vé-runt, et vir-gi-nes in ci-vi-tá-ti-bus Ju - da. Je-rú-sa-lem, Je-rú-sa-lem, convér-te-re ad Dó-minum De-um tu - um.

Respons. III. v. Plan-ge qua-si vir-go plebs me - - a: u-lu-lá - te pa-stó - res in cí-ne-re et ci-lí - - ci-o: \* Qui-a ve-nit di-es Dó-mi-ni ma - gna, et a-má - - ra val - de. V. Accín-gi-te vos sa-cerdó-tes, et plán-gi-te mi-ní-stri al-tá - ris, a-spér-gi-te vos cí - - ne-re. Quia venit dies. *ut supra.* Plange quasi. *ibid. usque ad V.*

In II. Nocturno.

1. Antiph. v. E-le-vá - mi-ni por-tæ æ-ter-ná - les, et in-tro-

bit Rex gló-ri-æ. Ps. 23. Dómini est terra. *Psalmus 23.* Dómino: \* et misericórdiam a Deo salutári suo. Hæc est generatio quæréntium eum, \* quæréntium faciém Dei Jacob. Attóllite portas príncipes ve-stras, et elevámini portæ æter-náles: \* et introíbit Rex glóriæ. Quis est iste Rex glóriæ? \* Dóminus fortis et potens: Dóminus potens in prælio. Attóllite portas príncipes ve-stras, et elevámini portæ æter-náles: \* et introíbit rex glóriæ. \* Quis est iste rex glóriæ? \*

*Tractus.*  
Dó-mi-nus vir-tú-tum ip-se est Rex gló-ri-æ.

1. Antiph. E-le-vá - mi-ni por-tæ æ-ter-ná - les, et in-tro - í-bit Rex gló-ri-æ.

2. Antiph. IV. 1. Cre-do vi-dé-re bo-na Dó-mi-ni in ter-ra vi-vén-ti - um. Ps. 26. Dóminus illuminátio mea.

*Psalmus 26.* Dóminus illuminátio mea, et salus mea, \* quem timébo? Dóminus protéctor vitæ meæ, \* a quo trepidábo? Dum apprópiant super me nocétes, \* ut edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, \* ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt. Si consistant advérsus me castra, \* non timébit cor meum. Si exsúrgat advérsus me præ-lium, \* in hoc ego sperábo. Unam pétii a Dómino, hanc requíram, \* ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ: Ut videam voluptátem Dó-

mini, \* et visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: \* in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me: \* et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: \* cantabo, et psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: \* miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: \* faciem tuam Domine requiram.

Tractus.

et confortetur cor tuum, et sustine Domini.

2. Antiph. Credo videre bona Domini in terra viventium.

3. Antiph. VIII. 1. Domine abstraxisti ab inferis animam meam.

Ps. 29. Exaltabo te Domine.

Psalmus 29.

Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me: \* nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamavi ad te, \* et sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam: \* salvasti me a descendentibus in lacum.

Psallite Domino sancti ejus: \* et confitemini memorie sanctitatis ejus.

Quoniam ira in indignatione ejus: \* et vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fletus: \* et ad matutinum letitia.

Ne avertas faciem tuam a me: \* ne declines in ira a servo tuo.

Adjutor meus esto: \* ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me: \* Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via tua: \* et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: \* quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini \* in terra viventium.

Exspecta Dominum, viriliter age: \*

Ego autem dixi in abundantia mea: \* Non movebor in aeternum.

Domine in voluntate tua, \* prestitisti decori meo virtutem.

Avertisti faciem tuam a me, \* et factus sum conturbatus.

Ad te Domine clamabo: \* et ad Deum meum deprecabor.

Quae utilitas in sanguine meo, \* dum descendo in corruptionem?

Numquid confitebitur tibi pulvis, \* aut annuntiabit veritatem tuam?

Audivit Dominus, et misertus

est mei: \* Dominus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi: \* conscidisti

saccum meum, et circumdedisti me letitia:

Ut cantet tibi gloria mea, et non compungar: \*

Tractus.

Domine Deus meus in aeternum confitebor tibi.

3. Antiph. Domine abstraxisti ab inferis animam meam.

Tu autem Domine miserere mei.

R. Et resuscitavit me, et retribuit mihi.

Pater noster. secreto.

Ex Tractatu Sancti Augustini Episcopi super Psalmos.

Lectio iv.

In Ps. 63. ad vers. 7.

Accedet homo ad cor altum, et exaltabitur Deus. Illi dixerunt: Quis nos videbit? Defecerunt scrutantes scrutationes, consilia mala. Accessit homo ad ipsa consilia, passus est se teneri ut homo. Non enim teneretur nisi homo, aut videretur nisi homo, aut caderetur nisi homo, aut crucifigeretur, aut moreretur nisi homo. Accessit ergo homo ad illas omnes passiones, quae in illo nihil valerent, nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non liberaretur homo. Accessit homo ad cor altum, id est, cor secretum, objiciens aspectibus humanis hominem, servans intus Deum: celans formam Dei, in qua aequalis est Patri, et offerens formam servi, qua minor est Patre.

Respons. IV. VII. Recessit pastor noster, fons

aquaeva, ad cuius transitum sol obs-

curatus est: \* Nam et ille captus est,

qui captivum tenebat primum hominem: ho-

die portans mortis et seras pariter

Salvá-tor no - ster dis - rú - pit. *Ps.* Destru-xit  
 qui - dem claustra in-fér - ni, et subvértit po-tén - ti -  
 as di - á - bo - li. Nam et ille. *pag.* 245.

*Lectio v.*

Quo perduxerunt illas scrutationes suas, quas perscrutantes de - fecerunt, ut etiam mórtuo Dómino et sepúlto, custódes póne - rent ad sepúlchrum? Dixérunt enim Piláto: Sedúctor ille: hoc appellabátur nómine Dóminus Jesus Christus, ad solátium ser - vórum suórum, quando dicúntur seductóres: ergo illi Piláto: Sedúctor ille, inquit, dixit adhuc vivens: Post tres dies resúr - gam. Jube itaque custodíri sepúlchrum usque in diem tértium, ne forte véniant discípuli ejus, et furéntur eum, et dicant plebi, Surréxit a mórtuis: et erit novíssimus error pejor prióre. Ait illis Pilátus: Habétis custódiám, ite, custodíte sicut scitis. Illi autem abeúntes, muniérunt sepúlchrum, signántes lápidem cum custódiibus.

Respons. V. *VIII.* O vos omnes, qui trans-í-tis per vi -  
 am, attén-di-te et vi-dé-te, \* Si est do - lor sí - -  
 mi - lis sic-ut do - lor me - us. *Ps.* At-tén - -  
 di-te u - ni - vér - si pó - pu - li, et vi - dé-te do - ló - -  
 rem me - - - um. Si est dolor. *ut supra.*

*Lectio vi.*

Posuerunt custódes mílites ad sepúlchrum. Concússa terra Dó - minus resurréxit: mirácula facta sunt tália circa sepúlchrum, ut et ipsi mílites, qui custódes advénerant, testes fierent, si vel - lent vera nuntiáre. Sed avarítia illa, quæ captivávit discipulum cómitem Christi, captivávit et mílitem custódem sepúlchri. Damus, inquit, vobis pecúniám: et dícite, quia vobis dormiéntibus ve - nérunt discípuli ejus, et abstulérunt eum. Vere defecérunt scru - tantes scrutationes. Quid est quod dixísti, o infélix astútia? Tantúmne déseris lucem consílii pietátis, et in profúnda versútiae demérgeris, ut hoc dicas: Dícite, quia vobis dormiéntibus venérunt discípuli ejus, et abstulérunt eum? Dormiéntes testes ádhibes: vere tu ipse obdormísti, qui scrutándo tália defecísti.

Respons. VI. *IV.* Ec - ce quó-mo-do mó-ri-tur ju - stus, et  
 ne - mo pér-ci-pit cor-de: et vi-ri ju-sti tol-lún - tur,  
 et ne-mo consí - de-rat: a fá-ci-e in-i-qui-tá - tis  
 sub-lá - tus est ju - stus: \* Et e-rit in pa - ce  
 memó-ri - a e - jus. *Ps.* Tamquam a-gnus co-ram ton -  
 dén-te se ob-mú-tu-it, et non a-pé-ru-it os su - um:  
 de angú-sti-a et de ju-di-ci-o sub-lá - tus est.  
 Et erit. *ut supra.* Ecce quómodo. *ibid. usque ad Ps.*

In III. Nocturno.

1. Antiph. *VIII. 1.* De-us ád-ju-vat me, et Dó-mi-nus sus-cé-ptor  
 est á - ni - mæ me-æ. *Ps. 53.* Deus in nómine tuo.

*Psalmus 53.*

Deus in nómine tuo salvum me fac: \* et in virtúte tua júdica me.

Deus exáudi orationem meam: \* áuribus percípe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, et fortes quæsiérunt animam meam: \* et non proposuerunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me: \* et Dóminus suscéptor est áni - mæ meæ.


Avérte mala inimícis meis: \* et in veritáte tua dispérde illos.


Voluntárie sacrificábo tibi, \* et confitébor nómini tuo Dómi - ne: quóniam bonum est:


Quóniam ex omni tribulatione eripuísti me: \*

*Tractius.*

et super inimicos meos despéxit ó-cu-lus me - us.

1. Antiph.   
De-us ád-ju-vat me, et Dó-mi-nus sus-céptor

  
est á-ni-mæ me-æ.

2. Antiph.   
VII. 3. In pa-ce fa-ctus est lo-cus e-jus, et in Si-

  
on ha-bi-tá-ti-o e-jus. Ps. 75. Notus in Judæa.

*Psalmus 75.*

Notus in Judæa Deus: \* in  
Israël magnum nomen ejus.  
Et factus est in pace locus  
ejus: \* et habitatio ejus in Sion.  
Ibi confrégit poténtias arcuum,  
\* scutum, gládium, et bellum.  
Illuminans tu mirabiliter a  
móntibus ætérnis: \* turbáti sunt  
omnes insipientes corde.

Dormiérunt somnum suum: \*  
et nihil invenérunt omnes viri  
divitiárum in máribus suis.

Ab increpatione tua Deus Ja-  
cob \* dormitavérunt qui ascen-  
dérunt equos.

Tu terribilis es, et quis re-  
sistet tibi? \* ex tunc ira tua.


De cælo audítum fecísti judi-  
cium: \* terra trémuit et quiévit,  
Cum exsúrgeret in iudicium  
Deus, \* ut salvos fáceret omnes  
mansuétos terræ.


Quóniam cogitatio hóminis  
confitébitur tibi: \* et reliquæ cog-  
itationis diem festum agent tibi.


Vovéte, et réddite Dómino  
Deo vestro: \* omnes qui in cir-  
cúitu ejus affértis múnera.


Terribili et ei qui aufert spí-  
ritum princípum, \*.


*Tractius.*

  
terri-bi-li apud reges terræ.

2. Antiph.   
In pa-ce fa-ctus est lo-cus e-jus, et in

  
Si-on ha-bi-tá-ti-o e-jus.

3. Antiph.   
IV. 3. Fa-ctus sum sic-ut ho-mo si-ne adju-tó-ri-o,

  
in-ter mór-tu-os li-ber. Ps. 87. Dómine Deus.

*Psalmus 87.*

Dómine Deus salutis meæ: \*  
in die clamávi, et nocte  
coram te.

Intret in conspéctu tuo oratio  
mea: \* inclina aurem tuam ad  
preceam meam:  
Quia repléta est malis ánima

mea: \* et vita mea inférno ap-  
propinquávit.

Æstimátus sum cum descen-  
déntibus in lacum: \* factus sum  
sicut homo sine adjutório, inter  
mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in  
sepúlchris, quorum non es me-  
mor ámplius: \* et ipsi de manu  
tua repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu infe-  
rióri: \* in tenebrósis, et in um-  
bra mortis.

Super me confirmátus est  
furore tuus: \* et omnes fluctus  
tuos induxísti super me.


Longe fecísti notos meos a  
me: \* posuérunt me abomina-  
tionem sibi.


Tráditus sum, et non egre-  
diébar: \* óculi mei languérunt  
præ inópia.


Clamávi ad te Dómine tota  
die: \* expándi ad te manus  
meas.


Numquid mórtuis fácies mira-


*Tractius.*

  
et no-tos me-os a mi-sé-ri-a.

3. Antiph.   
Fa-ctus sum sic-ut ho-mo si-ne adju-tó-ri-o,

  
in-ter mór-tu-os li-ber.

  
V. In pa-ce fa-ctus est lo-cus e-jus.

  
R. Et in Si-on ha-bi-tá-ti-o e-jus. Pater noster. secreto.



De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

*Lectio vii.*

*Cap. 9. c.*

Christus assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et  
perféctius tabernáculum non manufactum, id est, non hujus  
creationis: neque per sánguinem hircórum, aut vitulórum, sed per  
próprium sánguinem introívit semel in Sancta, ætérna redemptióne

inventa. Si enim sanguis hircorum, et taurorum, et cinis vitulæ aspersione inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi?

Respons. VII.   
 VIII.   
 A-sti-té - runt re-ges ter-ræ, et prin-  
 ci-pes conve-né - runt in u - num, \* Ad-vér-  
 sus Dó - - minum, et advér - sus Chri - stum e - - -  
 jus. *Ps.* Qua-re fre-mu-é-runt Gen-tes, et pó-pu-li  
 me-di-tá-ti sunt in - á - ni - a?  
 Advérsus Dóminum. *ut supra.*

Lectio viii.

Et ideo novi testamenti mediator est: ut morte intercedente, in redemptionem eorum praevaricationum, quae erant sub priori testamento, repositionem accipiant, qui vocati sunt aeternae hereditatis. Ubi enim testamentum est: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum vivit qui testatus est. Unde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.

Respons. VIII.   
 IV.   
 Aë-sti-má-tus sum cum de-scendén-  
 ti-bus in la - cum: \* Fa - ctus sum sic - ut ho - mo si-ne  
 ad-ju-tó - ri - o, in-ter mór-tu - os li-  
 ber. *Ps.* Po-su-é-runt me in la-cu in-fe-ri - ó - ri,  
 in te-ne-bró-sis, et in um - bra mor - tis.  
 Factus sum. *ut supra.*

Lectio ix.

Lectio enim omni mandato legis a Moyse universo populo: accipiens sanguinem vitulorum, et hircorum cum aqua et lana coccinea, et hyssopo: ipsum quoque librum, et omnem populum aspersione, dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus. Etiam tabernaculum, et omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersione: et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur: et sine sanguinis effusione non fit remissio.

Respons. IX.   
 II.   
 Sepúl-to Dó-mi-no si-gná-tum est monu-  
 mén - tum, vol-vén-tes lá - pi-dem ad ó-sti-um monu-  
 mén- - ti: \* Po-nén-tes mí - li-tes, qui custo-dí - -  
 rent il - lum. *Ps.* Acce-dén-tes prin-ci-pes sacer-dó-tum  
 ad Pi-lá - tum, pe-ti - é - runt il - lum.  
 Ponéntes milites. *ut supra.* Sepúlto Dómino. *ibid. usque ad Ps.*

Ad Laudes.

1. Antiph.   
 IV. 1.   
 O mors, e-ro mors tu-a, morsus tu - us e-ro  
 in-fér-ne. *Ps. 50.* Miserere mei Deus.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus, \* secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: \* et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: \* et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: \* ut justificeris.

in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: \* et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: \* incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: \* lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitia: \* et exsultabunt ossa humiliata.

Avérte faciém tuam a peccatis

meis: \* et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: \* et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: \* et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.


Redde mihi lætítiam salutáris tui: \* et spiritu principáli confirma me.


Docébo iníquos vias tuas: \* et impij ad te converténtur.


Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: \* et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Tractius.

tunc impónent super altáre tu-um ví-tu-los.

1. Antiph.   
O mors, ero mors tu-a, morsus tu-us e-ro inférne.

2. Antiph.   
IV. 1. Plan-gent e - um qua-si u-ni-gé-ni-tum, qui - a

  
in-no-cens Dómi-nus occi-sus est. Ps. 42. Júdica me.

Psalmus 42.


Júdica me Deus, et discérne causam meam de gente non sancta, \* ab hómine iníquo, et dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea: \* quare me repulísti? et quare tristis incédo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam et veritátem tuam: \* ipsa me dedu-

Tractius.

  
salutáre vultus mei, et De-us me-us.

2. Antiph.   
Plan-gent e - um qua-si u-ni-gé-ni-tum, qui - a


Dómine, lábia mea apéries: \* et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluíssem sacrificium, dedíssem útique: \* holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spiritus contríbulátus: \* cor contrítum, et humiliátum Deus non despíces.

Benigne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion: \* ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblatiónes, et holocáusta: \*

  
in-no-cens Dó-mi-nus oc-ci-sus est.

3. Antiph.   
VII. 1. At-tén-di-te u-ni-vér-si pó-pu-li, et vi-

  
dé - te do-ló-rem me-um. Ps. 62. Deus Deus meus.

Psalmus 62.

Deus Deus meus \* ad te de luce vigilo.

Sitívit in te ánima mea, \* quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, et ínvia, et inaquósa: \* sic in sancto apparui tibi, ut vidérem virtútem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas: \* lábia mea laudábunt te.

Sic benedicam te in vita mea: \* et in nómine tuo levábo manus meas.


Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea: \* et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.


Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditábor in te: \* quia fuísti adjutor meus.

Et in velamento alárum tuárum exsultábo, adhæsit ánima mea post te: \* me suscepit dextera tua.

Tractius.

  
et métuant eum o-mnes fi-nes ter-ræ.

3. Antiph.   
At-tén-di-te u-ni-vér-si pó-pu-li, et vi-dé -

  
te do-ló-rem me-um.

4. Antiph.   
II. A por-ta ín-fe-ri é - ru-e Dó-mi-ne

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, introibunt in infériora terræ: \* tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui jurant in eo: \* quia obstrúctum est os loquéntium iniqua.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostri, et benedicat nobis: \* illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam: \* in ómnibus géntibus salutáre tuum.


Confiteántur tibi pópuli Deus: \* confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsultent gentes: \* quóniam júdicas pópulos in æquitate, et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: \* terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: \*





Cant. Ezechiae. Is. 38. b.

Ego dixi: In dimidio dierum meorum \* vadam ad portas inferi.

Quaesivi residuum annorum meorum. \* Dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra, \* et habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est, et convoluta est a me, \* quasi tabernaculum pastorum.




Præcisa est velut a texente, vita mea: dum adhuc ordier, succidit me: \* de mane usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad mane, \* quasi leo sic contrivit omnia ossa mea:

De mane usque ad vesperam finies me: \* sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba:

Attenuati sunt oculi mei, \* suspicientes in excelsum:

Tractius.



Domine vim patior, responde pro me. \* Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos \* in amaritudine animæ meæ.

Domine si sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei, corripies me, et vivificabis me. \* Ecce in pace amaritudo mea amarissima:

Tu autem eruisti animam meam ut non periret: \* projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: \* non exspectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie: \* pater filius notam faciet veritatem tuam.

Domine salvum me fac, \*

Psalmus 148.

Laudate Dominum de caelis: \* laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes Angeli ejus: \* laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna: \* laudate eum omnes stellæ, et lumen.

Laudate eum caeli caelorum: \* et aquæ omnes, quæ super caelos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: \* ipse mandavit, et creata sunt. Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi: \* præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra, \* dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: \* quæ faciunt verbum ejus:

Montes, et omnes colles: \* ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiae, et universa pecora: \* serpentes, et volucres pennatæ:

Reges terræ, et omnes populi: \* principes, et omnes iudices terræ.

Juvenes, et virgines: senes cum junioribus laudent nomen Domini: \* quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super caelum, et terram: \* et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: \* filius Israël, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

Cantate Domino canticum novum: \* laus ejus in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israël in eo, qui fecit eum: \* et filii Sion exsultent in rege suo.

Laudate nomen ejus in choro: \* in tympano, et psalterio psallant ei:

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: \* et exaltabit mansuetos in salutem.

Exsultabunt sancti in gloria: \* lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: \* et gladii ancipites in manibus eorum:

Ad faciendam vindictam in nationibus: \* increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: \* et nobiles eorum in manibus ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: \* gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in sanctis ejus: \* laudate eum in firmamento virtutis ejus.



Laudate eum in virtutibus ejus: \* laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.


Laudate eum in sono tubæ: \* laudate eum in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano, et choro: \* laudate eum in chordis, et organo.


Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: \*

Tractius.






V. Caro mea re-qui-éscet in spe.



R. Et non dabis sanctum tuum vi-dé-re cor-ru-pti-ó-nem.




Ad Benedictus


Antiph.

I. 2.

Mu - lí - e-res se-déntes ad mo-nu-méntum



la-men-ta-bán-tur, flen-tes Dó-mi-num.



Cant. Zach. Benedictus. pag. 207.

Ant. Mulieres. ut supra.


Deinde dicitur Christus factus est. cum reliqu. ut supra p. 208.

¶ Dictis Horis, ut supra p. 209, dicitur Missa ut in Ordinario; et facta Communionem Sacerdotis, statim pro Vesp. dicitur.



VI.

Al-le-lú-ja, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja.



Ps. 116. Laudáte Dóminum. E u o u a e.

Psalmus 116.

Laudáte Dóminum, omnes gentes: \* laudáte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: \* et véritas Dómini manet in ætérnum. Glória Patri. Sicut erat.

Repetitur Ant. Allelúja, allelúja, allelúja.

Capit., Hymn. et V. non dicuntur.




Ad Magnificat


Antiph.

VIII.


Vé-spe-re au-tem sáb-ba-ti. Quæ lu-céscit



in pri-ma sábba-ti: ve-nit Ma-ri-a Magda-lé-ne, et ál-te-ra



Ma-ri-a, vi-dé-re se-púlchrum, al-le-lú-ja.



Cant. Ma-gní-fi-cat. p. 27. E u o u a e.

Et repetitur Ant. Vespere autem sabbati.

Deinde Sacerd. dicit: Dóminus vobiscum.


Orémus.

Oratio.

Spiritum nobis Dómine tuæ caritátis infúnde: ut quos sacraméntis paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum. etc.

Deinde Dóminus vobiscum.

Et Diaconus vertens se ad populum, cantat:



I-te Mis-sa est, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja.

R. De-o grá-ti-as, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja.

Extra Chorum, dicto Pater noster, et Ave María, Vesp. inchoantur absolute ab Ant. Allelúja, cum reliqu., ut supra; et loco Ite Missa est, allelúja, allelúja, dicitur V. Benedicámus Dómino, allelúja, allelúja. R. Deo grátias, allelúja, allelúja.

Deinde additur Pater noster, et nihil aliud.

Ad Completorium.

V. Jube domne. Lect. br. Fratres: Sóbrii estóte.

V. Adjutórium nostrum. Pater noster.


Et facta Confessione et Absolutione, dicitur V. Convérte nos Deus. V. Deus in adjutórium. Glória Patri, et amplius non dicitur Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ, sed ejus loco deinceps dicitur Allelúja.

Deinde sine Ant. dicuntur Ps. consueti.




Ps. 4, 30, 90, 133. p. 36. E u o u a e.

Capitulum, VV. et Hymn. non dicuntur.



VIII. 1. Vé-spe-re au-tem sáb-ba-ti.



Cant. Nunc dimittis. p. 40. E u o u a e.

Ant. Vespere autem. ut supra pag. 256.

V. Dóminus vobiscum. Oratio. Visita, quæsumus. ut in Psalt. pag. 41.

In fine Ant. Regina cœli. p. 43 aut 44.

Et non flectuntur genua toto Temp. Pasch.

## DOMINICA RESURRECTIONIS.

Ad Matutinum.

Pater noster. Ave María. Credo.


V. Dómine lábia. Deus in adjutórium. pag. 2\*.

Invitatorium.

IV.




Ur-ré-xit Dó - mi-nus ve-re, \*

Al - le - lú - ja. *Repetitur Surréxit.*

Ps. 94. Ve-ní - te, exsultémus Dómi-no, ju-bi-lémus De - o sa-lu-




tá - ri nostro: præ-oc-cupémus fá-ci-em e-jus in con-fes-




si - ó-ne, et in psal-mis ju-bi-lémus e - i.

R. Surréxit Dóminus vere, \* Allelúja. *ut supra.*


Quó - ni-am De-us magnus Dómi-nus, et Rex magnus super




o-mnes de-os: quó - ni - am non repél-let Dó-minus ple-bem



su-am, qui-a in ma-nu e-jus sunt omnes fi - nes ter-ræ, et




al-ti-tú-di-nes món-ti - um ip-se cón - spi - cit.

R. Allelúja. *ut supra.*


Quó - ni-am ip-sí-us est mare, et ip-se fe-cit il-lud, et á-ri-




dam funda-vé-runt ma-nus e-jus: ve-ní - te, ad-o-rémus, et




pro-cidá-mus ante De-um: plorémus coram Dómino, qui fe-cit




nos, qui-a ip-se est Dó-mi-nus De - us no-ster: nos au - tem.




pó-pu-lus e-jus, et o-ves páscu-æ e - jus.

R. Surréxit Dóminus vere, \* Allelúja. *ut supra.*


Hó - di-e si vo-cem e-jus audi - é-ri-tis, no-li-te ob-du-rá-re




cor-da vestra, sic - ut in ex-acer-ba-ti-ó-ne secúndum di-em




ten-ta-ti-ó-nis in de-sér-to: u-bi ten-ta-vé-runt me pa - tres




vé-stri, pro-ba-vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me - a.

R. Allelúja. *ut supra.*


Qua-dra-gín - ta an-nis pró-ximus fu - i ge-ne-ra-ti-ó-ni hu - ic,




et di-xi: Semper hi er-rant corde: ip - si vero non cogno-




vé-runt vi-as me-as, quibus ju-rá-vi in i - ra me-a, si in-




tro - i-bunt in ré-qui-em me - am.

R. Surréxit Dóminus vere, \* Allelúja. *ut supra.*

Gló - ri-a Patri, et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i sancto: Sic - ut






e-rat in prin-cí-pi-o, et nunc, et semper, et in sæ-cu-la






sæ-cu-ló-rum. A - men.

R. Allelúja. *Cant.* Surréxit Dóminus vere, \* *Chor.* Allelúja. *Hymnus non dicitur.*

1. Antiph.   
 II. E-go sum \* qui sum, et con-sí-li-um me-um  
  
 non est cum ím-pi - is, sed in le - ge Dó-mi-ni vo - lún-tas  
  
 me - a est, al-le - lú-ja. *Ps. 1. Beátus vir. E u o u a e.*

*Psalmus 1.*  
**B**eátus vir, qui non ábiit in consilio impiórum, et in via peccatórum non stetit, \* et in cathedra pestilentiae non sedit: Sed in lege Dómini voluntas ejus, \* et in lege ejus meditabitur die ac nocte.  
 Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, \* quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et fólium ejus non defluet: \* et ómnia quaecúmque faciet, prosperabuntur.  
 Non sic impij, non sic: \* sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a facie terrae.  
 Ideo non resurgunt impij in judicio: \* neque peccatores in concilio justórum.  
 Quóniam novit Dóminus viam justórum: \* et iter impiórum peribit. Glória Patri. Sicut erat.

1. Antiph.   
 E-go sum qui sum, et con-sí-li-um me-um  
  
 non est cum ím-pi - is, sed in le - ge Dómi-ni vo - lún-tas me - a  
  
 est, al-le - lú-ja.



2. Antiph.   
 II. Po-stu-lá-vi \* Pa-trem me-um, al-le - lú - ja:  
  
 de - dit mi - hi Gen - tes, al - le - lú - ja, in hæ - re - di - tá - tem,  
  
 al - le - lú - ja. *Ps. 2. Quare fremuerunt. E u o u a e.*

*Psalmus 2.*  
**Q**uare fremuerunt Gentes, \* et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae, et principes convenérunt in unum \* adversus Dóminum, et adversus Christum ejus.

Dirumpámus vincula eórum: \* et projiciámus a nobis jugum ipsórum.  
 Qui hábitat in caelis, irridébit eos: \* et Dóminus subsannábit eos.  
 Tunc loquétur ad eos in ira

sua: \* et in furóre suo conturbábit eos.  
 Ego autem constitútus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* prædicans præceptum ejus.  
 Dóminus dixit ad me: \* Filius meus es tu, ego hódie genui te.  
 Póstula a me, et dabo tibi Gentes hæreditátem tuam, \* et possessioném tuam términos terræ.  
 Reges eos in virga férrea, \*



et tamquam vas figuli confrínges eos.  
 Et nunc reges intelligite: \* erudímmini qui judicátis terram.  
 Servite Dómino in timóre: \* et exsultáte ei cum tremóre.  
 Apprehéndite disciplinam, nequándo irascátur Dóminus, \* et pereátis de via justa.  
 Cum exárserit in brevi ira ejus, \* beáti omnes, qui confidunt in eo.  
 Glória Patri. Sicut erat.


2. Antiph.   
 Postu-lá-vi Pa-trem me-um, al-le-lú-ja: de-dit  
  
 mi-hi Gen-tes, al-le-lú-ja, in hæ-re-di-tá-tem, al-le-lú-ja.

3. Antiph.   
 VIII. 2. E-go dor-mí - vi, \* et so-mnum ce-pi: et  
  
 exsur-ré-xi, quó-ni - am Dómi-nus suscé-pit me, al-le-lú-ja,  
  
 al-le-lú-ja. *Ps. 3. Dómine quid. E u o u a e.*


*Psalmus 3.*  
**D**ómine quid multiplicati sunt qui trébulant me? \* multi insúrgunt advérsum me.  
 Multi dicunt animæ meæ: \* Non est salus ipsi in Deo ejus.  
 Tu autem Dómine susceptor meus es, \* glória mea, et exáltans caput meum.  
 Voce mea ad Dóminum clamávi: \* et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus sum: \* et exsurrexi, quia Dóminus suscepit me.  
 Non timébo millia populi circumdántis me: \* exsúrge Dómine, salvum me fac, Deus meus.  
 Quóniam tu percussisti omnes adversántes mihi sine causa: \* dentes peccatórum contrivisti.  
 Dómini est salus: \* et super populum tuum benedictio tua.  
 Glória Patri. Sicut erat.

3. Antiph.   
 E-go dor-mí - vi, et so-mnum ce-pi: et ex-sur-  
  
 ré-xi, quó-ni - am Dómi-nus suscé-pit me, alle-lú-ja, alle-lú-ja.




℣. Surrexit Dóminus de sepúlchro, alle-lú-ja, a, a.  
℞. Qui pro nobis pepéndit in ligno, alle-lú-ja, a, a.




Pa-ter noster. *secreto.* ℣. Et ne nos indúcas in ten-ta-ti-ó-nem.  
℞. Sed libera nos a ma-lo.


Absolutio. Exáudi Dómine Jesu Christe preces servórum



tuórum, et mi-se-ré-re no-bis, qui cum Patre et Spíritu sancto




vivis et regnas in sæcula sæ-cu-ló-rum. ℞. A-men. ℣. Ju-be



do-mne be-ne-dí-ce-re.

Benedictio. E-vangé-li-ca lé-cti-o sit no-bis sa-lus et



pro-té-cti-o. ℞. A-men.



Léctio sancti Evangelíi secúndum Marcum.


*Lectio i.*

*Cap. 16.*

IN illo témpore: María Magdaléne, et María Jacóbi, et Salóme  
emérunt arómata, ut venientes úngerent Jesum. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ. *Hom. 21. in Ev.*


Audístis, fratres caríssimi, quod sanctæ mulieres, quæ Dóminum  
fúerant secútæ, cum arómatis ad monuméntum venérunt,  
et ei, quem vivéntem diléxerant, étiam mórtuo, stúdio humanitátis  
obsequúntur. Sed res gesta áliquid in sancta Ecclésia signat  
geréndum. Sic quippe necesse est ut audiámus quæ facta sunt,  
quátenus cogitémus étiam quæ nobis sint ex eórum imitatióne  
faciéndæ. Et nos ergo in eum, qui est mórtuus, credéntes, si  
odóre virtútum reférti, cum opinióne bonórum óperum Dóminum  
quærimus, ad monuméntum profécto illius cum arómatis vení-  
mus. Illæ autem mulieres Angelos vident, quæ cum arómatis  
venérunt: quia vidélicet illæ mentes supérnos cives aspíciunt, quæ  
cum virtútum odóribus ad Dóminum per sancta desidéria pro-  
ficiscúntur.



Tu au-tem, Dómi-ne, mi-se-ré-re no-bis. ℞. De-o grá-ti-as.

Respons. I.


III. Ange-lus Dó - mi-ni de-scén - dit de




cœ - lo, et accé - dens re - vól - vit lá - - pi-dem,




et su-per e - um se-dit, et di-xit mu - li - é - -




ri-bus: \* No - lí - te ti-mé-re: sci - o e - nim qui - a




crú-ci-fí-xum quæ - ri-tis: jam surré - xit: ve-ni-te,




et vi-dé-te lo-cum; u-bi pó - si-tus e-rat Dó-mi-nus,




alle-lú - ja. ℣. Et intro-e-ún-tes in monumén-tum,




vidé-runt jú-ve-nem sedén-tem in dex-tris, co-o-pér-tum sto-la




cán-di-da, et ob-stu-pu-é - runt: qui di-xit il - - lis.




Nolí-te tí-mere. *ut supra.*



℣. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí - tu-i san - cto.



*Et repetitur.* ℞. Angelus. *usque ad ℣.*



℣. Ju-be do-mne be-ne-dí-ce-re.

Bene-díctio. Di-vínium auxi-li-um má-ne-at semper nobíscum. ℞. Amen.

*Lectio ii.*

Notándum vero nobis est, quidnam sit, quod in dextris sedere  
Angelus cernitur. Quid namque per sinístram, nisi vita præ-  
sens? quid vero per dexteram, nisi perpétua vita designátur?  
Unde in Cánticis canticórum scriptum est: Læva ejus sub cápíte  
meo, et dextera illius amplexábitur me. Quia ergo Redémptor

noster jam præséntis vitæ corruptiõnem transierat, recte Angelus, qui nuntiãre perennem ejus vitam vénerat, in dextera sedébat. Qui stola cãndida coopértus apparuit: quia festivitãtis nostræ gãudia nuntiãvit. Candor étenim vestis, splendõrem nostræ denuntiat solemnitàtis. Nostræ dicãmus, an suæ? Sed ut fateãmur vérius, et suæ dicãmus, et nostræ. Illa quippe Redemptõris nostri resurréctio et nostra festívitã fuit, quia nos ad immortalitãtem redúxit: et Angelõrum festívitã exstítit, quia nos revocãdo ad cœlestia, eõrum númerum implévit. Tu autem, Dõmine, miserere nobis. R. Deo grãtias.

Respons. II.

IV.

Cum trans-ís-set sãb - - ba-tum, Ma-

rí - a Mag-da-lé - ne, et Ma-rí - a Ja-có-bi,

et Sa-ló-me e-mé - runt a-ró - ma-ta, \* Ut ve-ni-

én - tes ún-ge-rent Je - sum, alle-lú-ja, al-le - lú - -

ja. V. Et val - de ma-ne u-na sabba-tó-rum, vé-ni-unt

ad mo-nu-mén - tum, or - to jam so - le.  
Ut veniéntes. *ut supra.*

V. Glóri-a Patri, et Fi-li-o, et Spiri - tu-i san-cto.  
Ut veniéntes. *ut supra.*

V. Ju-be do-mne be-ne-dí - ce-re.

Benedictio. Ad so-ci - e-tã-tem cí-vi - um su-per-nó-rum per-

dú-cat nos Rex An-ge-ló-rum. R. A-men.

Lectio iii.

IN sua ergo ac nostra festívitã Angelus in albis véstibus ap-  
paruit: quia dum nos per resurréctiõnem Dõnicã ad su-  
pérna redúcimur, cœlestis pátriæ damna reparãntur. Sed quid

adveniéntes féminas affãtur, audiãmus: Nolíte expavéscere. Ac si apérte dicat, páveant illi, qui non amant advéntum supernõrum cívium: pertiméscant, qui carnãlibus desidériis pressi, ad eõrum se societãtem pertingere posse desperant. Vos autem, cur pertiméscitis, quæ vestros concives vidétis? Unde et Matthæus Angelum apparuisse describens, ait: Erat aspéctus ejus sicut fulgur, et vestiménta ejus sicut nix. In fúlgure étenim terror timõris est, in nive autem blandiméntum candõris. Tu autem, Dõmine, miserere nobis. R. Deo grãtias.

Te Deum. pag. 11\*.

Ad Laudes.

1. Antiph. VIII. 1. An-ge-lus au-tem Dó - mi-ni \* de-scén-dit
et vinum laetificet cor hominis: Ut exhilaret faciem in oleo: \* et panis cor hominis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, et cedri Libani, quas plantavit: \* illic passeret nidificabunt.

Herodii domus dux est eorum: \* montes excelsi cervis: petra refugium herinacis.

Fecit lunam in tempora: \* sol cognovit occasum suum.

Posuisti tenebras, et facta est

nox: \* in ipsa pertransibunt omnes bestiae silvae.

Catuli leonum rugientes, ut rapiant, \* et quaerant a Deo escam sibi.

Ortus est sol, et congregati sunt: \* et in cubilibus suis collocabuntur.

Exibit homo ad opus suum: \* et ad operationem suam usque ad vesperum.

Quam magnificentata sunt opera tua Domine! \* omnia in sapientia fecisti: implata est terra possessione tua.

Hoc mare magnum, et spatiosum manibus: \* illic reptilia, quorum non est numerus.

Animalia pusilla cum magnis: \* illic naves pertransibunt.

Draco iste, quem formasti ad illudendum ei: \* omnia a te expectant ut des illis escam in tempore.

3. Ant. Emitte Spiritum tuum. ut supra pag. 304.

Ps. Spiritus Domini replavit orbem terrarum, alleluja.

R. Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluja.

Pater noster. Absolutio. Exaudi. Ps. Jube, domne. Bened. Evangelica lectio. pag. 262.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio i.

Capit. 14. c.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae.

Homilia 30. in Evangelia.

Libet, fratres carissimi, evangelicae verba lectionis sub brevitate transcurre, ut post diutius liceat in contemplatione tantae solemnitatis immorari. Hodie namque Spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos venit, mentesque carnalium in sui amorem permutavit, et foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda flammantia: quia dum Deum in ignis visione suscepérunt, per amorem suaviter arserunt. Ipse namque Spiritus sanctus amor est: unde et Joannes dicit: Deus caritas est. Qui ergo mente integra Deum desiderat, profecto jam habet, quem amat. Neque enim quisquam posset Deum diligere, si eum quem diligit, non haberet.

Respons. I.

III.



có - stes, e - rant o - mnes pá - ri - ter in e - ó -  
dem lo - co, al - le - lú - ja: et súb - i - to fa - ctus est so -  
nus de cœ - lo, al - le - lú - ja, \* Tamquam spí - ri - tus  
ve - hemén - tis, et re - plé - vit to - tam do - mum, al - le -  
lú - ja, al - le - lú - ja. *Ps.* Dum er - go  
es - sent in u - num di - scí - pu - li congre - gá - ti pro - pter me - tum  
Ju - dæ - ó - rum, so - nus repén - te de cœ - lo ve - nit su - per  
e - - os. Tamquam. *ut supra.*

*Bened.* Divinum auxilium. p. 263.

*Lectio ii.*

Sed ecce, si unusquisque vestrum requiratur, an diligat Deum: S tota fiducia, et secúra mente respondet, Diligo. In ipso autem lectionis exórdio audistis quid Veritas dicit: Si quis diligit me, sermónem meum servábit. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est óperis. Hinc in epístola sua idem Joánnes dicit: Qui dicit, Diligo Deum, et mandáta ejus non custódit, mendax est. Vere etenim Deum diligimus et mandáta ejus custodimus, si nos a nostris voluptátibus coarctámus. Nam qui adhuc per ilícita desidéria diffluit, profecto Deum non amat: quia ei in sua voluntate contradicit.

Respons. II. *II.*

Replé - ti sunt o - mnes Spí - ri - tu  
san - cto: et cœ - pé - runt lo - qui, pro - ut Spí - ri - tus  
sanctus da - bat é - lo - qui il - lis: \* Et convé - nit mul - ti

tú - do di - cén - - ti - um, al - le - - lú -  
ja. *Ps.* Lo - que - bân - tur vá - ri - is linguis A - pó - sto - li ma -  
gná - li - a De - i.

*Et convénit.* p. 306. *Glória Patri.* p. 87. *Et convénit.*

*Bened.* Ad societátem. p. 264.

*Lectio iii.*

**E**t Pater meus diligit eum, et ad eum veniémus, et mansiónem apud eum faciémus. Pensáte, fratres caríssimi, quanta sit ista dignitas, habére in cordis hospítio adventum Dei. Certe si domum nostram quisquam dives, aut præpotens amicus intráret, omni festinántia domus tota mundarétur, ne quid fortásse esset quod óculos amici intrántis offénderet. Tergat ergo sordes pravi óperis, qui Deo præparat domum mentis. Sed vidéte quid Veritas dicat: Veniémus, et mansiónem apud eum faciémus. In quorúndam etenim corda venit, et mansiónem non facit: quia per compunctiónem quidem Dei respéctum percipiunt, sed tentatiónis tempore hoc ipsum quo compuncti fúerant, obliviscúntur: sicque ad perpetránda peccáta rédeunt, ac si hæc mínime planxissent. Te Deum laudámus. *pag.* 11\*.

Ad Laudes, et per Horas.

*Ant.* Cum compleréntur. *ut supra in I. Vesp.* p. 297. *Ps. de Dom.* p. 1. *Capitulum.* Cum compleréntur. p. 298.

Hymnus. *I.*

1. Be - á - ta no - bis gáudi - a \* an - ni redú - xit órbi - ta,  
cum Spí - ri - tus Pa - rá - cli - tus il - lá - psus est A - pó - sto - lis.  
2. I - gnis vi - brán - te lú - mi - ne lingua - e - figú - ram dé - tu - lit, ver - bis  
ut essent pró - flu - i, et ca - ri - tá - te fé - rvi - di. 3. Linguis lo -  
quín - tur ómni - um, turbæ pa - vent Gen - tí - li - um: mu - sto ma -

dé-re dé-pu-tant, quos Spí-ri-tus re-plé-ve-rat. 4. Pa-trá-ta  
sunt hæc mý-sti-ce, Paschæ per-á-cto tém-po-re, sa-cro di-é-  
rum circu-lo, quo le-ge fit re-mís-si-o. 5. Te nunc De-us  
pi-is-sime vul-tu pre-cámur cérnu-o, il-lá-psa no-bis cœ-li-  
tus largi-re do-na Spí-ri-tus. 6. Du-dum sacrá-ta pécto-ra  
tu-a replé-sti grá-ti-a: di-mít-te nostra crimi-na, et da  
qui-é-ta témpo-ra. 7. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, et Fí-li-o,  
qui a mór-tu-is sur-ré-xit, ac Pa-rá-cli-to, in sæ-cu-ló-rum  

¶ Repléti sunt omnes Spíritu sancto,  
 allelúja.  
 sæ-cu-la. A-men. R. Et cœpérunt loqui, allelúja.

Ad Benedictus  
Antiph.  
VII. 3. Ac-cí-pi-te \* Spí-ri-tum sanctum: quo-rum

remi-sé-ri-tis pec-cá-ta, re-mit-tún-tur e-is, al-le-lú-ja.  
Cant. Benedictus. p. 7.

Oratio.

Deus, qui hodierna die corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum . . . in unitáte ejusdem Spíritus sancti Deus.

Hymni ad Horas cantantur in tono Beáta nobis. et terminantur Deo Patri. ut supra.

Ad Primam.

Ant. Cum compleréntur. p. 297.  
R. br. Ton. pag. 21\*. Christe Fili Dei vivi, miserére nobis,  
\* Allelúja, allelúja. Christe Fili. ¶ Qui sedes ad dexteram Patris. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Christe.  
¶ Exsúrge Christe, ádjuva nos, allelúja.  
R. Et libera nos propter nomen tuum, allelúja.  
Ad Absolut. Capituli. Lectio brevis. Judæi. ut infra ad Nonam.

Ad Tertiam.

Hymnus. Veni Créator. ut supra p. 298, qui dicitur ad Tertiam per totam Octavam loco Hymn. Nunc sancte. Ant. Spíritus Dómini. pag. 297. Capit. Cum compleréntur. pag. 298.  
R. br. Ton. pag. 21\*. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, \* Allelúja, allelúja. Spíritus. ¶ Et hoc quod contémnet ómnia, sciéntiam habet vocis. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Spíritus.  
¶ Spíritus Paráclitus, allelúja. R. Docébit vos ómnia, allelúja.

Ad Sextam.

Ant. Repléti sunt. p. 297.

Capitulum.

Act. 2.

Facta autem hac voce, convénit multitúdo, et mente confúsa est, quóniam audiébat unusquisque lingua sua illos loquéntes.  
R. br. Ton. pag. 21\*. Spíritus Paráclitus, \* Allelúja, allelúja. Spíritus. ¶ Docébit vos ómnia. Allelúja, allelúja. Glória. Spíritus.  
¶ Repléti sunt omnes Spíritu sancto, allelúja.  
R. Et cœpérunt loqui, allelúja.

Ad Nonam.

Ant. Loquebántur. p. 297.

Capitulum.

Act. 2. b.

Judæi quoque, et Prosélyti, Cretes, et Arabes: audívimus eos loquéntes nostris linguis magnália Dei.  
R. br. Ton. pag. 21\*. Repléti sunt omnes Spíritu sancto, \* Allelúja, allelúja. Repléti. ¶ Et cœpérunt loqui. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Repléti.  
¶ Loquebántur váriis linguis Apóstoli, allelúja.  
R. Magnália Dei, allelúja.

In II. Vesperis.

Ant. et Capit. ut supra in I. Vesp. pag. 297. Ps. de Dom. pag. 23. (qui dicuntur quotidie per Oct.) Hymnus. Veni Créator Spíritus. pag. 298.  
¶ Loquebántur váriis linguis Apóstoli, allelúja.  
R. Magnália Dei, allelúja.

Ad Magnificat

Antiph.

I. 3.

Hó-di-e \* com-plé-ti sunt di-es Pen-te-có-  
stes, al-le-lú-ja: hó-di-e Spí-ri-tus san-ctus in i-gne di-

sci-pu-lis appá-ru-it, et trí-bu-it e-is cha-ri-sma-tum  
do-na: mi-sit e-os in u-ni-vérsum mun-dum præ-di-cá-  
re, et te-sti-fi-cá-ri: qui cre-dí-de-rit, et bap-ti-zá-tus  
fú-e-rit, sal-vus e-rit, al-le-lú-ja. *Cant. Magnificat. p. 27.*

*Infra Octav. Pentec. fit Offic. sicut in die, exceptis Ant. ad Benedictus et ad Magnificat, et Orat.*

*Si infra Octav. occurrat Festum ix Lect., quod transferri possit, transfertur post Octav. De alio autem Festo ix Lect. et de Simplicii in hoc triduo nulla fit commem.; reliquis vero diebus fit tantum commemoratio.*

Feria Secunda.

Ad Benedictus  
Antiph.  
VIII. 1. Sic De-us \* di-lé-xit mundum, ut Fi-li-um  
su-um u-ni-gé-ni-tum da-ret: ut omnis, qui cre-dit in  
ip-sum, non pér-e-at, sed há-be-at vi-tam æ-tér-nam,  
al-le-lú-ja. *Cant. Benedictus. p. 7.*

*Oratio.*

**D**eus, qui Apóstolis tuis sanctum dedisti Spíritum: concéde plebi tuæ piæ petitionis efféctum; ut quibus dedisti fidem, largiáris et pacem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus.

Ad Magnificat  
Antiph.  
III. 1. Si quis dí-li-git me, \* sermó-nem me-um  
ser-vá-bit: et Pa-ter me-us dí-li-get e-um, et ad e-um  
ve-ni-émus, et mansi-ó-nem a-pud e-um fa-ci-émus,

al-le-lú-ja. *Cant. Magnificat. p. 27.*

Feria Tertia.

Ad Benedictus  
Antiph.  
VIII. 1. E-go sum ó-sti-um, \* di-cit Dómi-nus: per  
me si quis in-tro-í-e-rit, salvá-bi-tur, et pá-scu-a in-vé-  
ni-et, al-le-lú-ja. *Cant. Benedictus. p. 7.*

*Oratio.*

**A**dsit nobis, quæsumus Dómine, virtus Spíritus sancti: quæ et corda nostra cleménter expúrget, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum . . . in unitáte ejúsdem Spíritus.

Ad Magnificat  
Antiph.  
VI. Pa-cem \* re-línquo vo-bis, pa-cem me-am  
do vo-bis: non quómo-do mun-dus dat, e-go do vo-bis,  
al-le-lú-ja. *Cant. Magnificat. p. 27.*

Feria Quarta *Quatuor Temporum.*

Ad Benedictus  
Antiph.  
VIII. 1. E-go sum pa-nis vi-vus, \* di-cit Dómi-nus,  
qui de cœ-lo de-scén-di, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja.  
*Cant. Benedictus. p. 7.*

*Oratio.*

**M**entes nostras, quæsumus Dómine, Paráclitus, qui a te pro-cédit, illúminet: et indúcat in omnem, sicut tuus promisit Fílius, veritátem: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem.

Ad Magnificat  
Antiph.  
I. 1. E-go sum pa-nis vi-vus, \* qui de cœ-lo de-

scén-di: si quis mandu-cá-ve-rit ex hoc pane, vi- vet in æ-tér-  
num: et pa - nis, quem e-go da-bo, ca-ro me-a est pro  
mun-di vi - ta, al - le - lú - ja. *Cant. Magnificat. p. 27.*

Feria Quinta.

Ad Benedictus  
Antiph.  
I. 2. Convo-cá-tis Je-sus \* du - ó-de-cim di-scípu-lis  
su - is, de-dit il-lis virtútem et po-te-stá-tem super ómni - a  
dæ-mó-ni - a, et ut languó-res cu-rá-rent: et mi-sit il - los  
præ-di - cá - re regnum De - i, et sa-ná - re in-firmos, al-le-  
lú - ja. *Cant. Benedictus. p. 7.*

*Oratio.*

Deus, qui hodierna die corda fidelium sancti Spiritus illustra-  
tione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere; et de  
ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum . . . in unitate  
ejusdem Spiritus.

Ad Magnificat  
Antiph.  
VIII. 1. Spí-ri-tus, \* qui a Pa-tre procé-dit, al-le-lú-ja:  
il - le me cla - ri - fi - cá - bit, al - le - lú - ja, al - le - lú - ja.  
*Cant. Magnificat. p. 27.*

Feria Sexta *Quatuor Temporum.*

Ad Benedictus  
Antiph.  
I. 3. Di - xit Je-sus: \* Ut sci-á-tis au - tem, qui - a

Fí - li - us hó - mi - nis há - bet po - testá - tem in ter - ra dimit - tēdi  
pec - cá - ta, a - it pa - ra - lý - ti - co: Ti - bi di - co, sur - ge:  
tol - le le - ctum tu - um, et va - de in domum tu - am, al - le -  
lú - ja. *Cant. Benedictus. p. 7.*

*Oratio.*

Da quæsumus Ecclesiæ tuæ misericors Deus: ut sancto Spiritu  
congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per Dó-  
minum . . . in unitate ejusdem Spiritus.

Ad Magnificat  
Antiph.  
VIII. 1. Pa - rá - cli - tus \* au - tem Spí - ri - tus sanctus  
quem mit - tet Pa - ter in nó - mi - ne me - o, il - le vos do - cé - bit  
ó - mni - a, et súg - ge - ret vo - bis ómni - a, quæcúm - que dí - xe - ro  
vo - bis, al - le - lú - ja. *Cant. Magnificat. p. 27.*

Sabbato *Quatuor Temporum.*

Ad Benedictus  
Antiph.  
I. 1. Cá - ri - tas De - i dif - fú - sa est \* in cór - di - bus  
nostris, per in - habi - tán - tem Spí - ri - tum e - jus in no - bis, al - le -  
lú - ja. *Cant. Benedictus. p. 7.*

*Oratio.*

Méntibus nostris, quæsumus Dómine, Spiritum sanctum benignus  
infunde: cujus et sapientia conditi sumus, et providentia gu-  
bernámur. Per Dñm . . . in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus.  
*Post Nonam celebrata Missa terminatur Temp. Pasch.*

# In Festo Ss. Trinitatis.

## In I. Vesperis.

### 1. Antiph.

I. 3.



Ló-ri - a ti-bi Trí - ni-tas \* æ-quá-lis,

u-na Dé-i-tas, et an - te ó-mni-a sæ-cu-la, et nunc,

et in per-pé-tu-um. *Ps. 109. Dixit Dóminus. p. [1].*

### 2. Antiph.

II.

La-us et per-én-nis gló - ri - a \* De - o Pa-

tri, et Fí - li - o, san-cto si-mul Pa-rá-cli-to, in sæ-cu-ló-rum

sæ-cu - la. *Ps. 110. Confitébor. p. [1].*

### 3. Antiph.

III. 3.

Gló - ri - a laudis \* ré-sonet in o-re ómni-

um, Pa-tri, ge-ni-tæ-que Pro-li, Spi-ri-tu - i sancto pá -

ri-ter re-súl-tet lau-de per - én-ni. *Ps. 111. Beátus vir p. [2].*

### 4. Antiph.

IV. 1.

La - us De - o Pa-tri, \* pa-ri - lí-que Pro-li,

et ti-bi san-cte stú-di-o per-én-ni Spí-ri-tus, nostro ré-so-


net ab o-re, omne per æ-vum. *Ps. 112. Laudáte púeri. p. [2].*

### 5. Antiph.

V.

Ex quo ómni-a, \* per quem ómni-a, in quo

ó-mni - a, ip-si gló-ri - a in sæ-cu-la.



*Ps. 116. Laudáte Dóminus. p. [3].*

### Capitulum.

*Rom. 11. d.*

O altitúdo divitiárum sapiéntiæ, et sciéntiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus, et investigábiles viæ ejus!

### Hymnus.

VIII.

1. Jam sol recé-dit í-gne-us; \* tu lux per-én-nis

U-ni-tas, no-stris, be - á - ta Trí - ni - tas, in - fúnde a - mó - rem

cór-di-bus. 2. Te ma-ne laudum cár-mi-ne, te de-pre-cámur

vé-spe-re: di-gné-ris, ut te súpli - ces lau-dé-mus in-ter cé-

li-tes. 3. Pa-tri, simúl-que Fí-li-o, ti-bi-que sancte Spí-

ri-tus, sic-ut fu - it, sit jú - gi - ter sæ-clum per omne gló-

ri - a. A - men.

V. Benedicámus Patrem et Fílium cum sancto Spíritu.

R. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

### Ad Magnificat

### Antiph.

I. 3.

Grá-ti - as \* ti-bi De - us, grá - ti - as ti - bi

ve-ra et u - na Trí - ni - tas, u - na et summa Dé-

i-tas, san - cta et u - na U-ni-tas. *Cant. Magnificat. p. 27.*

*Oratio. Omnipotens. de Laud., ut infra p. 316.*

Commem. Dom. I. post Pentec., ut sequ. Antiph.

Music notation for the antiphon: Ló-que-re Dó-mi-ne, qui - a au - dit ser-vus tu-us.

V. Vespertina oratio ascendat ad te Dómine. R. Et descendat super nos misericordia tua. Orat. Deus in te sperantium. ut infra in Laud. p. 317.

Ad Complet. Hymn. Te lucis. in tono Tu Trinitatis. ut infra.

Ad Laudes, et per Horas.

Ant. et Capit. ut supra in I. Vesp. p. 314. Ps. de Dom. p. 1.

Hymnus. VIII. 1. Tu Tri-ni-tá-tis U-mi-tas, \* orbem po-ténter quæ

Music notation for Hymnus VIII. 1. re-gis, at-ténde lau-dis cán-ti-cum, quod excubántes psál-li-

Music notation for Hymnus VIII. 1. mus. 2. Or-tus re-fúlget lú-ci-fer, præ-ít-que so-lem núnti-us:

Music notation for Hymnus VIII. 2. ca-dent te-nébræ nó-cti-um: lux san-cta nos il-lú-mi-net.

Music notation for Hymnus VIII. 3. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, e-júsque so-li Fí-li-o, cum Spí-

Music notation for Hymnus VIII. 3. ri-tu Pa-rá-cti-to, nunc, et per omne sæ-cu-lum. A - men.

Music notation for Hymnus VIII. 3. V. Benedicámus Patrem. ut supra. p. 315.

Ad Benedictus Antiph. VI. Bene-dí-cta sit \* sancta cre-á-trix et gu-ber-

Music notation for Ad Benedictus Antiph. VI. ná-trix ó-mni-um, san-cta et in-di-ví-du-a Trí-ni-tas,

Music notation for Ad Benedictus Antiph. VI. nunc, et semper, et per in-fi-ní-ta sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum.

Cant. Benedictus. p. 7.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui dedisti fámulis tuis in con-fessióne veræ fidei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et

in poténtia majestátis adoráre Unitátem: quæsumus; ut ejúdem fidei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dñm.

Et fit commem. Dominicæ.

Antiph. Music notation: Estó-te er-go mi-se-ri-cór-des, sic-ut et Pa-

Music notation: ter vester mi-sé-ri-cors est, di-cit Dó-mi-nus.

V. Dóminus regnávit, decórem induit. R. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte.

Oratio.

Deus, in te sperantium fortitúdo, adésto propitiis invocatióibus nostris: et quia sine te nihil potest mortális infirmitas, præsta auxiliúm grátiae tuæ; ut in exsequédis mandátis tuis, et voluntáte tibi et actiône placeámus. Per Dóminum.

Hymni ad Horas in tono Tu Trinitatis. ut supra p. 316.

Ad Primam.

Ant. Glória. p. 314. Psalmi ut in Festo duplici, cum Symbolo S. Athanasii. p. 10. Lectio br. Tres sunt. ut infra p. 318.

Ad Tertiam.

Ant. Laus. p. 314. Capit. O altitúdo. ut supra p. 315.

Music notation: R. br. Bene-dicámus Patrem, et Fí-li-um, \* Cum sancto Spí-ri-tu. Benedicámus.

Music notation: V. Lau-dé-mus et su-per-ex-al-té-mus e-um in sæ-cu-la.

Cum sancto Spíritu. Glória Patri. p. 20\*. Benedicámus. V. Benedictus es Dómine in firmaménto cæli. R. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.

Ad Sextam.

Ant. Glória laudis. p. 314.

Capitulum.

II. Cor. 13. d.

Grátia Dómini nostri Jesu Christi, et caritas Dei, et communi-catio sancti Spíritus sit cum ómnibus vobis. Amen.

Music notation: R. br. Bene-dí-ctus es Dó-mi-ne \* In fir-ma-mén-to cæ-li. Benedictus es.

Music notation: R. Et laudá-bi-lis et glo-ri-ó-sus in sæ-cu-la.

In firmaménto. Glória Patri. p. 20\*. Benedictus. V. Verbo Dómini cæli firmáti sunt. R. Et spíritu oris ejus, omnis virtus eórum.



Ad Nonam.

Ant. Ex quo omnia. p. 314.

Capitulum.

I. Joann. 5. b.

Tres sunt, qui testimónium dant in cœlo: Pater, Verbum, et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt.

R. br. Ver-bo DÓ-mi-ni \* Cœ-li fir-má-ti sunt. Verbo.

V. Et Spí-ri-tu o-ris e-jus, omnis virtus e-ó-rum.

Cœli. Glória Patri. p. 20\*. Verbo Dómini.

V. Sit nomen Dómini benedictum.

R. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

In II. Vesperis.

Ant., Capit. et Hymn. ut in I. Vesp. p. 314. Ps. de Dom. p. 23.

V. Benedictus es Dómine in firmaménto cœli.

R. Et laudábilis et gloriósus in sæcula.

Ad Magnificat Antiph. IV. 1. Te De-um \* Patrem in-gé-ni-tum, te Fi-

li-um u-ni-gé-ni-tum, te Spí-ri-tum sanctum Pa-rá-

cli-tum, san-ctam et in-di-ví-du-am Tri-ni-tá-tem, to-to

cor-de et o-re con-fi-té-mur, lau-dá-mus, at-que be-ne-

dí-cimus: ti-bi gló-ri-a in sæ-cu-la. Cant. Magnif. p. 27.

Pro commemoratione Dominicæ.

Antiph. No-lí-te ju-dí-cá-re, ut non ju-dí-cémi-ni: in quo

e-nim ju-dí-ci-o ju-di-ca-vé-ri-tis, ju-di-ca-bí-mi-ni,

di-cit Dómi-nus.

V. Dirigátur Dómine orátio mea.

R. Sicut incénsus in conspéctu tuo.

Oratio. Deus, in te. p. 317.

Feria Quinta

Celebratur Festum Corporis Christi.

Si ea die occurrat Fest. Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiæ, transfertur post Oct.; si occurrat aliud Duplex vel aliquod Semiduplex, aut Simplex, de eis nihil fit.

Infra Oct. non fit de Festo, nisi fuerit Duplex: Semid. tantum commem. in utrisque Vesperis et Laudib.; nec fit de festo Duplici majori vel alicujus Doctoris Ecclesiæ translato, nisi sit I. vel II. classis; de Simplici fit tantum commem.

In die Oct. non fit nisi de Nativ. S. Joannis, et de Festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, vel de alio ex solemnioribus, si occurrant, cum commem. Oct.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

In I. Vesperis.

1. Antiph. I. 3. A-cérdos in æ-tér-num \* Chri-stus Dó-

mi-nus se-cún-dum ór-di-nem Mel-chí-se-dech, pa-nem et

vi-num ób-tu-lit. Ps. 109. Dixit Dóminus. p. [1.]


2. Antiph. II. Mi-se-rá-tor \* Dó-mi-nus escam de-dit ti-


mén-ti-bus se in memó-ri-am su-ó-rum mi-ra-bí-li-um.

Ps. 110. Confitébor. p. [1.]

3. Antiph. III. 3. Cá-licem \* sa-lu-tá-ris ac-cí-pi-am, et

sacri-fi-cá-bo hó-sti-am laudis. Ps. 115. Crédidi. p. [7.]

4. Antiph. IV. 1.   
 Sic-ut no-vél-læ \* o-li-vá-rum, Ec-clé-si-æ

  
 fi-li-i sint in cir-cú-i-tu men-sæ Dó-mi-ni.

  
 Ps. 127. Beáti omnes.

Psalmus 127.

Beáti omnes, qui timent Dó-minum, \* qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: \* beátus es, et bene tibi erit.


Uxor tua sicut vitis abúndans, \* in latéribus domus tuæ.


4. Ant. Sicut novéllæ. ut supra.

Filii tui sicut novéllæ olivá-rum, \* in circúitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicétur homo, \* qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion: \* et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórum tuórum, \* pacem super Israël.

5. Antiph. V.   
 Qui pa-cem \* po-nit fi-nes Ec-clé-si-æ,


  
 fru-menti ádi-pe sá-ti-at nos Dó-mi-nus. Ps. 147. Lauda. p. 31.


Capitulum.

I. Cor. 11. e.


Fratres: Ego enim accépi a Dómino quod extrádidí vobis, quóniam Dóminus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit: Accípíte, et manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratió-nem.


Hymnus. I.   
 1. Pange lingua glo-ri-ó-si \* Cór-po-ris my-sté-

  
 ri-um, Sangui-nisque pre-ti-ó-si, quem in mundi pre-ti-um


  
 fru-ctus ventris ge-ne-ró-si Rex effú-dit Génti-um. 2. No-bis


  
 da-tus, no-bis na-tus ex in-fácta Vírgi-ne, et in mundo con-


  
 ver-sá-tus, sparso ver-bi sé-mi-ne, su-i mo-ras inco-lá-tus


  
 mi-ro clausit órdine. 3. In suprémæ nocte cœ-næ, re-cúmbens


  
 cum frá-tri-bus obser-vá-ta le-ge plene cibis in legá-li-bus,


  
 cibum turbæ du-odé-næ se dat su-is má-nibus. 4. Verbum ca-

  
 ro, pa-nem ve-rum verbo carnem éf-fi-cit: fitque sanguis Chri-


  
 sti merum, et si sensus dé-fi-cit, ad firmándum cor sin-cé-


  
 rum so-la fi-des súf-fi-cit. 5. Tantum ergo Sá-cramén-tum

  
 ve-ne-rémur cérnu-i: et an-tí-quum documéntum novo cedat

  
 ri-tu-i: præstet fides supplém-tum sénsu-um de-féctu-i.

6. Ge-ni-tó-ri, Ge-ni-tó-que laus et ju-bi-lá-ti-o, sa-lus, honor

  
 vir-tus quo-que sit et be-ne-dí-cti-o: pro-ce-dén-ti ab u-tró-

  
 que compar sit lau-dá-ti-o. A-men.

Ÿ. Panem de cælo præstitisti eis, allelúja.  
 R. Omne delectaméntum in se habéntem, allelúja.

Ad Magnificat  
 Antiph. VI. O quam su-á-vis est \* Dó-mi-ne

spí - ri - tus tu - us, qui ut dul - cé - di - nem tu - am in  
 fi - li - os de - mon - strá - res, pa - ne su - a - ví - si - mo de  
 cœ - lo præ - sti - to, e - su - ri - éntes re - ples bo - nis, fa - sti - di - ó - sos  
 dí - vi - tes dí - mít - tens in - á - nes. *Cant. Magnificat. p. 27.*

Modus  
 simplex.

VI. O quam su - á - vis est \* Dó - mi - ne spí -  
 ri - tus tu - us, qui ut dul - cé - di - nem tu - am in fi - li - os de -  
 mon - strá - res, pa - ne su - a - ví - si - mo de cœ - lo præ - sti - to,  
 e - su - ri - éntes re - ples bo - nis fa - sti - di - ó - sos dí - vi - tes  
 dí - mít - tens in - á - nes. (*T. P. Alle - lú - ja.*) E u o u a e.  
*Orat. de Laud., ut infra p. 338.*

### Ad Completorium.

*Hymnus. Te lucis. p. 38. Et similiter per totam Octavam.*

### Ad Matutinum.


Invitatorium.

IV. Chri - stum Re - gem ad - o - ré - mus do - mi -  
 nán - tem Gén - ti - bus: \* Qui se man - du - cán - ti - bus  
 dat spí - ri - tus pin - gué - di - nem.  
*Repet. Christum Regem.*

IV. *Ps. 94. Ve - ni - te, ex - sultémus Dó - mi - no, ju - bi - lé - mus De - o*  
 - sa - lu - tá - ri no - stro: præ - oc - cupémus fá - ci - em e - jus in  
 confessi - ó - ne, et in psal - mis ju - bi - lé - mus e - i.  
*Chor. Christum Regem.*  
 Quó - ni - am De - us magnus Dó - mi - nus, et Rex ma - gnus su - per  
 omnes de - os: quó - ni - am non re - pél - let Dó - mi - nus ple - bem  
 su - am, qui - a in ma - nu e - jus sunt o - mnes fi - nes ter - ræ,  
 et al - ti - tú - di - nes món - ti - um ipse cón - spi - cit. *Chor. Qui se.*  
 Quó - ni - am ip - sí - us est ma - re, et ipse fe - cit il - lud, et á - ri - dam  
 funda - vé - runt ma - nus e - jus: ve - ni - te, ad - o - ré - mus et pro - ci -  
 dá - mus ante De - um: plo - ré - mus co - ram Dó - mi - no, qui fe - cit  
 nos, qui - a ip - se est Dó - mi - nus De - us no - ster: nos au - tem  
 pó - pu - lus e - jus, et o - ves pá - scu - æ e - jus. *Chor. Christum.*  
 Hó - di - e si vo - cem e - jus au - di - é - ri - tis, no - lí - te ob - du - rá - re  
 corda vestra, sic - ut in ex - a - cer - ba - ti - ó - ne se - cún - dum dí - em  
 ten - ta - ti - ó - nis in de - sér - to: u - bi ten - ta - vé - runt me pa - tres.


ve-stri, pro-ba-ve-runt et vi-de-runt ó-pe-ra me - a.  
*Chor. Qui se.*  
 Quadra-ginta annis pró-xi-mus fu - i ge-ne-ra-ti-ó-ni hu - ic,  
 et di-xi: Semper hi errant corde: ip-si ve-ro non cognóvê-runt  
 vi-as me - as, qui-bus ju-rá-vi in i-ra me - a, si intro-  
 i-bunt in ré-qui-em me - am. *Chor. Christum Regem.*  
 Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-ri-tu-i sancto: Sic-ut  
 e-rat in prin-cí-pi-o, et nunc, et semper, et in sæ-cu-la  
 sæ-cu-ló-rum. A - men. *Chor. Qui se.*  
*Cant. Christum Regem. Chor. Qui se.*  
 Hymnus.  
 I. 1. Sacris so - lémni-is\* jun-cta sint gáudi-a, et ex  
 præ-cór-di-is so - nent præ-có-ni-a; re-cé-dant vé-te-ra,  
 no - va sint ómni-a, cor-da, vo-ces, et ó-pe-ra. 2. No-ctis  
 re - có-li-tur cœ-na no-ví-s-si-ma, qua Chri-stus cré-di-tur  
 a - gnum et á-zy-ma de-dí-sse frá-tri-bus, jux-ta le - gí-ti-ma  
 pri-scis in-dúl-ta pá-tri-bus. 3. Post a-gnum tý-pi-cum, explé - tis

é-pu-lis, corpus Do-mi-ni-cum da - tum dí-scí-pu-lis, sic  
 to-tum ómnibus, quod to-tum síngu-lis, e-jus fa - témur má-  
 ni-bus. 4. De-dit fra - gí-li-bus cór-po-ris férculum, de-dit et  
 trí-sti-bus sán-gui-nis pó-cu-lum, dicens: Ac-cí-pi-te quod  
 tra-do vás-cu-lum, omnes ex e-o bí-bi-te. 5. Sic sa-cri-  
 fi-ci-um i-stud in-stí-tu-it, cu-jus of-fí-ci-um com-mít-ti  
 vó-lu-it so-lis pres-bý-te-ris, qui-bus sic cóngru-it, ut  
 sumant, et dent cé-te-ris. 6. Pa-nis an-gé-li-cus fit pa-nis  
 hó-mi-num; dat pa-nis cœ-li-cus fi - gú-ris tér-mi-num: o res  
 mi - rá-bi-lis! man-dú-cat Dó-mi-num pauper, ser-vus, et  
 hú-mi-lis. 7. Te tri-na Dé-i-tas ú-na-que pó-sci-mus, sic  
 nos tu ví-si-ta, sic - ut te có-limus: per tu - as sé-mi-tas  
 duc nos quo téndimus, ad lu-cem, quam in-há-bi-tas. A-men.  
 In I. Nocturno.  
 1. Antiph. I. 3.  
 Fru-ctum\* sa - lu-ti-fe-rum gu-stándum de-dit




Ps. 1. Beátus vir. pag. 260.

2. Antiph. II.



Ps. 4. Cum invocárem. pag. 236.

3. Antiph. III. 3.



nos Dó - mi - nus. Ps. 15. Consérva me Dómine. p. 238.

℣. Panem cœli dedit eis, allelúja.

℞. Panem Angelórum manducávit homo, allelúja.

Absol. Exáudi. Bened. Benedictióne. p. 79.





De Epístola prima B. Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Lectio i.

Capit. 11. d.

Conveniéntibus vobis in unum, jam non est Dóminicam cœnam manducáre. Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducándum. Et álius quidem ésurit: álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum et bibéndum? aut Ecclésiám Dei contémnitis, et confúnditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.

Respons. I. I.






Bened. Unigénitus. p. 81.

Et edent. ut supra.

Lectio ii.

Ego enim accépi a Dómino quod et tradídi vobis, quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit: Accipite, et manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter et cálicem, postquam cœnavit, dicens: Hic calix novum testaméntum est in meo sán - guí - ne. Hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat.

Respons. II. II.




Bened. Spiritus sancti. p. 82.

Iste. ut supra.

Lectio iii.

Itaque quicumque manducáverit panem hunc, vel biberit cálicem Dómini indigne: reus erit córporis et sán - guí - nis Dómini. Probet autem seípsum homo: et sic de pane illo edat, et de cálice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, júdicium sibi manducat et bibit: non dijúdicans corpus Dómini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dórmiant multi. Quod si nosmetípsos dijúdicáremus, non útique judicáremur. Dum judicámur autem, a Dómino corrípimur, ut non cum hoc mundo damnémur.

Respons. III. III.



um subci-ne-ri - ci-um pa-nem: qui sur-gens comé - dit  
 et bi - bit: \* Et am-bu-lá - vit in for-ti-tú-di-ne  
 ci - bi il-li - us us - que ad mon - - tem  
 De - i. *Ps.* Si quis man-du-cá - ve-rit ex hoc pa-ne,  
 vi - vet in æ - tér-num. Et ambulávit.  
 Glória Patri. *Ton. III. p. 263.* Et ambulávit. *ut supra.*

In II. Nocturno.

1. Antiph. *IV. 1.*  

 Me-mor sit Dó-mi-nus \* sa-cri-fi - ci-i no-  
 stri, et ho-lo-cáu-stum no - strum pin - gue fi - at.  
*Ps. 19. Exáudiat te. ut infra.*

*Psalmus 19.*  
**E**xáudiat te Dóminus in die tribulatiónis: \* próteget te nomen Dei Jacob.  
 Mittat tibi auxiliúm de sancto: \* et de Sion tueátur te.  
 Memor sit omnis sacrificii tui: \* etholocáustum tuum pingue fiat.  
 Tribuat tibi secúndum cor tuum: \* et omne consílium tuum confírmet.  
 Lætábimur in salutári tuo: \* et in nómine Dei nostri magnificábimur.  
 Impleat Dóminus omnes pe-  
*1. Ant. Memor sit Dóminus. ut supra.*

titiónes tuas: \* nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum suum.  
 Exáudiet illum de cœlo sancto suo: \* in potentátibus salus dexteræ ejus.  
 Hi in cúrribus, et hi in equis: \* nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.  
 Ipsi obligáti sunt, et cecidérunt: \* nos autem surréximus et erécti sumus.  
 Dómine salvum fac regem: \* et exáudi nos in die, qua invocáverimus te. Glória. Sicut.

2. Antiph. *V.*  

 Pa - rá - tur no-bis \* men-sa Dómi-ni ad-ver-

sus omnes qui tri-bu-lant nos. *Ps. 22. Dóminus. ut infra.*  
*Psalmus 22.*  
**D**óminus regit me, et nihil mihi déerit: \* in loco páscuæ ibi me collocávit.  
 Super aquam refectiόνis educávit me: \* ánimam meam convértit.  
 Dedúxit me super sémitas justítiae, \* propter nomen suum.  
 Nam, et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: \* quóniam tu mecum es.  
*2. Ant. Paráitur nobis. ut supra.*

Virga tua, et báculo tuus: \* ipsa me consoláta sunt.  
 Parásti in conspéctu meo mensam, \* advérsus eos, qui tribulant me.  
 Impinguásti in óleo caput meum: \* et calix meus inébrrians quam præclárus est!  
 Et misericórdia tua subsequétur me \* ómnibus diébus vitæ meæ:  
 Et ut inhábitem in domo Dómini, \* in longitudinem diérum.  
 Glória Patri. Sicut erat.

3. Antiph. *VI.*  

 In vo-ce ex-sul-ta-ti-ó-nis \* ré-so-nent

e-pu-lán-tes in men-sa Dómi-ni. *Ps. 41. Quemádmmodum.*  
*Psalmus 41.*  
**Q**uemádmmodum desiderat cervus ad fontes aquárum: \* ita desiderat ánima mea ad te Deus.  
 Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum: \* quando véniam, et apparebo ante faciém Dei?  
 Fuérunt mihi lácrimæ meæ panes die ac nocte: \* dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?  
 Hæc recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam: \* quóniam transibo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.  
 In voce exsultatiónis, et confessiόνis: \* sonus epulántis.  
 Quare tristis es ánima mea? \* et quare contúrbas me?  
 Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: \* salutáre vultus mei, et Deus meus.  
 Ad meípsum ánima mea conturbáta est: \* proptérea memor  
 ero tui de terra Jordánis, et Hermóniim a monte mó dico.  
 Abýssus abýssum invocat, \* in voce cataractárum tuárum.  
 Omnia excélsa tua, et fluctus tui \* super me transiérunt.  
 In die mandávit Dóminus misericórdiam suam: \* et nocte cánticum ejus.  
 Apud me orátio Deo vitæ meæ, \* dicam Deo: Suscéptor meus es.  
 Quare oblítus es mei? \* et quare contristátus incédo, dum affligit me inimicus?  
 Dum confringúntur ossa mea, \* exprobravérunt mihi, qui tribulant me inimici mei.  
 Dum dicunt mihi per síngulos dies: Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es ánima mea, et quare contúrbas me?  
 Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: \* salutáre vultus mei, et Deus meus.  
 Glória Patri. Sicut erat.

3. Ant. In voce exsultationis. ut supra.


℣. Cibavit illos ex adipe frumenti, allelúja.  
℞. Et de petra, melle saturavit eos, allelúja.

Absol. Ipsius pietas. Bened. Deus Pater. p. 85.


Sermo S. Thomæ Aquinatis.

Lectio iv. In Opusculo 57.


Immensa diviŕe largitatis beneficia, exhibita pópulo christiáno, inæstimabilem ei conferunt dignitatem. Neque enim est, aut fuit aliquando tam grandis natio, quæ hæbeat deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster. Unigenitus siquidem Dei Filius, suæ divinitatis volens nos esse participes, naturam nostram assumpsit, ut homines deos faceret factus homo. Et hoc insuper, quod de nostro assumpsit, totum nobis contulit ad salutem. Corpus namque suum pro nostra reconciliatíone in ara crucis hostiam obtulit Deo Patri: sanguinem suum fudit in pretium simul et lavacrum: ut redempti a miserabili servitute, a peccatis omnibus mundarémur. Ut autem tanti beneficii jugis in nobis maneret memoria, corpus suum in cibum, et sanguinem suum in potum, sub specie panis et vini sumendum fidelibus dereliquit.

Respons. IV. 

v. Cœ-nan-ti-bus il-lis ac-cé-pit Je-sus pa-

  
nem, et be-ne-dí-xit, ac fre-git, de-dít - que dí-scí-pu-

  
lis su-is, et a - - it: \* Ac-ci-pi-te, et com-é-di-te:

  
hoc est cor - - - pus me - um. ℣. Dí-xerunt vi-ri ta-

  
berná-cu-li me - i: Quis det de cárnibus e - jus, ut sa-tur-é-mur?  
Accípite. ut supra.

Bened. Christus perpétuæ. p. 86.


Lectio v.


O pretiosum et admirandum convivium, salutiferum, et omni suavitate repletum! Quid enim hoc convivio pretiosius esse potest? in quo non carnes vitulorum et hircorum, ut olim in lege, sed nobis Christus sumendus proponitur verus Deus. Quid hoc sacramento mirabilius? In ipso namque panis et vinum in Christi corpus et sanguinem substantialiter convertuntur: ideoque Christus Deus, et homo perfectus sub modici panis et vini specie continentur. Manducatur itaque a fidelibus, sed minime laceratur: quinimo diviso Sacramento, sub qualibet divisionis particula integer perseverat. Accidentia autem sine subiecto in eodem sub-


sistent, ut fides locum hæbeat, dum visibile invisibiliter sumitur aliéna specie occultatum: et sensus a deceptione reddantur immunes, qui de accidentibus iudicant sibi notis.


Respons. V. 

VI. Ac-cé-pit Je - sus cá-li-cem, post-

  
quam cœ-ná-vit, dí - cens: Hic cá - lix no-vum testamén-

  
tum est in me - o sán-gui-ne: \* Hoc fá - ci-te in me-

  
am comme-mo-ra-ti-ó - - - nem. ℣. Me-mó-ri-a

  
me - mor e - ro, et ta-bé - scet in me á - nima me - a.  
Hoc facite. ut supra.


Bened. Ignem sui amoris. p. 87.


Lectio vi.

Nullum etiam sacramentum est isto salubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, et mens omnium spiritalium charismatum abundantia impinguatur. Offeritur in Ecclesia pro vivis et mortuis: ut omnibus prosit, quod est pro salute omnium institutum. Suavitatem denique huius Sacramenti nullus exprimere sufficit, per quod spiritalis dulcedo in suo fonte gustatur: et recollitur memoria illius, quam in sua passione Christus monstravit, excellentissimæ caritatis. Unde ut arctius huius caritatis immensitas fidelium cordibus infigeretur, in última cœna, quando Pascha cum discipulis celebrato, transiturus erat de hoc mundo ad Patrem, hoc Sacramentum instituit, tamquam passionis suæ memoriale perenne, figurarum veterum impletivum, miraculorum ab ipso factorum maximum; et de sua contristatíone solatium singulare reliquit.

Respons. VI. 

VII. E-go sum pa-nis vi - tæ: pa-tres ve-

  
stri mandu-ca-vé - runt man-na in de-sér-to, et mór-

  
tu - i sunt: \* Hic est pa - nis de cœ - lo de-scén-dens,

ut si quis ex ip-so man - dú - cet, non mo - - ri - á -  
tur. ¶. E - go sum pa - nis vi - vus, qui de cœ - lo descen -  
di: si quis mandu - cá - ve - rit ex hoc pane, vi - vet in æ - tær - num.  
Hic est. *ut supra* p. 331.

¶. Gló - ri - a Pa - tri, et Fí - li - o, et Spi - rí -  
tu - i san - cto. Hic est. *ut supra* p. 331.

## In III. Nocturno.

1. Antiph. VII. 3. Intro - í - bo \* ad al - tá - re De - i: sumam Chri -

stum, qui ré - no - vat ju - ven - tú - tem me - am.

*Ps. 42. Júdica me. ut infra.*

*Psalmus 42.*

Júdica me Deus, et discérne causam meam de gente non sancta, \* ab hómine iníquo, et dolóso érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea: \* quare me repulísti? et quare tristis incédo, dum affligit me inimicus?

Emítte lucem tuam et veritatem tuam: \* ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in mon -

1. *Ant. Introíbo. ut supra.*

2. Antiph. VIII. 1. Ci - bá - vit nos Dó - mi - nus \* ex á - di - pe

tem sanctum tuum, et in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei: \* ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cithara Deus Deus meus: \* quare tristis es ánima mea? et quare contúr - bas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: \* salutáre vultus mei, et Deus meus.

Glória Patri. Sicut erat.

fru - mén - ti: et de pe - tra mel - le sa - tu - rá - vit nos.  
*Ps. 80. Exsultáte Deo. ut infra.*

*Psalmus 80.*

Exsultáte Deo adjutóri nostro: \* jubilate Deo Jacob. Súmite psalmum, et date týmpanum: \* psaltérium jucúndum cum cithara.

Buccinate in Neoména tuba, \* in insígni die solemnítatis vestræ: Quia præcéptum in Israél est: \* et júdícium Deo Jacob.

Testimónium in Joseph pósuit illud, cum exíret de terra Ægýpti: \* linguam, quam non nóverat, audívit.

Divértit ab onéribus dorsum ejus: \* manus ejus in cóphino serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, et liberávi te: \* exaudívi te in abscóndito tempestátis: probávi te apud aquam contradicţiónis.

Audi pópulus meus, et contestábor te: \* Israél si audieris me, non erit in te deus recens, neque adorábis deum aliénium.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægýpti: \* diláta os tuum, et implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam: \* et Israél non inténdit mihi.

Et dimísi eos secúndum desidéria cordis eórum, \* ibunt in adíventiónibus suis.

Si pópulus meus audísset me: \* Israél si in viis meis ambuláset:

Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliásem: \* et super tribulántes eos misíssem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei: \* et erit tempus eórum in sœcula.

Et cibávit eos ex ádipe fru - ménti: \* et de petra, melle saturávit eos.

Glória Patri. Sicut erat.

2. *Ant. Cibávit nos. ut supra.*

3. Antiph. VI. Ex altá - ri tu - o \* Dó - mi - ne, Chri - stum sú -

mimus: in quem cor et ca - ro nostra ex - súl - tant.

*Ps. 83. Quam dilécta. ut infra.*

*Psalmus 83.*

Quam dilécta tabernácula tua Dómine virtútem: \* concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, et caro mea \* exsultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi

domum: \* et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua Dómine virtútem: \* Rex meus, et Deus meus.

Beáti, qui hábitant in domo tua Dómine: \* in sœcula sœculórum laudábunt te.

Beátus vir, cujus est auxiliium



abs te: \* ascensiones in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum in loco, quem pósuit.

Etenim benedictionem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem: \* vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum exáudi orationem meam: \* áuribus pécipe Deus Jacob.

Protéctor noster aspice Deus: \* et respice in faciém Christi tui:

3. Ant. Ex altári tuo. *ut supra.*

℣. Edúcas panem de terra, allelúja.

℞. Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúja.

Absol. A vínculis. p. 90. Bened. Evangélica léctio. p. 262.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio vii.

Cap. 6. f.

IN illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Caro mea, vere est cibus: et sanguis meus, vere est potus. Et réliqua.

Homília S. Augustíni Epíscopi. *Tractatus 26. in Joannem, sub finem.*

Cum cibo et potu id appetant hómines, ut neque esúriant, neque sístiant: hoc veráriter non præstat, nisi iste cibus et potus, qui eos, a quibus súmitur, immortáles et incorruptíbiles facit; id est, societas ipsa sanctorum: ubi pax erit, et únitas plena atque perfectá. Propterea quippe, sicut étiam ante nos hoc intellexérunt hómines Dei, Dóminus noster Jesus Christus corpus et sánguinem suum in eis rebus commendávit, quæ ad unum áliquid redigúntur ex multis. Namque áliud in unum ex multis granis conficitur: áliud in unum ex multis ácinis cónfluit. Dénique jam expónit quómodo id fiat, quod lóquitur: et quid sit manducáre corpus ejus, et sánguinem bibere.

Respons. VII.

VII.

Qui man - dú - cat me - am car-nem,

et bi-bit me-um sán - guinem, \* In me ma - net,

et e-go in e - - o. ℣. Non est á - li - a ná - ti - ō


tam gran - dis, quæ há - be - at de - os ap - propin - quán - tes

Quia mélior est dies una in átriis tuis \* super millia.

Elégi abjúctus esse in domo Dei mei: \* magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam, et veritátem diligit Deus: \* grátiam, et glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia: \* Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te. Glória. Sicut.



si-bi, sic-ut De-us no-ster ad-est no-bis.

Bened. Divinum auxiliúm. p. 263. In me manet. *ut supra.*

Lectio viii.

Qui mandúcat carnem meam, et bibit meum sánguinem, in me manet, et ego in illo. Hoc est ergo manducáre illam escam, et illum bíbere potum, in Christo manére, et illum manéntem in se habére. Ac per hoc, qui non manet in Christo, et in quo non manet Christus, proculdúbio nec mandúcat spiritaliter carnem ejus, nec bibit ejus sánguinem, licet carnáliter et visibíliter premat déntibus Sacraméntum córporis et ságuinis Christi: sed magis tantæ rei sacraméntum ad júdicium sibi mandúcat et bibit, quia immúndus præsumpsit ad Christi accédere Sacraménta, quæ áliquis non digne sumit, nisi qui mundus est; de quibus dicitur: Beáti mundo corde, quóniam ipsi Deum vidébunt.

Respons. VIII.

VIII.

Mi - sit me vi - vens Pa - ter, et

e-go vi - vo pro - pter Pa - trem: \* Et qui man-dú-cat

me, vi - vet pro - pter me. ℣. Ci-bá - vit il-

lum Dó-mi-nus pa-ne vi-tæ et in-tel-lé-ctus.

Et qui. *ut supra.* Glória Patri. p. 93. Et qui.

Bened. Ad societátem. p. 264.

Lectio ix.


Sicut, inquit, misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: Et qui mandúcat me, et ipse vivet propter me. Ac si diceret: Ut ego vivam propter Patrem, id est, ad illum tamquam ad majórem réferam vitam meam, exinanítio mea fecit, in qua me misit. Ut autem quisquam vivat propter me, participátio facit, qua mandúcat me. Ego itaque humiliátus vivo propter Patrem: ille eréctus vivit propter me. Si autem ita dictum est, Vivo propter Patrem, quia ipse de illo, non ille de ipso est: sine detríménto æqualitátis dictum est. Nec tamen dicéndo, Et qui mandúcat me, et ipse vivet propter me: eámdem suam et nostram æqualitátem significávit, sed grátiam mediátóris osténdit. Te Deum. p. 11\*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph.

L. 2.


Sa - pi - én - ti - a \* æ - di - fi - cá - vit si - bi do-



Ps. 92. Dóminus regnávít. p. 1.

## 2. Antiph.


II.



Ps. 99. Jubiláte. p. 1.

## 3. Antiph.

III. 3.



Ps. 62 et 66. p. 1 et 2.

## 4. Antiph.

IV. 1.



## 5. Antiph.

V.




Capitulum.

I. Cor. 11. e.

**F**ratres: Ego enim accépi a Dómino quod et tradidi vobis, quóniam Dóminus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit: Accípíte, et manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácíte in meam commemoratiónem.

## Hymnus.

VIII.




Ÿ. Pó-suit fines tuos pacem, allelúja.

R̄. Et ádi-pe fruménti sátiat te, allelúja.

## Ad Benedictus

Antiph.

I. 2.



Compend. Antiph. et Brev. Rom.

lo de-scén - di: si quis mandu-cá-ve-rit ex hoc pa -  
ne, vi - vet in æ-tér - num, al-le - - lú - ja.

*Cant. Benedictus. p. 7.*

*Oratio.*

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memó-  
riam reliquisti: tribue, quæsumus; ita nos Córporis et Sán-  
guinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum  
in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis.

*Hymni Horarum cantantur super O gloriósa vírginum. p. [58].*

**Ad Primam.**

*Ant. Sapiéntia. p. 335. In R. br. (p. 15) Christe Fili. V. Qui natus es  
de María Virgine. p. [59]. Et sic dicitur per totam Octavam. In VV.  
Prime, et Completorii non additur Allelúja, sed in aliis Horis.*

**Ad Tertiam.**

*Ant. Angelórum esca. p. 336. Capit. Fratres: Ego enim. ibid.  
R. br. Ton. p. 21\*. Panem cœli dedit eis, \* Allelúja, allelúja.  
Panem. V. Panem Angelórum manducávit homo. Allelúja, alle-  
lúja. Glória Patri. Panem.*

*V. Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúja.  
R. Et de petra, melle saturávit eos, allelúja.*

**Ad Sextam.**

*Ant. Pinguis est panis. p. 336.*

*Capitulum.*

*I. Cor. 11. f.*

Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bi-  
bétis: mortem Dómini annuntiábitis donec veniat.

*R. br. Ton. p. 21\*. Cibávit illos ex ádipe fruménti, \* Al-  
lelúja, allelúja. Cibávit. V. Et de petra, melle saturávit eos.  
Allelúja, allelúja. Glória Patri. Cibávit eos.*

*V. Edúcas panem de terra, allelúja.  
R. Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúja.*

**Ad Nonam.**

*Ant. Vincénti dabo manna. p. 336.*

*Capitulum.*

*I. Cor. 11. f.*

Quicúmque manducáverit panem hunc, vel biberit cálicem Dó-  
mini indigne: reus erit Córporis et Sánguini Dómini.

*R. br. Edúcas panem de terra, \* Allelúja, allelúja. Edúcas.  
V. Et vinum lætíficet cor hóminis. Allelúja, allelúja. Glória  
Patri. Edúcas.*

*V. Pósuit fines tuos pacem, allelúja.  
R. Et ádipe fruménti sátiat te, allelúja.*

**In II. Vesperis.**

*Omnia dic. sicut in I. Vesp. pag. 319. V. Panem de cœlo. pag. 321.*

Ad Magnificat  
Antiph.  
V. O sa - crum con-ví - vi - um, \* in quo Chri-  
stus sú - mi - tur; re-có - li - tur me - mó - ri - a pas-si-  
ó - nis e - jus: mens im-plé - tur grá - ti - a: et fu-  
tú - ræ gló - ri - æ no - bis pi-gnus da - tur, al-  
le - - - lú - - - ja. *Cant. Magnificat. p. 27.*

Modus  
simplex.  
V. O sa - crum con-ví - vi - um, \* in quo Chri - stus  
sú - mi - tur; re-có - li - tur me - mó - ri - a pas-si - ó - nis e - jus:  
mens im-plé - tur grá - ti - a: et fu-tú - ræ gló - ri - æ\*) no - bis  
pi-gnus da - - - tur, al-le-lú - ja. E u o u a e.

**Sabbato.**

**Ad Vesperas.** *Ant. et Ps. ut in I. Vesp. Festi. pag. 319.*

*Capitulum.*

*I. Joann. 3. b.*


Caríssimi: Nolíte mirári, si odit vos mundus. Nos scimus quóniam  
translátí sumus de morte ad vitam, quóniam diligimus fratres.

*Hymnus. Pange lingua. p. 320. V. Cibávit illos. p. 330.*

Ad Magnificat  
Antiph.  
VII. 3. Pu - er Sá - mu - el \* mi - ni - strá - bat an - te De - um

\*) In Officio vot.  
per annum conclu-  
ditur:

nobis pignus da - - - tur.



co-ram He-li, et sermo Dó-mi-ni e-rat pre-ti-ó-sus cum

e-o. *Cant. Magnificat. p. 7. Oratio de Laud., ut infra.*  
*Et fit commem. de Octav., ut in II. Vesperis Festi. p. 339.*

### Dominica infra Octavam,

quæ est II. post Pentecosten.

*Omnia dicuntur de Octava, præter sequ.*

#### Ad Laudes, et per Horas.

*Capit. Carissimi: Nolite. ut supra p. 339. Hymnus. Verbum. p. 337.*

¶ Panem cœli dedit eis, allelúja.

℞. Panem Angelórum manducávit homo, allelúja.

Ad Benedictus   
 Antiph.   
 III. 1. Homo qui - dam \* fe-cit cœ-nam magnam, et

vo-cá-vit mul-tos: et mi - sit servum su-um ho-ra cœ-næ

di-ce-re in-vi-tá-tis ut ve-ni-rent, qui-a ó-mni-a pa-rá-

ta sunt, al-le-lú-ja. *Cant. Benedictus. p. 7.*

#### Oratio.

Sancti nóminis tui Dómine timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum: quia numquam tua gubernatióne destituis, quos in soliditate tuæ dilectiόνis instituis. Per Dóminum.

*Et fit commem. de Octava, ut in Laud. Festi. p. 337.*

#### Ad Primam.

*Ant. Sapiéntia. 335. Lect. br. Filiioli. ut infra ad Nonam.*

#### Ad Tertiam.

*Ant. Angelórum esca. p. 336. Capit. Carissimi: Nolite. p. 339.*  
 ℞. br. Panem cœli. ¶ Cibávit illos. p. 338.

#### Ad Sextam.

*Ant. Pinguis est panis. p. 336.*

#### Capitulum.

*I. Joann. 3. c.*

In hoc cognóvimus caritátem Dei, quóniam ille ánimam suam pro nobis pósuit: et nos debémus pro frátribus ánimas pónere.

℞. br. Cibávit illos. ¶ Educas panem. p. 338.

#### Ad Nonam.

*Ant. Vincéti dabo. p. 336.*

#### Capitulum.

*I. Joann. 3. c.*

Filiioli mei, non diligámus verbo, neque lingua, sed ópere et veritate.

℞. br. Educas panem. ¶ Pósuit fines. p. 338.

#### Ad Vesperas.

*Ant. et Ps. ut in I. Vesp. Festi. p. 319. Capit. Carissimi: Nolite. p. 339.*  
*Hymnus. Pange lingua. p. 320.*

¶ Cibávit illos ex ádipe fruménti, allelúja.


℞. Et de petra, melle saturávit eos, allelúja.

Ad Magnificat   
 Antiph. 

I. 4. Ex-i ci-to \* in pla-té-as et vi-cos ci-vi-tá-

tis: et páu-pe-res ac dé-bi-les, cæ-cos et claudos compél-

le intrá-re, ut im-ple-á-tur do-mus me-a, al-le-lú-ja.



*Cant. Magnificat. p. 27.*

*Deinde fit commem. de Oct., ut in II. Vesp. Festi. p. 339.*

#### Feria Quarta.

*Ad Vesp., omnia ut in I. Vesp. Festi. p. 319. Et si hac die fuerit Festum duplex, in Vesp. fit tantum commem. de eo, nisi fuerit ex solemnioribus.*



#### Feria Quinta.

#### Octava Corporis Christi.


*Omnia ut in die Festi.*

## ANTIPHONÆ DICENDÆ IN SABBATIS POST PENTECOSTEN USQUE AD ADVENTUM.

#### Sabbato ante Dominicam III. post Pentecosten.

Ad Magnificat   
 Antiph. 

Cogno-vé-runt omnes a Dan us-que Bersa-




℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dó-mine.

℞. Et descéndat super nos misericórdia tua.






*Orat. Protéctor. quæ habetur infra post Ant. ultimæ Hebdom. Novembris, cum aliis Orat. usque ad Advent.*

Sabbato ante Dominicam IV. post Pentecosten.





℣. Vespertína. *ut supra.*

Sabbato ante Dominicam V. post Pentecosten.






℣. Vespertína. *ut supra.*

Sabbato ante Dominicam VI. post Pentecosten.



℣. Vespertína. *ut supra p. 342.*



Sabbato ante Dominicam VII. post Pentecosten.



℣. Vespertína. *ut supra p. 342.*


*Nisi ponenda sit Ant. pro Domin. I. Augusti, quia tunc, ommiss. Ant. de libris Reg., ponuntur de libris Salomonis: quod etiam servatur in sequentibus Hebdomadis.*

Sabbato ante Dominicam VIII. post Pentecosten.



℣. Vespertína. *ut supra p. 342.*

Sabbato ante Dominicam IX. post Pentecosten.






Sabbato ante Dominicam X. post Pentecosten.






℣. Vespertína. *ut supra p. 342.*

Sabbato ante Dominicam XI. post Pentecosten.



Ad Magnificat  
Antiph.   
Ob-secro Dómine me-ménto, quæ-so, quómodo  
  
ambu-lá-ve-rim co-ram te in ve-ri-tá-te, et in corde per-  
  
fé-cto, et quod plá-ci-tum est co-ram te, fé-ce-rim.  
V. Vespertína. ut supra p. 342.

Sabbato ante Dominicam I. Augusti.



*Ea autem dicitur I. Dominica mensis, quæ est in Kalendis, vel proximior Kalendis illius mensis: ita ut si Kalendæ fuerint II., III. et IV. Feria, tunc I. Dominica mensis, in qua liber Scripturæ inchoandus ponitur, est ea quæ præcedit Kalendas. Sin autem V. et VI. Feria, vel Sabbato, est ea quæ sequitur. Et in Sabb. præcedenti ad Magnif. ponatur Ant. illius historia, ommissa alia quæ forte occurreret.*

Ad Magnificat  
Antiph.   
Sa-pi-én-ti-a æ-di-fi-cá-vit si-bi domum, ex-  
  
cí-dit co-lú-mnas se-ptem, súb-di-dit si-bi gen-tes, su-per-  
  
bó-rum et sub-li-mi-um col-la pró-pri-a vir-tú-te cal-cá-vit.  
V. Vespertína. ut supra p. 342.  
*Orat. quæ contingit in ordine aliarum Dominicarum, ut infra. p. 351.*

Sabbato ante Dominicam II. Augusti.

Ad Magnificat  
Antiph.   
E-go in al-tís-si-mis há-bi-to: et thro-nus  
  
me-us in co-lú-mna nu-bis. V. Vespertína. p. 342.

Sabbato ante Dominicam III. Augusti.

Ad Magnificat  
Antiph.   
O-mnis sa-pi-én-ti-a a Dó-mi-nó De-o  
  
est, et cum il-lo fu-it sem-per, et est an-te æ-vum.  
V. Vespertína. p. 342.

Sabbato ante Dominicam IV. Augusti.






Ad Magnificat  
Antiph.   
Sa-pi-én-ti-a clá-mi-tat in pla-té-is: Si quis  
  
dí-li-git sa-pi-én-ti-am, ad me de-clí-net, et e-am in-  
  
vé-ni-et: et cum invé-ne-rit, be-átus e-rit si te-nú-e-rit e-am.  
V. Vespertína. p. 342.

Sabbato ante Dominicam V. Augusti.




*Nisi hæc fuerit propinquior Kalendis Septembris, quia tunc ista cum sua Hebdom. omittitur, et ponitur Ant. pro I. Dominica Sept., ut infra. et dicitur per Horas diæi tantum.*

Ad Magnificat  
Antiph.   
Ob-sér-va fi-li præ-cé-pta patris tu-i, et  
  
ne di-mít-tas le-gem matris tu-æ, sed li-ga e-am  
  
sem-per in cor-de tu-o. V. Vespertína. p. 342.


Sabbato proximo Kalendis Septembris.

Ad Magnificat  
Antiph.   
Cum au-dis-set Job nunti-ó-rum ver-ba, sus-ti-  
  
nu-it pa-ti-én-ter, et a-it: Si bo-na sus-cé-pi-mus de  
  
ma-nu Dó-mi-ni, ma-la au-tem qua-re non sus-ti-ne-á-mus?  
  
In ó-mni-bus his non peccá-vit Job lá-bi-is su-is, ne-que  
  
stul-tum á-li-qui-d con-tra De-um lo-cú-tus est.  
V. Vespertína. p. 342.

Sabbato ante Dominicam II. Septembris.

Ad Magnificat  
Antiph.   
In ó-mni-bus his non pec-cá-vit Job  
  
lá-bi-is su-is, ne-que stul-tum á-li-quit contra  
  
De-um lo-cú-tus est. *Ps. Vespertina. p. 342.*

Sabbato ante Dominicam III. Septembris.

Ad Magnificat  
Antiph.   
Ne re-mi-ni-scá-ris Dó-mi-ne de-li-cta me-a,  
  
vel pa-rén-tum me-ó-rum: ne-que vin-dí-ctam su-mas  
  
de pec-cá-tis me-is. *Ps. Vespertina. p. 342.*



Feria Quarta Quatuor Temporum Septembris.



Ad Benedictus  
Antiph.   
Hoc ge-nus dæ-mo-ni-ó-rum in nul-lo pot-est  
  
ex-í-re, ni-si in o-ra-ti-ó-ne et je-jú-ni-o.  
*Ps. Repléti sumus mane misericórdia tua.  
R. Exsultávimus, et delectáti sumus.*

Oratio.

Misericórdiæ tuæ remédiis, quæsumus Dómine, fragilitas nostra subsistat: ut quæ sua conditióne attéritur, tua cleméntia reparétur. Per Dóminum.

Feria Sexta Quatuor Temporum Septembris.



Ad Benedictus  
Antiph.   
Mú-li-er quæ e-rat in ci-vi-tá-te pec-cá-trix,  
  
stans re-tro se-cus pe-des Dómini, lá-cri-mis cœ-pit ri-gá-re

  
pe-des e-jus, et ca-píl-lis cá-pi-tis su-i ter-gé-bat, et de-  
  
os-cu-la-bá-tur pe-des e-jus et un-guén-to un-gé-bat.  
*Ps. Repléti sumus. ut supra p. 346.*

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, et córpore tibi placeámus et mente. Per Dóminum nostrum.


Sabbato Quatuor Temporum Septembris.

Ad Benedictus  
Antiph.   
Il-lu-mi-ná-re Dó-mi-ne i-is qui in té-nebris  
  
sedent, et dírige pedes nostros in vi-am pa-cis, De-us Is-ra-él.  
*Ps. Repléti sumus. ut supra p. 346.*



Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui per continéntiam salutárem corpóribus medéris et méntibus: majestátem tuam súpplices exorámus; ut pia jejunántium deprecatione placátus, et præsentia nobis subsidia tríbuas, et futúra. Per Dóminum.

Sabbato ante Dominicam IV. Septembris.

Ad Magnificat  
Antiph.   
Adó-na-i Dó-mi-ne De-us ma-gne et mi-  
  
rá-bi-lis, qui de-dí-sti sa-lú-tem in ma-nu fé-mi-næ,  
  
ex-áu-dí pre-ces ser-vó-rum tu-ó-rum.  
*Ps. Vespertina. p. 342.*

Sabbato ante Dominicam V. Septembris.

Ad Magnificat  
Antiph.   
Dó-mi-ne Rex omni-po-tens, in dí-ti-ó-ne  
  
tu-a cun-cta sunt pó-si-ta, et non est qui pos-sit

tu - æ re - si - ste - re vo - lun - tá - ti. *ψ.* Vespertina. p. 342.

Sabbato ante Dominicam I. Octobris.

Ad Magnificat  
Antiph. Ada - pé - ri - at Dó - mi - nus cor ve - strum in  
le - ge su - a, et in præ - cé - ptis su - is, et fá - ci - at pacem  
Dó - mi - nus De - us no - ster. *ψ.* Vespertina. p. 342.

Sabbato ante Dominicam II. Octobris.

Ad Magnificat  
Antiph. Re - fúl - sit sol in clý - pe - os áu - re - os, et  
resplendu - é - runt mon - tes ab e - is, et forti - túdo Gén - ti -  
um dis - si - pá - ta est. *ψ.* Vespertina. p. 342.

Sabbato ante Dominicam III. Octobris.

Ad Magnificat  
Antiph. Lu - gé - bat autem Ju - dam Is - ra - ðl planctu ma -  
gno, et di - cébat: Quó - mo - do ce - ci - dí - sti po - tens in  
præ - li - o, qui salvum fá - ci - é - bas pó - pu - lum Dó - mi - ni?  
*ψ.* Vespertina. p. 342.

Sabbato ante Dominicam IV. Octobris.

Ad Magnificat  
Antiph. Ex - áu - di - at Dó - mi - nus o - ra - ti - ó - nes vestras,  
et re - con - ci - li - é - tur vo - bis: nec vos dé - serat in tém - po - re

ma - lo Dó - mi - nus De - us no - ster. *ψ.* Vespertina. p. 342.

Sabbato ante Dominicam V. Octobris.

*Nisi sit dimittenda, quia hæc proximior sit Kal. Novembris.*

Ad Magnificat  
Antiph. Tu - a est po - tén - ti - a, tu - um regnum Dó - mi -  
ne, tu es su - per omnes gen - tes: da pa - cem Dó - mi -  
ne in di - - é - - bus nostris. *ψ.* Vespertina. p. 342.

Sabbato ante Dominicam I. Novembris.

Ad Magnificat  
Antiph. Vi - di Dó - minum se - dén - tem su - per só - li - um ex -  
célsum, et plena e - rat omnis ter - ra ma - je - stá - te e - jus:  
et e - a quæ sub ip - so e - rant, re - plé - bant templum.  
*ψ.* Vespertina. p. 342.

Sabbato ante Dominicam II. Novembris.

Ad Magnificat  
Antiph. A - spi - ce Dó - mi - ne, qui - a fá - cta est de -  
so - lá - ta ci - vi - tas ple - na di - ví - ti - is: se - det in tristí -  
ti - a dó - mi - na Gén - ti - um: non est, qui con - so - lé - tur  
e - am, ni - si tu De - us no - ster. *ψ.* Vespertina.



*Si Novembris habeat tantum quatuor Dom., tunc Sabbato ante Dominicam II. ad Magnif. dicitur Ant. Muro tuo, infra, et duobus sequ. Sabbatis dic. Ant. positæ etiam infra in Sabbatis ante Dom. IV. et V.*




## Sabbato ante Dominicam III. Novembris.

Ad Magnificat  
Antiph.   
Mu-ro tu - o in-ex-pugná-bi-li cir-cum-  
  
cin-ge nos Dómi-ne, et ar-mis tu - æ po-tén-ti-æ pró-  
  
te-ge nos semper. *Ψ. Vespertina. p. 342.*

## Sabbato ante Dominicam IV. Novembris.

Ad Magnificat  
Antiph.   
Qui cœ-ló-rum cón-ti-nes thro-num, et ab-ýs-  
  
sos in-tu - é - ris, Dómi-ne Rex re-gum, montes pón-de-  
  
ras, terram pal-mo con-clú-dis: ex - áu-di nos Dó-mi-ne  
  
in ge-mí - ti - bus nostris. *Ψ. Vespertina. p. 342.*

## Sabbato ante Dominicam V. Novembris.

Ad Magnificat  
Antiph.   
Su-per mu-ros tu - os Je-rú-sa-lem consti-  
  
tu - i cu-stó-des: to-ta di-e et no-cte non ta-cé-bunt  
  
lau-dá-re no-men Dó-mi-ni. *Ψ. Vespertina. p. 342.*

## Sabbato post ultimam Dominicam Novembris.

*Ad Vesp., Ant. et Ps. de Psalt. p. 28; Capitul., Hymn., Ψ. et Ant. ad Magnif. et Orat. ut in Sabb. ante Dom. I. Advent. p. 47.*






ORATIONES ET ANTIPHONÆ  
IN DOMINICIS

PER ORDINEM DISPOSITÆ A TERTIA POST PENTECOSTEN  
USQUE AD ADVENTUM.

## Dominica III. post Pentecosten.

*Oratio.*

**P**rotéctor in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum: multiplica super nos misericórdiam tuam; ut te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna. Per Dóminum.

Ad Benedictus  
Antiph.   
III. 4. Quis ex vo-bis ho-mo, \* qui ha-bet centum  
  
o-ves, et si per-dí-de-rit u-nam ex il-lis, non-ne di-  
  
mit-tit non-a-gín-ta no-vem in de-sér-to, et va-dit ad il-lam  
  
quæ per-í - e-rat, do-nec in-vé-ni-at e-am? al-le-lú-ja.  
  
*Cant. Benedictus. p. 7.*

*Ψ. Dóminus regnavit, decórem induit.*

*R. Induit Dóminus fortitudinem, et præcínxit se virtúte.*

Ad Magnificat  
Antiph.   
VI. Quæ mú-li-er \* ha-bens drach-mas de-cem,  
  
et si per-dí-de-rit drach-mam u-nam, non-ne ac-cén-dit  
  
lu-cér - nam, et e-vér-rit do-mum, et quæ-rit dí-li-gén-ter  
  
do - nec in-vé - ni - at? *Cant. Magnificat. p. 27.*

*Ψ. Dirigátur Dómine orátio mea.*

*R. Sicut incénsum in conspéctu tuo.*

Dominica IV. post Pentecosten.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órdine dirigátur: et Ecclésia tua tranquilla devotióne lætétur. Per Dóminum.

Ad Benedictus Antiph. I. 3. Ascén-dens \* Je-sus in na - vim, et se - dens

do-cébat tur - bas, al-le-lú-ja. Cant. Benedíctus. p. 7. V. Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat Antiph. I. 2. Præ - cé-ptor, \* per to-tam no-ctem la-bo-rán-

tes ni - hil cé-pi-mus, in ver-bo au-tem tu - o la-xá-bo re - te. Cant. Magnificat. p. 27. V. Dirigátur. p. 351.

Dominica V. post Pentecosten.

Oratio.

Deus, qui diligéntibus te bona invisibília præparásti: infúnde córdibus nostris tui amóris afféctum; ut te in ómnibus, et super ómnia diligéntes, promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperant, consequámur. Per Dóminum.

Ad Benedictus Antiph. VIII. 1. Au-dí-stis \* qui-a dictum est antí-quis: Non

oc-ci-des: qui au-tem occi-de-rit, re-us e-rit ju-dí-ci-o. Cant. Benedíctus. p. 7. V. Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat Antiph. I. 3. Si of-fers \* mu-nus tu-um ad al-tá - re,

et re-cordá-tus fú - - e-ris qui-a fra-ter tu-us ha-bet

á - liquid ad-vér-sus te, re - línque i-bi munus tu - um an-te al-tá - re, et va-de pri-us re-con-ci-li - á-ri fra - tri tu - o: et tunc vé-ni - ens óf-fe-res munus tu - um, al-le-lú-ja. Cant. Magnificat. p. 27. V. Dirigátur Dómine. p. 351.

Dominica VI. post Pentecosten.

Oratio.


Deus virtútum, cujus est totum quod est óptimum: insere pectóribus nostris amórem tui nóminis, et præsta in nobis religiónis augméntum; ut quæ sunt bona, nútrias; ac pietátis stúdio, quæ sunt nutrita, custódiás. Per Dóminum.

Ad Benedictus Antiph. VIII. 1. Cum turba mul-ta \* es-set cum Je-su, nec

ha-bé-rent quod man-du - cá-rent; con-vo-cá-tis discí-pu-lis, a - it il-lis: Mi-sé-re - or super tur - bam: qui-a ec-ce jam trí-du - o sústi-nent me, nec ha-bent quod mandú-cent, al-le-lú-ja. Cant. Benedíctus. p. 7. V. Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat Antiph. VII. 1. Mi-sé - re-or \* su-per tur-bam: qui-a ec-ce

jam trí-du - o sústi-nent me, nec ha-bent quod mandú-cent: et si di-mí-se-ro e-os je-jú-nos, de-fí-ci-ent in vi-a,



al - le - lú - ja. *Cant.* Magnificat. p. 27. *Ps.* Dirigátur. p. 351.

### Dominica VII. post Pentecosten.

#### Oratio.

**D**eus, cujus providéntia in sui dispositióne non fállitur: te súp-  
plices exorámus; ut nóxia cuncta submóveas, et ómnia nobis  
profutúra concédas. Per Dóminum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
VIII. 1. At-té-ndi - te \* a falsis prophé - tis, qui vé - ni -

unt ad vos in vestiméntis ó - vi - um, in - trín - se - cus autem

sunt lu - pi ra - pá - ces: a frú - ctibus e - ó - rum cog - noscé - tis

e - os, al - le - lú - ja. *Cant.* Benedictus. p. 7:

*Ps.* Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat  
Antiph.  
I. 3. Non pot - est \* ar - bor bo - na fructus ma - los

fá - ce - re, nec arbor ma - la fructus bo - nos fá - ce - re: omnis

ar - bor, quæ non fa - cit fru - ctum bonum, ex - ci - dé - tur, et in

ignem mit - té - tur, al - le - lú - ja. *Cant.* Magnificat. p. 27.

*Ps.* Dirigátur Dómine. p. 351.

### Dominica VIII. post Pentecosten.

#### Oratio.

**L**argire nobis, quæsumus Dómine, semper spíritum cogitándi  
quæ recta sunt, propítius et agéndi: ut qui sine te esse non  
póssumus, secúndum te vívere valeámus. Per Dóminum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
I. 3. A - it dó - mi - nus vil - li - co: \* Quid hoc áu -

di - o de te? red - de ra - ti - ó - nem vil - li - ca - ti - ó - nis tu - æ,

al - le - lú - ja. *Cant.* Benedictus. p. 7.

*Ps.* Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat  
Antiph.  
IV. 1. Quid fá - ci - am, \* qui - a dó - mi - nus me - us

au - fert a me vil - li - ca - ti - ó - nem? Fó - de - re non vá - le - o,

men - di - cá - re e - rubé - sco: sci - o quid fá - ci - am, ut cum amó -

tus fú - e - ro a vil - li - ca - ti - ó - ne, re - cí - pi - ant me in do -

mos su - as. *Cant.* Magnificat. p. 27.

*Ps.* Dirigátur Dómine. p. 351.

### Dominica IX. post Pentecosten.

#### Oratio.

**P**áteant aures misericórdiæ tuæ Dómine précibus supplicán-  
tium: et ut peténtibus desideráta concédas fac eos, quæ tibi  
sunt plácita, postuláre. Per Dóminum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
I. 1. Cum appro - pinquá - ret \* Dó - mi - nus Jerú - sa -

lem, vi - dens ci - vi - tá - tem, fle - - vit su - per il - lam, et di -

xit: Qui - a si cogno - vis - ses et tu: qui - a vé - ni - ent di -

es in te, et circúmdabunt te in-i-mí-ci tu-i val-lo, et cir-  
cúmdabunt te, et co-an-gustá-bunt te úndi-que, et ad ter-  
ram prostér-nent te: e - o quod non cogno-ví-sti tem-pus vi-  
si-ta-ti-ó-nis tu - æ, al-le - lú-ja. *Cant. Benedictus. p. 7.*  
*Ÿ. Dóminus regnávít. p. 351.*

Ad Magnificat  
Antiph.  
VIII. 1. Scri-ptum est e - nim: \* Qui-a domus me - a  
do-mus o-ra-ti-ó-nis est cun-ctis gén-ti-bus: vos au-tem fe-  
cí-stis il-lam spe-lún-cam la-tró-num: et e - rat quo-ti-  
di - e do - cens in templo. *Cant. Magnificat. p. 27.*  
*Ÿ. Dirigátur Dómine. p. 351.*

Dominica X. post Pentecosten.

Oratio.

Deus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime, et miserándo  
manífestas: multiplica super nos misericórdiam tuam; ut ad  
tua promíssa currétes, cœléstium bonórum fácias esse consórtes.  
Per Dóminus nostrum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
II. Stans a lon-ge pu-bli-cá-nus, \* no - lé-bat ó-  
cu-los ad cœ-lum le-vá-re, sed percu - ti - é-bat pectus su-  
um, dí-cens: De - us, pro-pí - - ti-us e-sto mi - hi pec-

ca - tó-ri. *Cant. Benedictus. p. 7. Ÿ. Dñs regnávít. p. 351.*  
Ad Magnificat  
Antiph.  
VIII. 1. Descéndit hic \* ju-sti - fi - cá - tus in do-mum  
su-am ab il-lo: qui-a o-mnis, qui se ex-ál-tat, hu-mi-li-á-  
bi - tur: et qui se hu-mí - li - at, ex - al-tá - bi - tur.  
*Cant. Magnificat. p. 27. Ÿ. Dirigátur Dómine. p. 351.*

Dominica XI. post Pentecosten.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ, et  
mérita súpplícum excédís et vota: effúnde super nos miseri-  
córdiam tuam; ut dimíttas quæ consciéntia méruit, et adjicias  
quod orátio non præsumit. Per Dóminus.

Ad Benedictus  
Antiph.  
V. Cum trans-ís-set Dó - mi-nus \* fi-nes Ty - ri,  
surdos fe-cit au-dí-re, et mu-tos loqui. *Cant. Bened. p. 7.*  
*Ÿ. Dóminus regnávít. p. 351.*

Ad Magnificat  
Antiph.  
V. Be-ne ómni - a fe - cit, \* et sur-dos fe-cit au-  
dí-re, et mu-tos loqui. *Cant. Magnificat. p. 27.*  
*Ÿ. Dirigátur Dómine. p. 351.*

Dominica XII. post Pentecosten.

Oratio.

Omnípotens et miséricors Deus, de cujus múnere venit, ut tibi  
a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur: tribue quæsu-  
mus nobis; ut ad promissionés tuas sine offénsiône currámus.  
Per Dóminus nostrum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
VIII. 1.

Ma-gi-ster, \* quid fa-ci-éndo vi-tam æ-tér-nam pos-si-dé-bo? at il-le di-xit ad e-um: In le-ge quid scri-ptum est? quómo-do le-gis? Dí-li-ges Dó-minum De-um tu-um ex to-to cor-de tu-o, al-le-lú-ja.

*Cant. Benedictus. p. 7. V. Dóminus regnávít. p. 351.*

Ad Magnificat  
Antiph.  
VIII. 1.

Ho-mo qui-dam \* de-scendé-bat ab Je-rú-sa-lem in Jé-ri-cho, et ín-ci-dit in la-tró-nes; qui é-ti-am des-po-li-a-vé-runt e-um, et pla-gis impó-si-tis ab-i-é-runt, se-mi-vi-vo re-li-cto. *Cant. Magnificat. p. 27.*

*V. Dirigátur Dómine. p. 351.*

### Dominica XIII. post Pentecosten.

*Oratio.*

**O**mnípotens sempitérne Deus, da nobis fidei, spei, et caritátis augméntum: et ut mereámur ássequi quod promíttis, fac nos amáre quod præcipis. Per Dóminum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
I. 3.

Cum trans-í-ret Je-sus \* quod-dam ca-stél-lum, oc-cur-ré-runt e-i de-cem vi-ri le-pró-si: qui ste-té-runt a lon-ge, et le-va-vé-runt vo-cem, di-cén-tes: Je-

su præ-cé-ptor mi-se-ré-re no-stri. *Cant. Bened. p. 7.*  
*V. Dóminus regnávít. p. 351.*

Ad Magnificat  
Antiph.  
II.

U-nus au-tem \* ex il-lis, ut vi-dit quod mun-dá-tus est, re-grés-sus est cum ma-gna vo-ce ma-gni-fi-cans De-um, al-le-lú-ja. *Cant. Magnificat. p. 27.*  
*V. Dirigátur Dómine. p. 351.*

### Dominica XIV. post Pentecosten.

*Oratio.*

**C**ustódi Dómine, quæsumus, Ecclésiám tuam propitiatióne perpétua: et quia sine te lábitur humana mortalitas, tuis semper auxiliis et abstrahátur a nóxiis, et ad salutária dirigátur. Per Dóminum nostrum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
VIII. 1.

No-lí-te sol-lí-ci-ti es-se, \* di-cén-tes: Quid mandu-cá-bimus, aut quid bi-bé-mus? scit e-nim Pa-ter ve-ster, quid vo-bis ne-cés-se sit, al-le-lú-ja.

*Cant. Benedictus. p. 7. V. Dóminus regnávít. p. 351.*

Ad Magnificat  
Antiph.  
I. 2.

Quæ-ri-te pri-mum \* regnum De-i et justí-ti-am e-jus, et hæc ómni-a ad-ji-ci-én-tur vo-bis, al-le-lú-ja. *Cant. Magnificat. p. 27. V. Dirigátur. p. 351.*

## Dominica XV. post Pentecosten.

Oratio.

Ecclesiám tuam Dómine miserátio continuáta mundet et múniat: et quia sine te non potest salva consistere, tuo semper múneré gubernétur. Per Dóminum nostrum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
II. I-bat Je-sus \* in ci-vi-tá - tem quæ vo-cá-  
tur Na - im: et ec-ce de-fúnctus ef-fe-re-bá - tur fí - li - us ú-ni-  
cus ma-tris su-æ. *Cant. Benedictus. p. 7.*  
℣. Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat  
Antiph.  
IV. 1. Prophé-ta ma-gnus \* sur-ré-xit in no-bis, et  
qui-a De - us vi-si-tá-vit ple-bem su - am. *Cant. Magnif. p. 27.*  
℣. Dirigátur Dómine. p. 351.

## Dominica XVI. post Pentecosten.

Oratio.

Tua nos, quæsumus Dómine, grátia semper et prævéniat et sequátur: ac bonis opéribus júgiter præstet esse inténtos. Per Dóminum nostrum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
VII. 3. Cum intrá-ret Je-sus \* in domum cu-jús-dam  
prín-ci-pis pha-ri-sæ-ó-rum sá-bba-to man-du-cá-re pa-nem:  
ec-ce ho-mo quidam hydrópi-cus e-rat an-te illum: ipse  
ve-ro ap-pre-hén - sum sa-ná - vit e - um, ac dí-mi-sit.  
*Cant. Benedictus. p. 7.* ℣. Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat  
Antiph.  
VII. 3. Cum vo-cá-tus fú - e-ris \* ad nú-pti - as, re-  
cúmbe in no-vís-simo lo-co; ut dí-cat ti-bi qui te invi-tá-  
vit: Amí - ce, ascénde su-pé-ri-us; et erit ti-bi gló - ri - a  
co-ram simul discumbénti-bus, al-le-lú-ja. *Cant. Magnif. p. 27.*  
℣. Dirigátur Dómine. p. 351.

## Dominica XVII. post Pentecosten.

Oratio.

Da, quæsumus Dómine, pópulo tuo diabólica vitare contágia: et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
VIII. 1. Ma-gí-ster, \* quod est mandá-tum magnum in  
le-ge? A - it il - li Je - sus: Dí - li-ges Dó-mi-num De - um  
tu-um ex to-to corde tu - o, al-le-lú-ja. *Cant. Benedictus. p. 7.*  
℣. Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat  
Antiph.  
IV. 1. Quid vo - bis \* vi-dé-tur de Chri - sto? cu-  
jus fí - li-us est? Dí-cunt e - i omnes: Da - vid. Dí-cit  
e - is Je - sus: Quó-mo-do Da - vid in spí - ri-tu vo-cat  
e - um Dó-mi-num, dí - cens: Dí-xit Dó-mi-nus Dó-mi-no  
me - o: Se - de a dextris me - is? *Cant. Magnificat. p. 27.*  
℣. Dirigátur Dómine. p. 351.

## Dominica XVIII. post Pentecosten.

## Oratio.

Dirigat corda nostra, quæsumus Dómine, tuæ miseratiónis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per Dñm.

Ad Benedictus  
Antiph. I. 4. Di-xit Dómi-nus \* pa-ra-lý-ti-co: Confi-de

fi-li, remit-tuntur ti-bi pec-cá-ta tu-a. *Cant. Benedictus. p. 7.*  
V. Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat  
Antiph. IV. 1. Tu-lit er-go \* pa-ra-lý-ti-cus le-ctum su-um,

in quo ja-cé-bat, ma-gní-fi-cans De-um: et omnis plebs,  
ut vi-dit, de-dit laudem De-o. *Cant. Magnificat. p. 27.*  
V. Dirigátur Dómine. p. 351.

## Dominica XIX. post Pentecosten.

## Oratio.

Omnípotens et miséricors Deus, unívrsa nobis adversántia propitiátus excludé: ut mente et corpore páriter expediti, quæ tua sunt, líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum.

Ad Benedictus  
Antiph. VIII. 1. Dí-ci-te in-vi-tá-tis: \* Ec-ce prán-di-um

me-um pa-rá-vi, ve-ní-te ad nú-pti-as, al-le-lú-ja.  
*Cant. Benedictus. p. 7.* V. Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat  
Antiph. III. 1. In-trá-vit au-tem Rex, \* ut vi-dé-ret dis-cum-

béntes: et vi-dit i-bi hó-mi-nem non ve-stí-tum ve-ste nupti-

á-li, et a-it il-li: A-mí-ce, quó-mo-do huc in-trá-sti, non  
ha-bens vestem nupti-á-lem? *Cant. Magnificat. pag. 27.*  
V. Dirigátur Dómine. p. 351.

## Dominica XX. post Pentecosten.

## Oratio.

Largire, quæsumus Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus, et pacem: ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérvant. Per Dóminum.

Ad Benedictus  
Antiph. I. 1. E-rat qui-dam ré-gu-lus, \* cu-jus fi-li-us

in-firma-bá-tur Ca-phár-na-um: hic cum au-dís-set quod  
Je-sus ve-ní-ret in Ga-li-læ-am, ro-gá-bat e-um, ut sa-  
ná-ret fi-li-um e-jus. *Cant. Benedictus. p. 7.*  
V. Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat  
Antiph. III. 1. Cog-nó-vit au-tem pa-ter, \* qui-a il-la ho-

ra e-rat, in qua di-xit Je-sus: Fí-li-us tu-us vi-vit:  
et cré-di-dit ip-se, et domus e-jus to-ta. *Cant. Magnif. p. 27.*  
V. Dirigátur Dómine. p. 351.

## Dominica XXI. post Pentecosten.

## Oratio.

Famíliam tuam, quæsumus Dómine, contínua pietáte custódi: ut a cunctis adversitatibus te protegénte sit líbera; et in bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per Dóminum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
VIII. 1. Di-xit au-tem dó-mi-nus \* ser-vo: Redde quod  
de-bes. Pró-ci-dens au-tem ser-vus il-le ro-gá-bat e-um,  
di-cens: Pa-ti-én-ti-am ha-be in me, et ó-mni-a red-  
dam ti-bi. Cant. Benedíctus. p. 7.  $\Psi$ . Dñs regnávít. p. 351.

Ad Magnificat  
Antiph.  
VI. Ser-ve ne-quam, \* omne dé-bi-tum dimi-si  
ti-bi, quó-ni-am ro-gá-sti me: nonne ergo opórtu-it et  
te mi-se-ré-ri consérvi tu-i, sic-ut et e-go tu-i mi-sér-  
tus sum? al-le-lú-ja. Cant. Magnificat. p. 27.  
 $\Psi$ . Dirigátur Dómine. p. 351.

## Dominica XXII. post Pentecosten.

## Oratio.

Deus, refúgium nostrum, et virtus: adésto piis Ecclésiæ tuæ  
précibus, auctor ipse pietátis, et præsta; ut, quod fidéliter  
pétimus, effícaciter consequámur. Per Dóminum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
VIII. 1. Ma-gi-ster, \* scimus qui-a ve-rax es, et vi-am  
De-i in ve-ri-tá-te do-ces, al-le-lú-ja. Cant. Benedíctus. p. 7.  
 $\Psi$ . Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat  
Antiph.  
I. 2. Réddi-te er-go, \* quæ sunt Cæ-sa-ris, Cæ-

sa-ri: et quæ sunt De-i, De-o, al-le-lú-ja.  
Cant. Magnificat. p. 27.  $\Psi$ . Dirigátur Dómine. p. 351.

*Si sequ. Domin. fuerit ultima post Pentec., ejus loco ponitur xxiv, ut  
infra p. 366, et Offic. hujus Dom. ponitur in Sabb. præced., non impedito  
Festo et Lect.; alioquin Feria vi., vel alia similiter non impedita.*

## Dominica XXIII. post Pentecosten.

## Oratio.

Ab-sólve, quæsumus Dómine, tuórum delicta populórum: ut a  
peccatórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contráximus,  
tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
II. Di-cébat e-nim in-tra se: \* Si te-ti-ge-ro fim-  
bri-am ve-sti-mén-ti e-jus tan-tum, sal-va e-ro.  
Cant. Benedíctus. p. 7.  $\Psi$ . Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat  
Antiph.  
II. At Je-sus convérsus, \* et videns e-am, di-  
xit: Con-fí-de fi-li-a, fi-des tu-a te salvam fe-cit, al-le-  
lú-ja. Cant. Magnificat. p. 27.  $\Psi$ . Dirigátur Dómine. p. 351.

*Dom. post Pent. non possunt esse pauciores xxiii, neque plures xxviii.  
Cum autem fuerint plures xxiv, tunc post xxiii. Domin. post Pentec., resu-  
muntur, quæ eo anno super fuerunt post Epiphaniam, quoad Orationem et  
Antiph. ad Benedictus et Magnif., hoc ordine:*

*Si Dominicæ post Pentec. fuerint xxv, Dominica xxiv. post Pentec. erit,  
quæ est vi. post Epiphaniam.*

*Si fuerint xxvi, Dominica xxiv. erit, quæ est v. post Epiphaniam, et  
xxv. quæ est vi.*

*Si fuerint xxvii, Dominica xxiv. erit, quæ est iv. post Epiphaniam,  
xxv. erit v., et xxvi. erit vi.*

*Si fuerint xxviii., Dominica xxiv. erit, quæ est iii. post Epiphaniam,  
xxv. erit iv., et xxvi. erit v., et xxvii. erit vi.*

*Último loco semper ponitur quæ sequitur hic in ordine xxiv.*



*Dominica III. quæ superfuit post Epiphaniam. pag. 126.  
Dominica IV. quæ superfuit post Epiphaniam. pag. 127.  
Dominica V. quæ superfuit post Epiphaniam. pag. 128.  
Dominica VI. quæ superfuit post Epiphaniam. pag. 128.*

## Dominica XXIV. et ultima post Pentecosten.


Oratio.

**E**xcita, quæsumus Dómine, tuorum fidélium voluntates: ut divini óperis fructum propénsius exsequéntes, pietátis tuæ remédia majóra percípiant. Per Dóminum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
I. 3. Cum vi-dé - ri-tis \* ab-o-mi-na-ti - ó-nem de-  
so-la-ti - ó-nis, quæ di-cta est a Da-ni - é - le Prophé-  
ta, stan-tem in lo-co san-cto: qui le-git, in-tél-li-gat.

Cant. Benedictus. p. 7. *Ps.* Dóminus regnávít. p. 351.

Ad Magnificat  
Antiph.  
I. 3. A-men di-co vo - bis, \* qui - a non præ-ter-f-  
bit ge-ne-rá-ti - o hæc, do-nec ómni - a fi - ant: cœ - lum  
et ter-ra trans-í - bunt, ver-ba au-tem me - a non transi-bunt,  
di - cit Dó-mi - nus. Cant. Magnificat. p. 27.  
*Ps.* Dirigátur Dómine. p. 351.



## PROPRIUM SANCTORUM.

## Festa Novembris.

Die 29. Commemoratio S. Saturnini Martyris.

Ad Vesperas.

Ant. Iste sanctus. *Ps.* Glória et honóre. p. [10].

Oratio.

**D**eus, qui nos beáti Saturnini Mártyris tui concédis natalítio pérfrui: ejus nos tríbue méritis adjuvári. Per Dóminum.

*De festis occur. in Adventu non fit Offic., nisi fuerit Dupl., vel Semid. Quod si festum Duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesie venerit in Dominica, transfertur in I. diem non impeditam. Duplicia vero minora vel Semiduplicia commemorantur in utrisque Vesp. et Laud. De Simplicibus item fit tantum commem.*

## In Vigilia S. Andreæ Apostoli.

*Si hæc Vigil. venerit in Adventu, nihil fit de ea, nisi in Missa. Si vero non venerit in Adventu, fit Offic. de Feria, cum Orat. de Vigil., ut infra.*

*Si festum S. Andreæ venerit Feria ii., de Vigil. fit Officium in Sabbato præced., et commem. S. Saturnini in Domin.*

Oratio.

**Q**uæsumus, omnipotens Deus: ut beátus Andréas Apóstolus, cujus prævenimus festivitátem, tuum pro nobis implóret auxili-  
lium; ut a nostris reátibus absolúti, a cunctis étiam periculis eruámur. Per Dóminum.

Pro commem. S. Saturnini. Ant. Qui odit. *Ps.* Justus. p. [12].

## Die 30. S. Andreæ Apostoli.

Duplex 2. classis.

In I. Vesperis.

1. Antiph. VII. 1. **S** Al-ve crux pre-ti - ó-sa, \* sú-s-ci - pe  
di - scí - pu - lum e - jus, qui pe - pén - dit in te ma - gi - ster me - us  
Christus. *Ps.* 109. Dixit Dóminus. p. [1].

2. Antiph. VIII. 1. Be - á - tus André - as \* o - rá - bat, di - cens: Dó -

mi-ne Rex æ-térnæ gló-ri-æ, súsci-pe me pendén-tem in  
 pa-tí-bu-lo. *Ps. 110. Confitébor. p. [1].*

3. Antiph. VIII. 1. André-as Chri-sti fá-mu-lus,\* di-gnus De-i  
 A-pó-sto-lus, ger-má-nus Pe-tri, et in pas-si-ó-ne só-ci-us.  
*Ps. 111. Beátus vir. p. [2].*

4. Antiph. VIII. 1. Má-xi-míl-la \* Chri-sto amá-bi-lis tu-lit cor-  
 pus Apó-sto-li, óptimo lo-co cum a-romá-ti-bus se-pe lí-vit.  
*P. 112. Laudáte púeri. p. [2].*

5. Antiph. VII. 3. Qui perse-que-bán-tur ju-stum,\* demer-sí-sti  
 e-os Dómi-ne in in-fér-no, et in li-gno cru-cis dux ju-  
 sti fu-í-sti. *Ps. 116. Laudáte. p. [3].*

*Capitulum. Rom. 10. b.*

**F**ratres: Corde enim créditur ad justitiam, ore autem conféssio  
 fit ad salútem. Dicit enim Scriptúra: Omnis, qui credit in  
 illum, non confundétur.

*Hymn. Exsúltet orbis. p. [3]. V. In omnem terram. p. [4].*

Ad Magnificat  
 Antiph. I. 1. Ú-nus ex du-ó-bus,\* qui se-cú-ti sunt Dó-  
 mi-num, e-rat André-as, fra-ter Simó-nis Pe-tri, al-le-

lú-ja. *Cant. Magnificat. p. 27.*

*Orat. ad Laud. Si venerit in Adventu, fit comm. Feriæ occurr.*

### Ad Laudes, et per Horas.

*Ant. Salve cruz. cum reliq. p. 367. Ps. de Dom. p. 1. Capit. ut supra.*  
*Hymn. Exsúltet orbis. p. [3]. V. Annuntiavérunt. p. [5].*

Ad Benedictus  
 Antiph. VII. 3. Con-cé-de no-bis \* hó-mi-nem justum, redde  
 no-bis hó-mi-nem sanctum: ne in-ter-ff-ci-as hó-mi-nem De-o  
 ca-rum, justum, man-sué-tum, et pi-um. *Cant. Bened. p. 7.*

*Oratio.*

**M**ajestátem tuam Dómine suppliciter exorámus: ut sicut Ec-  
 clésiæ tuæ beátus Andréas Apóstolus éxstitit prædicátor et  
 rector; ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dñm.  
*Fit commem. Feriæ in Adventu.*

### Ad Tertiam.

*Capit. Fratres: Corde. p. 368. R. br. In omnem terram. p. [5].*

### Ad Sextam.

*Capitulum. Rom. 10. c.*

**N**on enim est distinctio Judæi et Græci: nam idem Dóminus  
 ómnium, dives in omnes, qui invocant illum. Omnis enim,  
 quicumque invocáverit nomen Dómini, salvus erit.

*R. br. Constitúes eos. p. 20\*.*

### Ad Nonam.

*Capitulum. Rom. 10. c.*


**I**saias enim dicit: Dómine quis crédidit auditui nostro? Ergo  
 fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico:  
 Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit  
 sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

*R. br. Nimis honoráti. p. [6].*

### In II. Vesperis.

*Ant. et Capit. ut in I. Vesp. Ps. ut in II. Vesp. de Comm. Apost. p. [6].*  
*Hymnus. Exsúltet. p. [3]. V. Annuntiavérunt. p. [8].*

Ad Magnificat  
 Antiph. I. 1. Cum perve-nís-set \* be-á-tus André-as



ad lo-cum, u-bi crux pa-rá-ta e-rat, exclamá - vit et di-  
 xit: O bo-na crux, di - u de-si-de-rá-ta, et jam concu-pi-  
 scénti á-nimo præ-pa-rá-ta: se-cú-rus et gau-dens vé-ni - o  
 ad te, i - ta et tu exsúl-tans sus-ci-pi - as me di-sci - pu-  
 lum e - jus, qui pe-pén-dit in te. *Cant. Magnificat. p. 27.*  
*In Adventu commem. Ferie.*

### Festa Decembris.

*Ante Adventum prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum.*

#### Die 2. S. Bibianæ Virg. et Mart.

*Semiduplex.*

*Oratio.*

Deus ómnium largitor bonórum, qui in fámula tua Bibiána cum virginitátis flore martýrii palmam conjunxísti: mentes nostras ejus intercessióne tibi caritate conjunge; ut amótiis periculis præmia consequámur æténa. Per Dóminum.

*Et fit commem. Ferie in Adventu.*

*Vesp. de sequ. cum commem. præced. et Fer.*

#### Die 3. S. Francisci Xaverii Confessoris.

*Duplex.*

*Oratio.*

Deus, qui Indiárum Gentes beáti Francisci prædicatióne et miráculis Ecclésiæ tuæ aggregáre voluísti: concéde propítius; ut cujus gloriósa mérita venerámur, virtútum quoque imitémur exémpa. Per Dóminum.

*Et fit commem. præced. Ant. Veni sponsa. p. [43]. V. Diffúsa est. ibid. Postea Ferie. Vesp. a Capit. de sequ., comm. præced. et Ferie, ac S. Barbaræ Virg. et Mart.*

#### Die 4. S. Petri Chrysologi Ep., Conf. et Eccl. Doct.

*Duplex. (m. t. v.)*

*In utrisque Vesp. ad Magnif. Ant. O Doctor . . . beáte Petre Chrysólogo. p. [29].*

*Oratio.*

Deus, qui beátum Petrum Chrysólogum Doctórem egrégium, divínitus præmonstrátum, ad regéndam et instruéndam Ecclésiám tuám éligi voluísti: præsta quæsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

*Deinde fit comm. præc. Ant. Hic vir despiciens. V. Justum. p. [38]. Postea Ferie et S. Barbaræ V. et M. Ant. Veni sponsa. V. Spécie. p. [40]. Oratio. Deus, qui . . . ut qui beátæ Bárbaræ Virginitis et Mártiris tuæ natalítia. p. [46]. In Laud. fit commem. Ferie et S. Barbaræ. Ant. Simile est. p. [42]. V. Diffúsa est. p. [41]. In II. Vesp. fit comm. Ferie et sequ.*

#### Die 5. Commemoratio S. Sabbæ Abbatis.

*Ant. Similábo eum. V. Amávit eum. p. [34]. Oratio. Intercéssio nos. p. [37]. In Laud. Ant. Euge serve bone. V. Justum dedúxit. p. [37].*

#### Die 6. S. Nicolai Episc. et Conf.

*Duplex.*

*Oratio.*

Deus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decorásti miráculis: tríbue quæsumus; ut ejus méritis et précibus a gehénnæ incendiis liberémur. Per Dóminum.

*Deinde comm. Ferie. Vesperæ a Capit. de sequ. cum comm. præced. et Ferie.*

#### Die 7. S. Ambrosii Ep., Conf. et Eccl. Doct.

*Duplex. (m. t. v.)*

*Ant. ad Magnif. O Doctor . . . beáte Ambrósi. p. [28]. Orat. Deus, qui pópulo. p. [31]. Et fit comm. præc. Ant. Amávit eum. V. Justum dedúxit. p. [33]. Postea de Ferie. De Vigília Immacul. Concept. B. M. V. nihil fit, nisi in Missa. Vesp. de sequ. comm. Ferie tantum.*

#### Die 8. Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ V.

*Duplex 1. classis.*

*In I. Vesperis.*

1. Antiph.  I. 4. O-ta pul-chra es, Ma-ri - a, \* et má-  
 cu-la o-ri-gi-ná-lis non est in te. *Ps. 109. Dixit. p. [1].*

2. Antiph.  IV. 1. Vestiméntum tu - um \* cán-di-dum qua-si nix,  
 et fá-ci-es tu - a sic - ut sol. *Ps. 112. Laudáte. p. [2].*

3. Antiph. V. Tu gló-ri-a Je-rú-sa-lem, \* tu læ-tí-ti-a

Is-ra-el, tu ho-no-ri-fi-cén-ti-a pó-pu-li-no-stri.

Ps. 121. Lætátus sum. p. [55].

4. Antiph. VII. 2. Be-ne-dí-cta es tu, \* Vir-go Ma-rí-a, a

Dó-mi-no. De-o ex-cél-so præ ó-mni-bus mu-li-é-ri-bus su-  
per ter-ram. Ps. 126. Nisi Dóminus. p. [55].

5. Antiph. VIII. 1. Tra - - he nos, \* Vir-go im-ma-cu-lá-ta, post

te curré-mus in o-dó-rem unguentó - rum tu - ó-rum.

Ps. 147. Lauda. p. [56].

Capitulum.

Prov. 8. c.

Dóminus possédit me in initío viárum suárum, ántequam quid-  
quam fáceret a principio. Ab ætérno ordináta sum, et ex  
antíquis, ántequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego  
jam concépta eram. Hymnus. Ave maris stella. p. [56].

Ÿ. Immaculáta Concéptio est hódie sanctæ Mariæ Virgínis.  
R. Quæ serpéntis caput virgíneo pede contrívit.

Ad Magnificat Antiph. VIII. 1. Be-á-tam me di-cent \* o-mnes ge-ne-ra-

ti-ó-nes, qui-a fe-cit mi-hi ma-gna qui po-tens est, al-

le-lú-ja. Cant. Magnificat. p. 27.

Orat. ut infra ad Laud. Deinde fit commem. Feriæ tantum.

Ad Laudes, et per Horas.

Ant. Tota pulchra es. p. 371. Ps. de Dom. p. 1. Capit. Dóminus pos-  
sédit. ut supra. Hymnus. Ó gloriósa, p. [58]. Ÿ. Immaculáta. ut supra.

Ad Benedictus Antiph. II. A-it Dó-mi-nus De-us \* ad ser-pén-tem:

I-ni-mi-ci-ti-as po-nam in-ter te et mu-lí-e-rem, et

se-men tu-um et se-men il-lí-us: ip-sa cón-te-ret ca-

put tu-um, al-le-lú-ja. Cant. Benedictus. pag. 7.

Oratio.

Deus, qui per Immaculátam Virgínis Conceptionem dignum Fílio  
tuo habitáculum præparásti: quæsumus; ut qui ex morte  
ejúsdem Fílio tui prævisa, eam ab omni labe præservásti, nos  
quoque mundos ejus intercessióne ad te pervenire concédas.  
Per eúndem Dóminum. Et fit commem. Feriæ.

Ad Primam.

Ant. Tota pulchra. p. 371. In R. br. Ÿ. Qui natus es. p. [59].  
etiam per totam Octavam. Lect. br. Signum magnum. p. 374.

Ad Tertiam.

Ant. Vestiméntum. p. 371. Capit. Dóminus possédit. p. 372.

R. br. De-us o-mní-po-tens \* Præ-cín-xit me vir-tú-te. Deus.

Ÿ. Et pó-su-it im-ma-cu-lá-tam vi-am me-am. Præcínxit.  
Glória Patri. p. 20\*. Deus omnipotens.

Ÿ. In hoc cognóvi quóniam voluísti me.  
R. Quóniam non gaudébit inimicus meus super me.

Ad Sextam.


Ant. Tu glória Jerúsalem. p. 372.

Capitulum.

Ezech. 44.

Porta hæc clausa erit, non aperiétur, et vir non intrábit per  
eam, quóniam Dóminus Deus Israël ingressus est per eam:  
erítque clausa Principi. Princeps ipse sedébit in ea.

R. br. In hoc cog-nó-vi \* Quó-ni-am vo-lu-í-sti me. In hoc.



V. Quó-ni-am non gau-dé-bit i-ni-mi-cus me-us su-per me.  
 Quóniam. Glória Patri. p. 20\*. In hoc.  
 V. Exaltábo te Dómine, quóniam suscepisti me.  
 R. Nec delectásti inimícos meos super me.


Ad Nonam.

Ant. Trahe nos. p. 372.


Capitulum.

Apoc. 12.

Signum magnum appáruit in caelo: Múlier amícta sole, et luna  
 sub pédibus ejus, et in cápite ejus coróna stellárum duódecim.



R. br. Ex-al-tá-bo te Dó-mi-ne,\* Quó-ni-am sus-ce-pí-sti me.  
 Exaltábo.




V. Nec de-le-ctá-sti in-i-mi-cos me-os su-per me. Quóniam.  
 Glória Patri. p. 20\*. Exaltábo.  
 V. Immaculáta Concéptio tua Dei Génitrix Virgo.  
 R. Gáudium annuntiávit univérso mundo.

In II. Vesperis.


Omnia ut in I. Vesperis. pag. 371.

Ad Magnificat


Antiph. VIII. 1. Hó-di-e \* e-grés-sa est vir-ga de ra-di-ce



Jes-se: hó-di-e si - ne ul-la pec-cá-ti la-be con-cé-pta



est Ma-rí-a: hó-di-e con-trí - tum est ab e - a ca - put



ser-pén - tis an - tiqui, al - le - lú - ja. Cant. Magnificat. p. 27

Et fit commemoratio Feriæ.

Die 9. Decembris.

Secunda die infra Octav. Immaculat. Concept. B. M. V.

In Laud. comm. Feriæ. In Vesp. comm. Feriæ et S. Melchiadis Pap. Mart. Ant. Iste sanctus. V. Glória. p. [10]. Orat. Infirmítatem. p. [12].

Die 10. Decembris.

Tertia die infra Octav. Immaculat. Concept. B. M. V.

In Laud. fit commem. Feriæ, ac S. Melchiadis Pap. et Mart. Ant. Qui odit ánimam. V. Justus ut palma. p. [12]. Vesperæ a Capit. de sequ. cum commem. Oct. et Feriæ.

Die 11. S. Damasi Papæ et Conf.

Semiduplex.

Oratio.

Exáudi Dómine preces nóstas: et interveniénte beáto Dámaso Confessóre tuo atque Pontífice, indulgéntiam nobis tribue placátus et pacem. Per Dóminum.

Commem. Octavæ et Feriæ, etiam in Laud. Vesp. a Capit. de Oct. cum comm. S. Damasi. Ant. Dum esset. p. [34]. V. Justum. p. [33]. Postea Feriæ.

Die 12. Decembris.

Quinta die infra Octav. Immaculat. Concept. B. M. V.


In Laud. fit comm. Feriæ. Vesp. de sequ. cum comm. Octav. et Feriæ.

Die 13. S. Luciæ Virg. et Mart.


Duplex.

Omnia de Communi Virg. præter sequ.

In I. Vesperis.


1. Antiph. VII. 5.  - Rán - te san-cta Lú-ci-a, \* ap-pá-

ru-it e - i be-á-ta A-ga-tha, et conso-la-bá-tur an-cíl - lam




Chri-sti. Ps. 109. Dixit Dóminus. p. [1].

2. Antiph. VII. 3. Lú-ci-a vir-go, \* quid a me pe-tis, quod




ip-sa pót-e-ris præ-stá-re con-tí-nu-o ma - tri tu-æ?



Ps. 112. Laudáte, púeri. p. [2].

3. Antiph. VIII. 1. Per te Lú-ci-a virgo \* cí-vi-tas Sy-ra-cu-sá-na



de-co-rá-bi-tur a Dó-mi-no Je-su Christo. Ps. 121. Lætátus. [55].

4. Antiph. VIII. 1. Be-ne-dí-co te \* Pa-ter Dó-mi-ni me-i Je-su



Chri-sti, qui-a per Fy-li-um tu-um i-gnis ex-stinctus est a  
lá - te-re me-o. *Ps. 126. Nisi Dóminus. p. [55].*

5. Antiph. VIII. 1. So-ror mé-a Lú-ci-a, \* vir-go De-o de-  
vó - ta, quid a me pe - tis, quod ip-sa pót-e-ris præ-  
stá-re con-tí-nu-o ma-tri tu-æ? *Ps. 147. Lauda. p. [56].*

*Capit. Fratres: Qui gloriátur. p. [39]. Hymn. Jesu, coróna. de Comm. Virg. p. [39]. V. Spécie tua. p. [40].*

Ad Magnificat Antiph. I. 1. In tu-a pa-ti-én-ti-a \* posse-dí-sti á-ni-  
mam tu-am, Lú-ci-a sponsa Christi: o-dí-sti quæ in mun-  
do sunt, et co-rú-scas cum Ange-lis: sán-gui-ne própri-o  
i-ni-mi-cum vi-cí-sti. *Cant. Magnificat. p. 27.*  
*Oratio ad Laud. p. 377. Et fit comm. Oct. et Feriæ.*

**Ad Laudes, et per Horas.**

*Ant. ut in I. Vesp. Ps. de Domin. p. 1. Capit. Fratres: Qui gloriátur. p. [39]. Hymnus de Comm. Virg. p. [39]. V. Diffusa est. p. [41].*

Ad Benedictus Antiph. I. 1. Co-lú-mna es im-mó-bi-lis, \* Lú-ci-a  
sponsa Christi: qui-a omnis plebs te ex-spé-ctat, ut accí-pi-  
as co-ró-nam vi-tæ, al-le-lú-ja. *Cant. Benedictus. p. 7.*

**Oratio.**

**E**xáudi nos Deus salutáris noster: ut sicut de beátæ Lúciæ Virginis et Mártiris tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devo-tiónis erudiámur affectu. Per Dóminum. *Commem. Oct. et Feriæ. Ad Horas Ant. ex Laudibus. Capit. et R. br. de Comm. Virg. p. [42].*

**In II. Vesperis.**

*Omnia ut in I. Vesp. præter: V. Diffusa est. pag. [43].*

Ad Magnificat Antiph. VII. 1. Tan-to pón-de-re e-am fi-xit \* Spí-ri-tus san-  
ctus, ut vir-go Chri-sti im-mó-bi-lis per-ma-né-ret.

*Cant. Magnificat. p. 27. Commemoratio Octavæ et Feriæ.*

*Quando festum S. Lucie incidit in Dominica III. Adventus, de eo fit tantum commem. in utrisque Vesp. et Laud.*

Die 14. Decembris.

Septima die infra Oct. **Immaculat. Concept. B. M. V.**  
*Semiduplex.*

*In Laud. commem. Feriæ. Ad Vesperas duplex. Omnia ut in I. Vesp. Festi p. 371. cum commem. Feriæ. Si dies Octav. Immac. Concept. B. M. V. incidit in Dom. III. Adv., fit Offic. de Domin. hoc modo: Vesp. in Sabbato præced. dicunt. de Feria ut in Psalt., p. 28, et a Capit. fit de Domin. cum commem. diei Octavæ, ut in I. Vesp. Festi, sine Suffrag. consuetis et Precibus.*

*Sequenti die fit de Dominica prædicta, cum comm. Oct. in Laudibus et II. Vesperis.*

Die 15. Octava Immaculat. Concept. B. M. V.  
*Duplex.*

*Omnia ut in Festo p. 371. In II. Vesp. fit comm. sequ. et Feriæ.*

Die 16. **S. Eusebii Episc. et Mart.**  
*Semiduplex.*

*Ant. Iste sanctus. V. Glória et honóre. p. [10]. Orat. Deus, qui. p. [12]. Et fit comm. Feriæ. De Vigil. S. Thomæ Apost. nihil fit nisi in Missa.*

Die 21. **S. Thomæ Apostoli.**  
*Duplex 2. classis.*

*Ad Magnificat in utrisque Vesp., et ad Bened. in Laud.*

Antiph. VIII. 1. Qui-a vi-dí-sti me, Thoma, \* cre-di-dí-sti: be-á-ti  
qui non vidérunt, et cre-didérunt, al-le-lú-ja. *Cant. Magnificat. p. 27. Cant. Benedictus. p. 7.*

## Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, beáti Apóstoli tui Thomæ solemnítatibus gloriári: ut ejus semper et patrocínii sublevémur, et fidem congrua devotióne sectémur. Per Dóminum.

*Pro commem. Adv., Ant. O clavis. p. 63. Si autem transf. in Fer. II., Ant. O briens. p. 63. In Laud. pro comm. Adventus. Ant. Nolite timere. p. 64. V. Vox clamantis. p. 50. Oratio ut in Adventu. Si hoc festum transferatur, tunc Ant. Nolite dic. ad Bened. in Domin. loco Ant. Ave Maria; et in Officio S. Thomæ pro comm. Adv. ponit. Ant. Fer. ii. Dicit Dñs. p. 69.*

## Festa Januarii.

*Prima die non impedita dicitur Offic. Defunctorum.*

## Die 11. S. Hygini Papæ et Mart.

*Fit commem. infra Octavam Epiphaniæ. Ad Vesp. Ant. Iste sanctus. V. Glória et honore. p. [10]. Orat. Infirmitatem. p. [12]. Ad Laud. Ant. Qui odit. V. Justus ut palma. p. [12].*


## Dominica II. post Epiphaniam.

## Festum Sanctissimi Nominis Jesu.

*Duplex 2. classis.*

*Occurrente Domín. Septuag. reponitur hoc festum in diem 28. Jan., tanquam in sedem propriam, (transl. quocumque alio festo, si alicubi occurrat et transferri valeat, nisi sit altioris ritus) et fit de S. Agnete secundo comm. in Laud. tant. De festo Duplici minori vel de Semidupl. occurrente fit tantum commem. in utrisque Vesperis et Laudibus. Sed advertendum est, quod in fine V. V., R. R. et Ant. omittendum erit Allelúja, similiter et in R. R. br. Horarum.*

## In I. Vesperis.

1. Antiph. VIII. 1.  - Mnis \* qui invocá-ve-rit no-men

Dó - mi - ni, sal - vus e - rit. Ps. 109. Dixit Dóminus. p. [1].

2. Antiph. VII. 2. Sanctum et ter-rí-bi-le \* no-men e - jus, in-

i - ti - um sa-pi - én - ti - æ ti - mor Dó - mi - ni.

Ps. 110. Confítebor. p. [1].

3. Antiph. I. 1. E-go au-tem \* in Dó-mi-no gau-dé - bo,

et ex-sul-tá-bo in De-o Je-su me - o. Ps. 111. Beátus. p. [2].

4. Antiph. IV. 1. A so-lis ortu \* usque ad occá-sum laudá-

bi-le nomen Dó - mi-ni. Ps. 112. Laudáte. p. [2].

5. Antiph. II. Sacri-fi-cá-bo \* hó-sti - am lau-dis, et nomen

Dó - mi - ni in - vo - cá - bo. Ps. 115. Crédidí. p. [7].

## Capitulum.

## Philipp. 2.

**F**ratres: Christus humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nómine Jesu omne genu flectátur.

Hymnus. I. 1. Je-su dul-cis me-mó-ri-a, \* dans ve-ra cor-

dis gau - di - a: sed su-per mel, et ómni - a, e - jus dul-cis

præ-sén-ti - a. 2. Nil cá-ni - tur su - á - vi - us, nil audí - tur ju-

cún - di - us, nil co - gi - tá - tur dúl - ci - us, quam Je - sus

De - i Fí - li - us. 3. Je-su, spes pe-ni - tén - ti - bus, quam

pi - us es pe - tén - tibus! Quam bo-nus te quæren-ti - bus! Sed

quid in-ve-ni - én - ti - bus? 4. Nec lingua va - let dí - ce - re,

nec lit-te-ra expri - me-re: ex-pér-tus pot-est cré-de-re, quid  
sit Je-sum di-li - ge-re. 5. Sis Je-su no-strum gáu-di - um,  
qui es fu-tú-rus præ-mi-um: sit nostra in te gló-ri - a,  
per cuncta sem-per sæ - cu - la. A - men.  
V. Sit nomen Dómini benedictum, allelúja.  
R. Ex hoc nunc, et usque in sæculum, allelúja.

Ad Magnificat  
Antiph.  
I. 3. Fe-cit mi-hi ma-gna \* qui po-tens est, et san-  
ctum no - men e - jus, al - le - lú - ja. *Cant. Magnificat. p. 27.*  
*Oratio ad Laudes. p. 382. Deinde fit commem. Domin. II. post Epiph.*  
*Ant. Suscepit. V. Vespertina. p. 32.*

*Oratio.*

Omnipotens sempitérne Deus, qui cœlestia simul et terréna moderáris: supplicatiónes pópuli tui cleméter exáudi, et pacem tuam nostris concéde temporibus. Per Dóminum.

*Ad Complet. et per Horas diei Hymni cantantur in Tono et terminantur ut supra p. 74.*

## Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph.  
I. 2. O-le - um ef-fú-sum \* no-men tu - um, id-  
e - o ad-o-lescén-tu-læ di-le-xé-runt te. *Ps. 92. Dñs. p. 1.*

2. Antiph.  
VIII. 1. Sci-tó - te, \* qui - a Dó - mi-nus ip-se est  
De - us, cu-jus no-men in æ-tér - num. *Ps. 99. Jubiláte. p. 1.*

3. Antiph.  
VI. Si-ti-vit \* á-ni-ma me - a ad no-men sanctum

tu - um Dó - mi-ne. *Ps. 62 et 66. p. 1 et 2.*

4. Antiph.  
III. 1. Bene-dí-ctum \* no-men gló-ri - æ tu - æ san-  
ctum, et laudá - bi - le, et su-per-ex-al - tá - tum in sæ - cu-la.  
*Cant. Benedicite. p. 2.*

5. Antiph.  
VIII. 1. Jú - ve-nes \* et vir-gi-nes, se-nes cum ju-ni-  
ó - ribus laudá-te nomen Dó - mi-ni, qui - a ex-al-tá-tum est  
no-men e - jus so - lí - us. *Ps. 148-150. p. 3 et 4.*  
*Capit. Fratres: Christus. ut supra p. 379.*

Hymnus.  
I. Je-su de-cus an-gé - li-cum, \* in aure dulce  
cán - ti-cum, in o-re mel mi-rí - fi-cum, in corde ne-ctar  
cœ-licum. 2. Qui te gu-stant, e-sú-ri-unt; qui bi-bunt, adhuc  
sí - ti-unt; de - side-rá-re né-sci - unt, ni-si Je - sum, quem  
dí - ligunt. 3. O Je-su mi dul-cís-si-me, spes su-spi-rán-tis  
á - ni-mæ! te quæ-runt pi - æ lá-cri-mæ, te cla-mor men-  
tis ín-ti-mæ. 4. Ma-ne no-bís-cum, Dó-mi-ne, et nos il-lú-






¶ Adjutórium nostrum in nómine Dómini.  
R. Qui fecit cælum et terram.

Ad Benedictus

Antiph.  
VIII. 1.

De-dit se, \* ut li-be-rá-ret pó-pu-lum, et ac-



Cant. Benedictus. p. 7.

Oratio.

Deus, qui unigénitum Fílium tuum constituísti humáni géneris Salvatórem, et Jesum vocári jussísti: concéde propítius; ut, cujus sanctum nomen venerámur in terris, ejus quoque aspéctum perfruámur in cælis. Per eúndem Dóminum.

Deinde fit commem. Dominicæ. Ant. Núptiæ. ¶ Dóminus regnávít. p. 126. Oratio. Omnípotens. ut supra p. 380.

Ad Primam.

Ant. Oleum effúsum. p. 380. In R. br. ¶ Qui natus es. p. 97.  
Lect. br. Omne quodcúmque. p. 383.

Ad Tertiam.


Ant. Scitóte. p. 380. Capit. Fratres. p. 379.

R. br. Ton. p. 21\*. Sit nomen Dómini benedictum, \* Allelúja, allelúja. Sit nomen. ¶ Ex hoc nunc, et usque in sæculum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Sit nomen.

¶ Afférte Dómino glóriam et honórem, allelúja.  
R. Afférte Dómino glóriam nómini ejus, allelúja.

Post Septuagesimam:

R. br. Sit nó-men Dó-mi-ni \* Be-ne-dí-ctum. Sit nomen.



¶ Ex hoc nunc, et usque in sæ-cu-lum. Benedictum.  
Glória Patri. p. 20\*. Sit nomen. ¶ Afférte. (sine Allelúja.)

Ad Sextam.

Ant. Sitívit ánima mea. p. 380.

Capitulum.

Philipp. 2. b.

In nómine Jesu omne genu flectátur cælestium, terréstrium, et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

R. br. Ton. p. 21\*. Afférte Dómino glóriam et honórem, \* Allelúja, allelúja. Afférte. ¶ Afférte Dómino glóriam nómini ejus. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Afférte.

¶ Magnificáte Dóminum mecum, allelúja.

R. Et exaltémus nomen ejus in idípsum, allelúja.

Post Septuagesimam:

R. br. Af-fér-te Dó-mi-no gló-ri-am \* Et ho-nó-rem. Afférte.

¶ Af-fér-te Dó-mi-no gló-ri-am nó-mi-ni e-jus. Et honórem. Glória Patri. p. 20\*. Afférte Dómino. ¶ Magnificáte. (sine Allelúja.)

Ad Nonam.

Ant. Júvenes et vírgines. p. 381.

Capitulum.

Col. 3. c.

Omne quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere: ómnia in nómine Dómini Jesu Christi fácite, grátias ágéntes Deo et Patri per ípsum.

R. br. Ton. p. 21\*. Magnificáte Dóminum mecum, \* Allelúja, allelúja. Magnificáte. ¶ Et exaltémus nomen ejus in idípsum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Magnificáte.

¶ Adjutórium nostrum in nómine Dómini, allelúja.

R. Qui fecit cælum et terram, allelúja.

Post Septuagesimam:

R. br. Mag-ni-fi-cá-te Dó-mi-num \* Me-cum. Magnificáte.

¶ Et ex-al-té-mus no-men e-jus in id-íp-sum.

Glória Patri. p. 20\*. Mecum. Magnificáte.

¶ Adjutórium. (sine Allelúja.)

## In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis. p. 378. præter

Ad Magnificat  
Antiph.  
I. i. Vo-cá-bis \* no-men e-jus Je-sum: ip-se

e-nim sal-vum fá-ci-et pópu-lum su-um a pec-cá-tis

e-ó-rum, al-le-lú-ja. Cant. Magnificat. p. 27.

Et fit commem. Domin. Ant. Deficiente vino. V. Dirigatur. p. 126.

## Die 14. S. Hilarii Episc., Conf. et Eccl. Doct.

Duplex. (m. t. v.)

In utrisque Vesperis ad Magnif. Antiph. O Doctor... beáte Hilári.  
V. Amávit eum. p. [28]. Orat. Deus, qui. p. [31]. Et fit commem. S. Felicis  
Presb. et Mart. Ant. Iste sanctus. V. Glória et honóre. p. [10].

Oratio.

Concéde quæsumus omnipotens Deus: ut ad meliorem vitam  
sanctorum tuorum exempla nos provocent: quatenus quorum  
sollemnia ágimus, etiam actus imitemur. Per Dóminum.

In Laud. pro S. Felice. Ant. Qui odit. V. Justus ut palma. p. [12].  
Vesp. a Cap. de sequ., comm. præc. ac S. Mauri Abb.

## Die 15. S. Pauli primi Eremitæ et Conf.

Duplex. (m. t. v.)

Orat. Deus, qui nos. p. [37]. Comm. S. Hilarii. Ant. O Doctor. p. [28].  
V. Elégit eum. p. [32]. Orat. Deus, qui. p. [31]. Deinde S. Mauri Abbát.  
Ant. Euge serve. p. [37]. V. Justum deduxit. p. [36]. Sed si festum S. Pauli  
alia die celebretur, non variantur Ant. et V. V., sed dic. ut in eod. Communi.  
Orat. Intercéssio. p. [37]. In Laud. pro commem. S. Mauri Abb. Ant. Simi-  
lábo. V. Amávit. p. [34]. In II. Vesperis commem. sequ.

## Die 16. S. Marcelli Papæ et Mart.

Semiduplex.

Ant. Iste sanctus. V. Glória et honóre. p. [10].

Oratio.

Preces pópuli tui, quæsumus Dómine, cleméner exáudi: ut beáti  
Marcélli Mártiris tui atque Pontificis méritis adjuvémur, cujus  
passióne lætámur. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti commem. præced.

## Die 17. S. Antonii Abbatis.

Duplex.

Orat. Intercéssio. p. [37]. Deinde fit commem. S. Marcelli. Ant. Qui  
vult. V. Justus ut palma. p. [14]. Vesp. de sequ. cum comm. ut infra.

## Die 18. Cathedræ S. Petri, qua Romæ primum sedit.

Duplex majus.

## In I. Vesperis.

Ant., Ps., Capit. et alia hic non propr. de Comm. Conf. Pont. p. [27].

Hymnus.  
IV. 1. Quodcúmque in or-be né-xi-bus re-vín-xe-ris, \* e-

rit re-víctum Petre in ar-ce si-de-rum: et quod re-sól-vit hic  
po-téstas trá-di-ta, e-rit so-lú-tum cœ-li in al-to vér-ti-ce:

in fi-ne mun-di ju-di-cá-bis sæ-cu-lum. 2. Patri per-én-ne sit

per ævum gló-ri-a, ti-bí-que lau-des conci-ná-mus in-cly-tas,  
æ-térne Na-te, sit su-pér-ne Spi-ri-tus ho-nor ti-bi, de-cús-

que: sancta jú-gi-ter lau-dé-tur omne Trí-ni-tas per sæ-  
cu-lum. A-men.

V. Tu es Petrus.

R. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam.

Ad Magnificat  
Antiph.  
I. i. Tu es pastor ó-vi-um, \* princeps A-po-sto-

ló-rum, ti-bi trá-di-tæ sunt cla-ves re-gni cœ-ló-rum.

Cant. Magnificat. p. 27.

Compend. Antiph. et Brev. Rom.

## Oratio.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávis regni cœléstis, ligándi atque solvéndi pontificium tradidísti: concéde; ut intercessiónis ejus auxílio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur: Qui vivis et regnas.

*Deinde fit commem. S. Pauli ante quascumque alias commem. etiam Festi Dupl. aut Domin. Quod et servatur in commem. S. Petri, quæ fit in Festis S. Pauli.*

Antiph.  Sancte Pau-le A-posto-le, præ-di-cá-tor ve-ri-tá-tis, et Do-ctor Gén-ti-um, in-ter-cé-de pro no-bis ad De-um, qui te e-lé-git.

℣. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole.  
℞. Prædicátor veritátis in unívsero mundo.

## Oratio.

Deus, qui multitudinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatiónem docuísti: da nobis quæsumus; ut cujus commemoratiónem cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus.


*Postea fit comm. S. Antonii. Ant. Hic vir. ℣. Justum. p. [38].  
Postremo S. Priscæ. Ant. Veni sponsa. ℣. Spécie. p. [40].*


## Oratio.

Da quæsumus omnipotens Deus: ut qui beátæ Priscæ Virginis et Mártiris tuæ natalítia cólimus; et ánnua solemnité lætémur, et tantæ fidei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

## Ad Laudes.

Hymnus.  IV. 1. Be-á-te pastor Pe-tre clemens ác-ci-pe \* vo-ces præ-cántum, cri-mi-númque vín-cu-la ver-bo re-sólve, cui po-té-stas trá-di-ta a-pe-rí-re ter-ris cœlum, a-pér-tum cláu-de-re. 2. Sit Tri-ni-tá-ti sem-pi-tér-na gló-ri-a, ho-nor, po-té-stas, atque ju-bi-lá-ti-o, in u-ni-tá-te, quæ gubér-

 nat omni-a, per u-ni-vér-sa æ-terni-tá-tis sæ-cu-la. A-men.  
℣. Exáltent eum in ecclésia plebis.  
℞. Et in cáthedra seniórum laudent eum.

Ad Benedictus  Antiph. VIII. 1. Quodcúmque \* li-gá-ve-ris super ter-ram, e-rit li-gá-tum et in cœ-lis: et quodcúmque sólve-ris su-per ter-ram, e-rit só-lú-tum et in cœ-lis: di-cit Dó-mi-nus Si-mó-ni Pe-tro. *Cant. Benedictus. p. 7.*

*Orat. Deus, qui beáto. p. 386. Deinde fit commem. S. Pauli. ibidem. Postea S. Priscæ. Ant. Símile. p. [42]. ℣. Diffúsa. p. [41]. Oratio. Da quæsumus. p. 386.*

## In II. Vesperis.

*Ant., Ps. et Capit. de Comm. Conf. Pont. p. [33]. Hymnus. Quodcúm-que. p. 385.*

℣. Elégit te Dóminus sacerdotem sibi.

℞. Ad sacrificándum ei hóstiám laudis.

*Ad Magnif. Ant. Dum esset. p. [34]. Postea fit comm. S. Pauli. p. 386. Deinde S. Canuti Reg. et Mart. necnon Ss. Marii et Soc. Mart.*

## Die 19. S. Canuti Reg. et Mart.

*Semiduplex ad libitum.*

*Si venerit in Domin., vel in die infra aliquam Octavam, omittitur. Ant. Iste sanctus. ℣. Glória et honóre. p. [10].*

## Oratio.

Deus, qui ad illustrándam Ecclésiám tuam, beátum Canútum regem mártýrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es: concéde propítius; ut, sicut ipse Dominicæ passiónis imitátor fuit, ita nos per ejus vestigia gradiétes, ad gáudia sempitérna pervenire mereámur. Per eúmdem Dóminum.

*Pro commem. Ss. Marii, Marthæ, Audifacis, et Abachum Mart. Ant. Istórum. ℣. Lætámini. p. [21].*

## Oratio.

Exáudi Dómine pópulum tuum cum sanctórum tuórum patrocínio supplicántem: ut et temporális vitæ nos tríbuas pace gaudere, et æternæ reperire subsidium. Per Dóminum.

In Laud. pro commem. Ss. Marii et Soc. Mart. Ant. Vestri capilli.  
 V. Exsultabunt. p. [24]. Vesperæ de sequ. cum commem. præced.

### Die 20. Ss. Fabiani et Sebastiani Martyrum.

Duplex.

Oratio.

Infirmi-tatem nostram respice, omnipotens Deus: et quia pondus  
 propriæ actionis gravat, beatorum Mártirum tuorum Fabiani  
 et Sebastiani intercessio gloriósa nos próte-gat. Per Dóminum.

Et fit commem. præc. Ant. Qui vult. V. Justus. p. [14].  
 Vesp. a Capit. de sequ. cum commem. præced.

### Die 21. S. Agnetis Virg. et Mart.

Duplex.

Quando I. Vesp. dicendæ sunt integræ, Ant. de Laud. Ps. ut in I. Vesp.  
 de Comm. Apost. p. [1]. Capit. Confitebor tibi. p. [44].  
 Hymnus. Jesu coróna. p. [39]. V. Spécie tua. p. [40].

Ad Magnificat

Antiph.

VIII. 1.

Be-á-ta Agnes \* in mé-di-o flam-má-

rum expán-sis má-ni-bus o-rá-bat: Te dé-pre-cor omni-po-

tens, ad-o-ránde, co-lénde, Pa-ter me-tu-én - de, qui-a

per sanctum Fí-li-um tu-um e-vá-si mi-nas sa-crí-le-gi

ty-rán-ni, et car-nis spur-cí-ti-as imma-cu-lá-to cal-le

trans-i-vi: et ec-ce vé-ni-o ad te, quem a-má-vi, quem

quæ-sí-vi, quem semper optá-vi. Cant. Magnificat. p. 27.

Oratio ad Laud. Deinde fit commem. Ss. Mm. Fabiani et Sebastiani.  
 Ant. Gaudent in cœlis. p. [27]. V. Exsultabunt. p. [26].

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph.

VII. 1.

Ingrés-sa Agnes \* tur-pi-tú-di-nis lo-cum,

Ange-lum Dó-mi-ni præpa-rá-tum in-ve-nit. Ps. 92. Dñs. p. 1.

2. Antiph.

VII. 1.

Me-cum e-nim há-be-o \* custó-dem cór-po-ris

me-i, Ange-lum Dó-mi-ni. Ps. 99. Jubiláte. p. 1.

3. Antiph.

VII. 1.

Annu-lo su-o \* sub-ar-rhá-vit me Dó-mi-nus

me-us Je-sus Christus, et tamquam sponsam decorá-vit me

co-ró-na. Ps. 62 et 66. p. 1 et 2.

4. Antiph.

VIII. 1.

Be-ne-dí-co te \* Pa-ter Dó-mi-ni me-i Je-su

Christi, qui-a per Fí-li-um tu-um i-gnis exstinctus est a

lá-te-re me-o. Cant. Benedicite. pag. 2.

5. Antiph.

VIII. 1.

Congau-dé-te me-cum, \* et congra-tu-lá-mi-ni,

qui-a cum his ó-mni-bus lú-ci-das se-des ac-cé-pi.

Ps. 148-150. p. 3 et 4. Capit. Confitebor. p. [44].

Hymn. Jesu coróna. p. [39]. V. Diffúsa. p. [41].


Ad Benedictus

Antiph.

I. 1.

Ecce quod concu-pí-vi, \* jam ví-de-o:

quod spe-rá-vi, jam té-ne-o: ipsi sum juncta in cœ-lis, quem

*Oratio.*

Omnípotens sempitérne Deus, qui infirma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas: concéde propítius; ut, qui beátæ Agnétis Vírginis et Mártýris tuæ solénnia cólimus, ejus apud te patrocinia sentiámus. Per Dóminum.

**Ad Primam.**

*Ant.* Ingréssa Agnes. p. 388. *Lect. br.* Laudábit. p. [47].

**Ad Tertiam.**

*Ant.* Mecum enim hábeo. p. 389. *Capit.* Confitébor. p. [44].  
*R. br.* Spécie tua. p. [42].

**Ad Sextam.**

*Ant.* Annulo suo. p. 389. *Capit.* Liberásti me. p. [47].  
*R. br.* Adjuvábít eam. p. [42].

**Ad Nonam.**





*Ant.* Congaudéte mecum. p. 389. *Capit.* Laudábit. p. [47].  
*R. br.* Elégit eam. p. [43].

**In II. Vesperis.**

*Ant. de Laud. Ps. de Dom. p. 23. et loco ultimi Ps. Lauda Jerúsalem. p. 31. Capit. et Hymn. ut in I. Vesp. V. Diffúsa est grátia. p. [41].*

*Ad Magnificat*  
*Antiph.*

I. i. Stans be - á - ta A - gnes \* in mé - di - o flam -



*Deinde fit commemoratio sequentis.*

**Die 22. Ss. Vincentii et Anastasii Martyrum.**

*Semiduplex.*

*Ant.* Istórum. V. Lætámini. pag. [21].

*Oratio.*

A désto Dómine supplicatióibus nostris: ut, qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beatórum Mártýrum tuórum Vincéntii et Anastásii intercessióne liberémur. Per Dóminum.

*Vesp. a Capit. de sequ. comm. præced. et S. Emerentianæ Virg. et Mart.*

**Die 23. S. Raymundi de Pennafort Confessoris.**

*Semiduplex. (m. t. v.)*

*Oratio.*

Deus, qui beatum Raymúndum poeniténtiæ sacraménti insignem místrum elegísti, et per maris undas mirabiliter traduxísti: concéde; ut ejus intercessióne dignos poeniténtiæ fructus fácere, et ad æternæ salútis portum pervenire valeámus. Per Dóminum.

*Deinde fit commemor. Ss. Martyrum Vincentii et Anastasii. Ant.* Gaudent in cœlis. p. [27]. V. Exsultábunt. p. [26].  
*Postea S. Emerentianæ Virg. et Mart. Ant.* Veni sponsa. V. Spécie tua. p. [40]. *Oratio.* Indulgéntiam. *ibid.*  
*In Laudibus. Ant.* Simile. p. [42]. V. Diffúsa est grátia. p. [41].  
*Vesperæ de sequ. comm. præced.*

**Die 24. S. Timothei Episc. et Mart.**

*Duplex.*

*Oratio.* Infirmítatem. p. [12]. *Commem. S. Raymundi. Ant.* Hic vir despiciens. V. Justum. p. [38]. *Vesperæ de sequ. cum commem. assign.*

**Die 25. In Conversione S. Pauli Apostoli.**

*Duplex majus.*

**In I. Vesperis.**

*Ant. et Capit. de Laud. p. 392. Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. p. [1].*



*Capitulum.*




*Act. 9.*



Saulus adhuc spirans minárum, et cædis in discípulos Dómini, accessit ad príncipem sacerdotum, et pétiit ab eo epístolas in Damáscum ad synagógas: ut si quos invenisset hujus viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Jerúsalem.

*Hymnus.*

IV. E - gré - gie Do - ctor Pau - le mo - res in - stru - e,\*



  
 cá-ri-tas. 2. Sit Tri-ni-tá-ti sempi-térna gló-ri-a, honor,  
  
 po-té-stas, atque ju-bi-lá-ti-o, in u-ni-tá-te, quæ gu-bérnat  
  
 ó-mni-a, per u-ni-vér-sa æ-terni-tá-tis sæ-cu-la. A - men.  
 V. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole.  
 R. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Magnificat  
 Antiph.  
 VII. 3. Va-de A-na-ní - a, \* et quæ-re Sau-lum: ecce  
  
  
 e-nim o-rat: qui-a vas e-le-cti-ó-nis est mi-hi, ut portet  
  
 no-men me-um co-ram Gén-ti-bus, et ré-gi-bus, et fí-li-is  
  
 Is-ra-ël. Cant. Magnificat. p. 27.

Oratio.

Deus, qui univérsum mundum beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuisti: da nobis quæsumus; ut qui ejus hódie conversiónem cólimus, per ejus ad te exémp-la gradiámur. Per Dóminum.



Pro commem. S. Petri. Ant. Tu es pastor. V. Tu es Petrus. p. 385.

Oratio.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávis-bus regni cœlestis, ligándi atque solvéndi pontificium tradidisti: concéde; ut intercessiónis ejus auxílio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur: (Qui vivis).

Deinde fit comm. S. Timothei Ep. et M. Ant. Qui vult. V. Justus. p. [13].



Ad Laudes, et per Horas.





1. Antiph.  
 VIII. 1. E-go plan-tá-vi, \* A-pól-lo ri-gá-vit, De-us  
  
  
 autem increméntum\*) de-dit, al-le-lú-ja. Ps. 92. Dñs. p. 1.


\*) Post Septuag. terminatur:

  
 de-dit.

2. Antiph.  
 VIII. 1. Li-bén-ter glo-ri-á-bor \* in in-firmi-tá-tibus  
  
  
 me-is, ut in-há-bi-tet in me vir-tus Chri-sti.  
  
 Ps. 99. Jubiláte Deo. p. 1.

3. Antiph.  
 IV. 1. Grá-ti-a De-i \* in me vá-cu-a non fu-it,  
  
  
 sed grá-ti-a e-jus sem-per in me ma-net. Ps. 62 et 66. p. 1 et 2.


4. Antiph.  
 VIII. 1. Da-má-sci, præ-pó-si-tus \* gentis A-ré-tæ re-  
  
  
 gis vó-lu-it me compre-hén-de-re: a frá-tri-bus per mu-rum  
  
 demíssus sum in spor-ta, et sic e-vá-si ma-nus e-jus in  
  
 nó-mi-ne Dó-mi-ni. Cant. Benedícite. p. 2.

5. Antiph.  
 VIII. 1. Ter vir-gis cæ-sus sum \* se-mel lapidá-tus sum,  
  
  
 ter naufrá-gi-um pér-tu-li pro Chri-sti nó-mi-ne.  
  
 Ps. 148-150. p. 3 et 4.

Capit. Saulus. p. 391. Hymn. Exsúltet. p. [3].

V. Tu es vas electiónis sancte Paule Apóstole.  
 R. Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Benedictus  
 Antiph.  
 II. Vos qui se-cú-ti e-stis me, \* se-dé-bi-tis su-  
  

per se-des, ju-di-cán-tes du-ó-de-cim tri-bus Is-ra-ël, dí-

cit Dó-mi-nus. *Cant.* Benedictus. p. 7.  
*Oratio ut supra. Et fit commem. S. Petri, ut supra.*

**Ad Primam.**

*Ant.* Ego plantávi. p. 392. *Lect. br.* Saulus autem. *ut infra.*

**Ad Tertiam.**

*Ant.* Libénter gloriábor. p. 393. *Capit.* Saulus. p. 391.  
*R. br.* In omnem terram. p. [5].

**Ad Sextam.**

*Ant.* Grátia Dei. p. 393.

*Capitulum.* Act. 9. b.

**S**urréxit autem Saulus de terra, apertisque óculis nihil vidébat. Ad manus autem illum trabéntes, introduxérunt Damáscum. Et erat ibi tribus diébus non videns, et non manducávit, neque bibit.  
*R. br.* Constitues eos príncipes. p. 20\*.

**Ad Nonam.**

*Ant.* Ter virgis cæsus sum. p. 393.

*Capitulum.* Act. 9. d.


**S**aulus autem multo magis convallescébat, et confundébat Judæos, qui habitábant Damásci, affirmans quóniam hic est Christus.  
*R. br.* Nimis honoráti sunt. p. [6].

**In II. Vesperis.**

*Ant. et Capit. de Laud.* p. 392. *Ps. ut in II. Vesp. de Comm. Ap.* p. [6].  
*Hymnus et V. ut in I. Vesp.* p. 391.



*Ad Magnificat Antiph. VIII. 1.* Sancte Pau-le A-pósto-le, \* præ-di-cá-tor ve-ri-tá-tis, et Doctor Gén-ti-um, in-ter-cé-de pro no-bis



ad De-um, qui te e-lé-git. *Cant.* Magnificat. p. 27.  
*Deinde fit commem. S. Petri, p. 392, et S. Polycarpi, ut infra.*

**Die 26. S. Polycarpi Episc. et Mart.**

*Duplex.*

*Ant.* Iste sanctus. V. Glória. p. [10]. *Oratio.* Deus, qui nos. p. [12].  
*Vesp. a Cap. de sequ. cum commem. præced.*

**Die 27. S. Joannis Chrysost. Ep., Conf. et Eccl. Doct.**

*Duplex. (m. t. v.)*

*In utrisque Vesp. ad Magnif. Ant.* O Doctor... beáte Joánnes Chrysóstome. p. [28].

*Oratio.*


**E**cclésiám tuam, quæsumus Dómine, grátia cœléstis amplíficet: quam beáti Joánnis Chrysóstomi Confessóris tui atque Pontíficis illustráre voluisti gloriósis méritis, et doctrínis. Per Dñm.  
*Deinde fit commem. S. Polycarpi. Ant.* Qui vult. V. Justus. p. [13].  
*In II. Vesp. fit commem. S. Agnetis, ut infra.*

**Die 28. S. Agnetis Virg. et Mart. secundo.**


*Ad Magnificat*

*Antiph.*

I. 1.



Stans a dextris e-jus \* A-gnus ni-ve can- dí-dí-or, Christus si-bi sponsam et Márty-rem conse-crá-vit.



*Cant.* Magnificat. p. 27. V. Spécie tua. p. [40].

*Oratio.*

**D**eus, qui nos ánnua beátæ Agnetis Virginitis et Mártyris tuæ solemnitate lætíficas: da quæsumus; ut quam venerámur officio, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.  
*Ad Laud. et per Horas omnia ut in festo.* p. 388.  
*Post Nonam nihil amplius fit de ea. Vesperæ de sequ.*

**Die 29. S. Francisci Salesii Ep., Conf. et Eccl. Doct.**

*Duplex. (m. t. v.)*

*In utrisque Vesp. ad Magn. Ant.* O Doctor... beáte Francisce. p. [28].

*Oratio.*

**D**eus, qui ad animárum salutem beátum Franciscum Confes-sórem tuum atque Pontíficem ómnibus ómnia factum esse voluisti: concéde propítius; ut caritátis tuæ dulcédine perfúsi, ejus dirigéntibus mónitis, ac suffragántibus méritis, æténa gáudia consequámur. Per Dóminum.

*In II. Vesp. fit commem. sequ.*

**Die 30. S. Martinæ Virg. et Mart.**


*Semiduplex.*

*Ant.* Veni sponsa. V. Spécie tua. p. [40]. *Orat.* Deus, qui. *ibid.*  
*In I. vel II. Vesperis quandò dicendæ sunt, dicitur Hymnus Martinæ*

*célebri.*

*Hymnus.*

III.



1. Mar-tí-næ cé-le-bri pláu-di-te nó-mi-ni \* ci-

ves Romú-le - i, pláu-di-te gló-ri - æ: in-si-gnem mé-ri - tis  
 dí-ci-te Vir-gi-nem, Chri-sti dí - ci - te Már-ty - rem. 2. Hæc  
 dum conspi-cu - is or-ta pa-rén-ti-bus in-ter de-li - ci - as, in-ter  
 a-má-bi-les lu-xus il-lé-ce-bras dí-ti-bus áfflu - it fau-stæ  
 mu-né - ri-bus do-mus. 3. Vi-tæ de-spi-ci - ens cómmo-da, dé-  
 di-cat se re-rum Dó-mi-no, et mu-ní - fi-ca ma-nu Chri-sti pau-  
 pé-ri-bus distrí-bu - ens o - pes, quæ-rit præ-mi - a có-li-tum.  
 4. A nó-bis áb-i-gas lú-bri-ca gáu-di - a tu, qui Mar-tý-ri-bus  
 dex-ter ad-es, De - us U-ne et Trine: tu - is da fá-mu-lis ju-  
 bar, quo cle-mens á - ni-mos bé - as. A - men.

## Ad Laudes.

Hymnus. III. Tu na-tá-le so-lum pró-te - ge, tu bonæ \* da pa-  
 cis réqui - em Chri-sti - a-dum pla-gis; ar-mó-rum stré - pi-tus,  
 et fe - ra præ-li - a in fi-nes a - ge Thrá - ci - os. 2. Et  
 re-gum só-ci - ans ágmi-na sub cru-cis ve-xíl-lo, Só-ly-mas né-

xi-bus éx-i-me, vindéxque innó-cu-i sánguini-s hó-sti-cum ro -  
 bur fúndi - tus é - ru - e. 3. Tu nostrum có-lumen, tu de - cus  
 ín - cly - tum, nostrárum ob - sé - qui - um réspi - ce mén - ti - um; Ro -  
 mæ vo - ta libens éx - ci - pe, quæ pi - o te ri - tu ca - nit, et co -  
 lit. 4. A nó - bis áb - i - gas lú - bri - ca gáu - di - a tu, qui Mar-tý-  
 ri - bus dex - ter ad - es, De - us U - ne et Tri - ne: tu - is da fá -  
 mu - lis - ju - bar, quo cle - mens á - ni - mos bé - as. A - men.  
 ¶. Diffúsa est. p. [41]. Ad Bened. Ant. Símile est. p. [42]. Orat. Deus,  
 qui. p. 395. Vesp. de sequ. cum commem. preced.

## Die 31. S. Petri Nolasci Confessoris.

Duplex. (m. t. v.)

Oratio.

Deus, qui in tuæ caritátis exéplum, ad fidélium redemptiónem  
 sanctum Petrum Ecclésiám tuam nova prole fœcundáre di-  
 vinitus docuísti: ipsius nobis intercessióne concéde; a peccáti  
 servitúte solútis, in cœlesti pátria perpétua libertáte gaudere:  
 Qui vivis et regnas.

Et fit commemor. S. Martinæ. Ant. Veni sponsa. ¶. Diffúsa. p. [43].  
 Vesp. a Cap. de sequ., commem. preced.

## Festa Februarii.

Prima die non impedita dic. Offic. Defunct.

## Die 1. S. Ignatii Episc. et Mart.

Duplex.

Ant. Iste sanctus. ¶. Glória et honóre. p. [10]. Oratio. Infirmítatem.  
 p. [12]. Deinde fit commem. S. Petri Nol. Ant. Hic vir. ¶. Justum. p. [38].  
 Vesp. de sequ. commem. præcedentis.



## Die 2. Purificationis B. Mariæ V.

Duplex 2. classis.

*Si hoc festum incidit in aliquam Domin. privileg., transfertur in Feriam II. tamquam in sedem propriam, translato quocumque festo Duplici ex majoribus, aut alicujus Doctoris Ecclesie, etiam æqualis, non tamen altioris ritus. De alio autem festo Duplici minori, vel de Semiduplici occur. fit commem. in utrisque Vesperis et Laudibus.*

## In I. Vesperis.

Ant. O admirabile commercium. et Ps. ut supra p. 112.

Post Septuagesimam vero 5. Ant. Ecce Maria. terminatur:

peccá - ta mundi.

Capitulum.

Malach. 3.

Ecce ego mitto Angelum meum, et præparabit viam ante faciæ meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominátor, quem vos quæritis, et Angelus testaménti, quem vos vultis.

Hymnus. Ave maris stella. p. [56].

V. Respónsum accépit Símeon a Spírítu sancto.

R. Non visúrum se mortem, nisi vidéret Christum Dómini.

Ad Magnificat

Antiph.

I. 1. Se - nex \* pú - e - rum portá - bat, pu - er au -

tem se - nem re - gé - bat: quem virgo pé - pe - rit, et post par - tum

vir - go per - má - nit: ip - sum quem gé - nu - it, ad - o - rá - vit.

Oratio ad Laudes. Et fit comm. S. Ignatii.  
Cant. Magnificat. p. 27. Ant. Qui vult venire. V. Justus. p. [14].

Ad Complet. et per Horas Hymni cantantur in tono p. 38. et terminantur Jesu tibi.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph. III. 1. Síme - on ju - stus \* et timo - rá - tus exspe - ctá -

bat red - empti - ó - nem Is - ra - ãl, et Spír - i - tus sanctus e - rat in

e - o. Ps. 92. Dñs regnávít. p. 1.

2. Antiph. VII. 3. Respónsum ac - cé - pit Sí - me - on \* a Spír - i - tu

sancto, non vi - sú - rum se mortem, ni - si vi - dé - ret Dómi - num.

Ps. 99. Jubilate. p. 1.

3. Antiph. III. 1. Ac - ci - pi - ens Sí - me - on \* pú - e - rum in má - ni -

bus, grá - ti - as a - gens be - ne - dí - xit Dómi - num. Ps. 62 et 66. p. 1 et 2.

4. Antiph. VIII. 1. Lu - men \* ad re - ve - la - ti - ó - nem Gén - ti - um, et

gló - ri - am ple - bis tu - æ Is - ra - ãl. Cant. Benedicite. p. 2.

5. Antiph. VIII. 1. Ob - tu - lé - runt \* pro e - o Dómi - no par túr - tu -

rum aut du - os pullos co - lum - bá - rum. Ps. 148-150. p. 3 et 4.

Capit. Ecce ego. p. 398. Hymnus. O gloriósa. p. [58].

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

R. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus

Antiph.

I. 1. Cum in - dú - ce - rent \* pú - e - rum Je - sum pa -

rentes e - jus, accé - pit e - um Sí - me - on in ul - nas su -

as, et bene - dí - xit De - um, di - cens: Nunc di - mit - tis

ser - vum tu - um in pa - ce. Cant. Benedictus. p. 7.

Oratio.

Ómnipotens sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorá - mus: ut, sicut unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentátus; ita nos fácias purifícatis tibi méntibus præsentári. Per eúndem Dóminum.

## Ad Primam.

*Ant.* Simeon justus. p. 398. *In R. br. dic. V.* Qui natus es. p. [59]  
*Lect. br.* Et placébit. *ut infra.*

## Ad Tertiam.

*Ant.* Respónsum accépit. p. 398. *Capit.* Ecce. p. 398.  
*R. br.* Spécie tua. p. [42].

## Ad Sextam.

*Ant.* Accípiens Simeon. p. 399.

*Capitulum.*

*Malach. 3.*

**E**cce véniet, dicit Dóminus exercítuum: et quis póterit cogitare diem advéntus ejus, et quis stabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis confians, et quasi herba fullónum.

*R. br.* Adjuvábít eam. p. [42].

## Ad Nonam.

*Ant.* Obtulérunt. p. 399.

*Capitulum.*

*Malach. 3.*

**E**t placébit Dómino sacrificium Juda, et Jerúsalem sicut dies sæculi, et sicut anni antiqui, dicit Dóminus omnípotens.

*R. br.* Elégit eam Deus. p. [43].

## In II. Vesperis.

*Ant. de Laud. p. 398. Ps. ut in Festis B. M. V. p. [54]. Capit. Ecce ego. p. 398. Hymn. Ave maris stella. p. [56]. V. Respónsum accépit. p. 398.*

Ad Magnificat

Antiph.

VIII. 1.

Hó-di-e be-á-ta Vir-go Ma-ri-a \* pú-e-

rum Je-sum præsen-tá-vit in templo, et Síme-on re-

plé-tus Spí-ri-tu sancto ac-cé-pit e-um in ul-nas

su-as, et be-ne-dí-xit De-um in æ-térnum. *Cant. Magn. p. 27.*

*Deinde commemoratio sequi.*

## Die 3. S. Blasii Episc. et Mart.

*Ant.* Iste sanctus. *V.* Glória et honóre. p. [10]. *Orat.* Deus, qui nos. p. [12]. *In Laud. Ant.* Qui odit. *V.* Justus. p. [12].

## Die 4. S. Andreæ Corsini Episc. et Conf.

*Duplex. (m. t. v.)*

*Oratio.*

**D**eus, qui in Ecclésia tua nova semper instáuras exémpla virtútum: da pópulo tuo beáti Andreæ Confessóris tui atque Pontificis ita sequi vestigia; ut assequátur et præmia. Per Dñm.  
*Vesp. a Capit. de sequ. cum commem. preced.*

## Die 5. S. Agathæ Virg. et Mart.

*Duplex.*

In I. Vesperis.

## 1. Antiph.

VII. 1.

Quis es tu, qui ve-ní-sti ad me \* cu-rá-re

vúl-ne-ra mé-a? E-go sum A-pó-sto-lus Christi: ní-hil in me

dú-bi-tes fi-li-a. *Ps. 109. Dixit Dóminus. p. [1].*

## 2. Antiph.

I. 1.

Me-di-cí-nam car-ná-lem \* cór-po-ri me-o

numquam ex-hí-bu-i, sed há-be-o Dó-mi-num Je-sum

Christum, qui so-lo ser-mó-ne re-stáu-rat u-ni-vér-sa.

*Ps. 110. Confitébor. p. [1].*

## 3. Antiph.

VII. 1.

Grá-ti-as tí-bi a-go \* Dó-mi-ne Je-su Christe,

qui-a me-mor es mé-i, et mi-sí-sti ad me A-pó-sto-lum

tu-um cú-rá-re vúl-ne-ra mé-a. *Ps. 111. Beátus vir. p. [2].*

## 4. Antiph.

VIII. 1.

Be-ne-dí-co te \* Pa-ter Dó-mi-ni me-i Je-su

Chri-sti: qui-a per Apó-sto-lum tu-um ma-míl-lam me-am  
 me-o pé-cto-ri re-sti-tu-í-sti. *Ps. 112. Laudáte púeri. p. [2].*

5. Antiph. VII. 3. Qui me di-gná-tus est \* ab omni pla-ga cu-  
 rá-re, et ma-míl-lam me-am me-o pé-cto-ri re-sti-tú-e-re,  
 ip-sum ín-vo-co De-um vi-vum. *Ps. 116. Laudáte. p. [3].*

*Capit. Confitébor tibi. p. [44]. Hymnus. Jesu coróna. p. [39].  
 V. Spécie tua. p. [40].*

Ad Magnificat Antiph. 1. 3. Stans be-á-ta A-ga-tha \* in mé-di-o cár-  
 ce-ris, ex-pán-sis má-ni-bus o - rá - bat ad Dó-mi-  
 num: Dó-mi-ne Je-su Chri-ste, ma-gí-ster bo-ne, grá-ti-as  
 tí-bi á-go, qui me fe-cí-sti vín-ce-re tor-mén-ta car-  
 ní-fi-cum: ju-be me Dó - mi-ne ad tu-am im-mar-  
 ce-scí-bi-lem gló-ri-am fe-lí-ci-ter per-ve-ní-re.

*Cant. Magnificat. p. 27. Oratio ad Laudes.*

*Pro commem. S. Andreae. Ant. Amávit. V. Justum dedúxit. p. [33].*

**Ad Laudes, et per Horas.**

*Ant. et Capit. ut in I. Vesp. Ps. de Domin. p. 1. Hymnus. Jesu coróna. p. [39]. V. Diffúsa est. p. [41].*

Ad Benedictus Antiph. V. Pa-ga-nó-rum mul-ti-tú-do \* fú-gi-ens ad se-  
 púlchrum vír-gi-nis, tu-lé - runt ve-lum e - jus contra i-gnem:  
 ut compro-bá-ret Dó-mi-nus, quod a pe-rí-cu-lis in-cén-di-i  
 mé-ri-tis be-á-tæ A-ga-thæ Már - ty-ris su-æ e - os

li-be-rá-ret. *Cant. Benedictus. p. 7.*

*Oratio. Deus, qui inter. p. [40].*

**Ad Primam.**

*Ant. Quis es tu. p. 401. Lect. br. Laudábit. p. [47].*

**Ad Tertiam.**

*Ant. Medicinam carnálem. p. 401. Capit. Confitébor. p. [44].  
 R. br. Spécie tua. p. [42].*

**Ad Sextam.**

*Ant. Grátias tibi ago. p. 401. Capit. Liberásti me. p. [47].  
 R. br. Adjuvábít eam. p. [42].*

**Ad Nonam.**

*Ant. Qui me dignátus est. p. 402. Capit. Laudábit. p. [47].  
 R. br. Elégít eam. p. [43].*

**In II. Vesperis.**

*Ant. et Ps. ut in I. Vesp. et loco ultimi Ps. Lauda Jerúsalem. p. 31.  
 A Capit. fit de sequ., cum commem. præced. et S. Dorotheæ V. et M.*

**Die 6. S. Titi Episc. et Conf.**

*Duplex. (m. t. v.)*

*Oratio.*

**D**eus, qui beátum Titum Confessórem tuum atque Pontificem  
 apostólicis virtútibus decorásti: ejus méritis et intercessióne  
 concéde; ut juste et pie vivéntes in hoc sáculo; ad coeléstem  
 pátriam pervenire mereámur. Per Dóminum.

*Deinde fit commemor. S. Agathæ. Antiph. Stans beáta Agatha. p. 402.  
 V. Diffúsa est. p. [43]. Oratio. Deus, qui inter. p. [40]. Pro S. Dorothea.  
 Ant. Veni sponsa. V. Spécie tua. p. [40]. Oratio. Indulgéntiam. ibid. In  
 Laud. Ant. Símile est regnum. p. [42]. V. Diffúsa est. p. [41]. Vesperæ a  
 Capit. de sequ. commem. præced.*

## Die 7. S. Romualdi Abbatis. Duplex. (m. t. v.)

Oratio. Intercéssio nos. p. [37]. Vesp. a Capit. de sequ. cum commem. præcedentis.

## Die 8. S. Joannis de Matha Conf. Duplex. (m. t. v.)

Oratio.

Deus, qui per sanctum Joánnem órđinem sanctissimæ Trinitátis ad rediméndum de potestáte Saracenórum captivos cœlitus institúere dignátus es: præsta quæsumus; ut, ejus suffragántibus méritis, a captivitaté córporis et ánimæ, te adjuvánte, liberémur. Per Dóminum nostrum.

Commem. S. Romualdi. Ant. Hic vir despiciens. V. Justum. p. [38]. Vesp. a Capit. de sequ. commem. præced. et S. Apolloniæ V. et M.

## Die 9. S. Cyrilli Episc. Alex., Conf. et Eccl. Doct.

Duplex. (m. t. v.)

In utrisque Vesp. ad Magnif. O Doctor ... beáte Cyrille. p. [28].

Oratio.

Deus, qui beátum Cyrillum Confessórem tuum atque Pontíficem divínæ maternitátis beatissimæ Vírginis Mariæ assertórem invictum effecísti: concéde, ipso intercedente; ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, matérna ejúsdem protectióne salvémur. Per eúndem Dóminum.

Deinde fit commem. S. Joannis de Matha. Antiph. Hic vir despiciens. V. Justum. p. [38]. Postea S. Apolloniæ Virg. et Mart. Ant. Veni, sponsa. V. Spécie. p. [40]. Oratio. Deus, qui inter cetera. p. [40]. In Laud. Ant. Símile est. p. [42]. V. Diffúsa est. p. [41].

## Die 10. S. Scholasticæ Virg.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui ánimam beátæ Vírginis tuæ Scholásticæ ad ostendéndam innocéntiæ viam in colúmbæ spécie cœlum penetráre fecísti: da nobis ejus méritis et précibus ita innocéter vívere; ut ad ætérna mereámur gáudia pervenire. Per Dóminum.

Deinde fit commem. præc. Ant. O Doctor. Postea Feriæ in Quadrag.

## Die 11. Ss. Septem Fundatorum Ord. Serv. B. M. V.

Duplex.

Omnia de Comm. Conf. non Pont., præter sequ.

In I. Vesperis.

Capitulum.

1. Petr. 4.

Caríssimi: Communicántes Christi passiónibus gaudéte, ut et in revelatióne glóriæ ejus gaudeátis exsultántes.

Hymnus. I. H.

II. 1. Bel-la dum la-te fú-re-rent, et urbes \* cæ-de

fra-tér-na gé-me-rent cru-én-tæ, ád-fu-it Vir-go, no-va

semper e-dens mú-ne-ra ma-tris. 2. En vo-cat Se-ptem  
 Fá-mu-los, fi-dé-les ut sibi in lu-ctu, ré-co-lant do-ló-res,  
 quos tu-lit Je-sus, tu-lit ip-sa consors sub cru-ce Na-ti.  
 3. Il-li-co pa-rent Dó-mi-næ vo-cán-ti: splén-di-dis te-ctis  
 o-pi-búsque spre-tis, ur-be se-cédunt pro-cul in Se-ná-ri  
 áb-di-ta mon-tis. 4. Córpora hic pœ-nis crú-ci-ant a-cér-bis,  
 sôn-ti-um la-bes hó-mi-num pi-án-tes: Hic prece a-vér-  
 tunt la-cri-mís-que fu-sis nú-mi-nis i-ram. 5. Pé-rdo-lens Ma-  
 ter fovet, atque a-mí-ctum ip-sa lu-gúbrem mo-net indu-én-  
 dum: Ag-mi-nis sancti pi-a cœ-pta sur-gunt mi-ra pa-té-  
 scunt. 6. Palmes in bru-ma ví-ri-dans ho-nó-res nún-ti-at  
 pa-trum: pró-pri-os Ma-rí-æ o-re la-ctén-ti vó-ci-tant  
 pu-él-li nó-mi-ne Ser-vos. 7. Sit de-cus Pa-tri, ge-ni-tæ-  
 que Pro-li, et ti-bi, compar u-tri-úsque Vir-tus Spí-ri-  
 tus semper, De-us u-nus, omni témpo-ris æ-vo. A - men.

Ÿ. Hi viri misericórdiæ sunt, quorum pietates non defuerunt.  
R. Semen eorum, et glória eorum non derelinquétur.

Ad Magnificat

Antiph.

V.

Non re-cé-dat \* la-us tu - a, Vir-go Ma-

ri - a, de o - re hó - mi-num, qui mé-mo-res fú - e-rint

vir-tú-tis Dó-mi-ni in æ-tér - num, pro qui - bus non pe-

per-cí-sti á - ni-mæ tu - æ. E u o u , a e.

*Oratio.*

Dómine Jesu Christe, qui ad recoléndam memóriam dolórum sanctíssimæ Genitricis tuæ, per Septem beátos Patres nova Servórum ejus Família Ecclésiám tuam fecundásti: concéde propitiús; ita nos eórum consociári flétibus, ut perfruámur et gáudiis: Qui vivis et regnas. *In Quadrag. commem. Feriæ.*

Ad Matutinum.

Hymnus.

II.

1. Sic pá-tres vi-tam pér-a-gunt in umbra,\* lí - lia

ut se-ptem ní-ve-i de-có-ris, Vir - gini excél-sæ be-ne gra-

ta, Pe-tro vi-sa ni-té-re. 2. Jamque di-ví-na ra-pi-énte

flamma, cúr-si-tant urbes, lo-ca quæque ob-ér-rant, si que-ant

cunctis á-ni-mis do-ló-res fi-ge-re Ma-tris. 3. Hinc va-lent

i-ras do-mu-ís-se cæ-cas, né-scia et pa-cis fe-ra corda

jungunt, é - ri-gunt mœstos, ré-vo-cant no-cén-tes di-cta

pi-ó-rum. 4. At su-os Vir-go co-mi-tá-ta ser-vos é-ve-hit

tandem sú-pe-ras ad o-ras: Gém-me-is sertis dé-co-rat per

æ-vum omne be - á - tos. 5. E-ja nunc cœ-tus gé-mi-tum pre-

cán-tis áu-di-ant, du-ros ví-de-ant la-bó-res: Sem - per et no-

stris fá-ve-ant be-ní-gno lú-mi-ne vo-tis. 6. Sit dé-cus Pa-tri,

ge-ni-tæque Pro-li, et ti-bi, compar u-tri-úsque Virtus spí -

ri-tus semper, De-us u-nus o-mni té-m-po-ris æ-vo. A - men.

Ad Laudes.

*Capitulum. Carissimi: Communicantes. ut supra pag. 404.*

Hymnus.

I.

1. Ma-tris sub al-mæ nú-mi-ne \* se-pté-na pro-les

ná-sci-tur: ip-sa vo-cánte, ad ár-du-um tendit Se-ná - ri

vér-ti-cem. 2. Quos terra fru-ctus pró-fe-ret dum sa-cra pro-

les gér-mi-nat, u-vis re-pén-te túr-gi-dis o-nú-sta vi - tis

præ-mo-net. 3. Vir-tú-te cla-ros nó-bi-li mors sancta cœ-lo

cónsecrat: Te-nent o-lýmpi lí-mi-na servi fi-dé - les Vir-

gi-nis. 4. Co-hors be-á - ta, Nú-mi-nis re-gno po-tí-ta, ré-

spi-ce quos hinc re-cé-dens fráu-di-bus cinctos re-lín-quis

hó-sti-um. 5. Ergo, per al-mæ vúl-ne-ra Ma-tris ro-gá-mus  
 súpplices, men-tis te-né-bras dis-ji-ce, cor-dis pro-cél-las  
 cómpri-me. 6. Tu nos, be-á-ta Trí-ni-tas, per-fún-de san-  
 cto ró-bo-re, possímus ut fe-lí-ci-ter ex-ém-pla pa-trum

Ψ. Sit memória illórum in benedictióne. R. Et ossa eórum púllulent de loco suo.

Ad Benedictus Antiph. VII. 1. Ec-ce quam bo-num, et quam ju-cún-dum ha-bi-tá-re fra-tres in u-num. E u o u a e.

Oratio. Dómine Jesu Christe. ut supra pag. 404<sup>b</sup>.

In II. Vesperis.

Omnia ut in primis, præter

Ad Magnificat Antiph. IV. 1. No-men e-ó-rum\* pér-ma-net in æ-tér-num, pér-ma-nens ad fí-li-os e-ó-rum, san-ctó-rum vi-ró-rum gló-ri-a. E u o u a e.

Die 14. S. Valentini Presbyt. et Mart.

Ant. Iste sanctus. Ψ. Glória et honóre. p. [10].

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut, qui beáti Valentini Mártiris tui natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus, ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

In Laud. Ant. Qui odit. Ψ. Justus ut palma. p. [12].

Die 15. Ss. Faustini et Jovitæ Martyrum.

Ant. Istórum est. Ψ. Lætámini. p. [21]. Orat. Deus, qui nos. p. [24].

In Laud. Ant. Vestri capilli. Ψ. Exsultábunt. p. [24].

Die 18. S. Simeonis Episc. et Mart.

Ant. Iste sanctus. Ψ. Glória et honóre. p. [10]. Oratio. Infirmítatem. p. [12]. In Laud. Ant. Qui odit. Ψ. Justus ut palma. p. [12].

Die 22. In Cathedra S. Petri Antiochiæ.

Duplex majus.

Officium fit ut supra in Cathedra Romana. p. 385. ommissa commemor. simpl. Si hoc festum ante Quadrages. venerit in Sabbato, vel transferatur in Feriam ii. et annus non fuerit bissextilis, de Vigilia S. Mathiæ fit commemor. ad Laudes post comm. S. Pauli. In Quadrages. autem fit commemor. in Laud. de Feria occurr., et nihil fit de Vigil. nisi in Missa. In II. Vesperis commemor. S. Pauli et sequ.

Die 23. S. Petri Damiani Ep., Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

In utrisque Vesperis ad Magnificat. Ant. O Doctor... beáte Petre. Ψ. Amávit eum. p. [28].

Oratio.

Concéde nos, quæsumus omnipotens Deus, beáti Petri Confessoris tui atque Pontificis mónita et exémpla sectári; ut per terréstrium rerum contéptum ætérna gáudia consequámur. Per Dóminum nostrum. In Quadrag. commemor. Feriæ.

Eadem die, vel 24. Vigil. S. Mathiæ Apost.

Si non venerit in Quadrages., vel non sit bissextilis, fit comm. de Vigil. in Laud.; in anno bissextili fit die 24. Febr.

Oratio.

Da, quæsumus omnipotens Deus: ut beáti Mathiæ Apóstoli tui, quam prævenimus, veneránda solémnitas, et devotióne nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum.

Vesp., si non est bissextilis, de seq. cum comm. præc. et Fer. in Quadrag.

Die 24. vel 25. anno bissextili. S. Mathiæ Apost.

Duplex 2. classis.

Oratio.

Deus, qui beátum Mathiam Apostolórum tuórum collégio sociásti: tribue quæsumus; ut ejus interventióne, tuæ circa nos pietátis semper viscera sentiamus. Per Dóminum.

Deinde fit commemor. S. Petri Damiani, quoties non est bissextilis. In Quadrages. fit commemor. Feriæ.

Festa Martii.

Ante Quadrag. prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum.

Die 4. S. Casimiri Confessoris.

Semiduplex.

Oratio.

Deus, qui inter regáles delicias, et mundi illécebras, sanctum Casimírum virtúte constántiæ roborásti: quæsumus; ut ejus intercessióne fideles tui terréna despiciant, et ad cœlestia semper aspírent. Per Dóminum.

In Quadrag. fit commem. Feriæ. Postea S. Lucii Papæ et Mart. Ant. Iste sanctus. V. Glória. p. [10]. Orat. Deus, qui nos. p. [12]. In Laud. commem. Feriæ in Quadrages. Deinde S. Lucii. Ant. Qui odit. V. Justus. p. [12].

Die 7. S. Thomæ de Aquino Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

In utrisque Vesp. ad Magnif. Ant. O Doctor . . . beate Thoma. p. [28].

Oratio.

Deus, qui Ecclésiã tuã beati Thomæ Confessoris tui mira eruditione clarificas, et sancta operatione fecundas: da nobis, quæsumus; et quæ docuit, intellectu conspiciere, et quæ egit, imitatione complere. Per Dñm nostrum.

In Quadrag. fit comm. Feriæ. Postea Ss. Perpetuæ et Felicitatis Mart.

In Vesperis.

Antiph. Istá - rum est e - nim \* re - gnum cœ - ló - rum, quæ

con - temp - sé - runt vi - tam mun - di, et per - ve - né - runt ad præ -

mi - a regni, et la - vé - runt sto - las su - as in sán - guine A - gni.

V. Glória et honore coronasti eas Dñme.

R. Et constituisti eas super opera manuum tuarum.

Orat. Da nobis, quæsumus. p. [46]. In Laud. fit commem. Feriæ et Ss. Mart. ut supra. Vesp. a Capit. de sequ. cum comm. præc. et Fer.

Die 8. S. Joannis de Deo Confessoris.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui beatum Joannem tuo amore succensum, inter flammã innoxium incedere fecisti, et per eum Ecclésiã tuã novã prole fecundasti: præsta, ipsius suffragantibus meritis; ut igne caritatis tuæ vitia nostra curentur, et remedia nobis æterna proveniant. Per Dñm nostrum.

Deinde fit commem. S. Thomæ. Ant. O Doctor optime. p. [28]. V. Justum. p. [30]. Postea Feriæ in Quadrag. Vesp. a Capit. de sequ. commem. præced. et Feriæ.

Die 9. S. Franciscæ Viduæ Romanæ.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui beatã Franciscã famulã tuã, inter cetera gratiã tuã dona, familiã Angeli consuetudine decorasti: concede quæsumus; ut intercessionis ejus auxilio Angelorum consortium consequi mereamur. Per Dñm nostrum.

Deinde fit commem. S. Joannis. Ant. Hic vir. V. Justum. p. [38]. Postea Feriæ in Quadrag. In II. Vesp. fit commem. sequ. et Feriæ.

Die 10. Ss. Quadraginta Martyrum.

Semiduplex.

Ant. Istorum est. V. Lætâmini. p. [21].

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dñm nostrum.

Et fit commem. Feriæ.

Die 12. S. Gregorii I. Papæ, Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

In utrisque Vesp. ad Magn. Ant. O Doctor . . . beate Gregori. p. [28].

Oratio.

Deus, qui animæ famuli tui Gregorii æternæ beatitudinis præmia contulisti: concede propitius; ut, qui peccatorum nostrorum pondere premimur, ejus apud te precibus sublevemur. Per Dñm nostrum.

Et fit commem. Feriæ. Si aliquod ex sequ. Festis incidat in majorem Hebdomadam vel infra Octavam Paschæ, si transferri valeat, transferatur post Octavam; aliter de eo fiat commem. juxta Rubricas.

Die 17. S. Patritii Episc. et Conf.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui ad prædicandã Gêntibus gloriã tuã beatum Patritium Confessorem atque Pontificem mittere dignatus es: ejus meritis et intercessione concede; ut, quæ nobis agendã præcipis, te miserante adimplere possimus. Per Dñm nostrum.

Et fit commem. Feriæ. Vesp. a Capit. de sequ. comm. præc. et Feriæ.

Die 18. S. Cyrilli Ep. Hierosol., Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

In utrisque Vesp. ad Magnif. Ant. O Doctor . . . beate Cyrille. p. [28].

Oratio.

Da nobis, quæsumus omnipotens Deus, beato Cyrillo Pontifice intercedente: te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum ita cognoscere; ut inter oves, quæ vocem ejus audiunt, perpetuo connumerari mereamur. Per eundem Dñm nostrum.

Commem. præced. Ant. Amavit. V. Justum. p. [33]. Deinde fit comm. Feriæ. Vesp. de sequ. commem. Feriæ tantum.

Die 19. Martii.

SANCTI JOSEPH Sponsi B. M. V., Confessoris.

Duplex 1. classis.

Si hoc festum venerit in majori Heb., vel infra Octav. Paschæ, transfertur post Octavam, et tunc in fine Ant., V. et R. additur Allelûja.


## In I. Vesperis.

## 1. Antiph.


I. 1.



A - cob au - tem \* gé - nu - it Jo - seph, vi -



rum Ma - ri - æ, de qua na - tus est Je - sus, qui vo - cá - tur




Christus. (T. p. Alle - lú - ja.) Ps. 109. Dixit Dóminus. p. [1].


## 2. Antiph.

II.

Mis - sus est \* An - ge - lus Gá - bri - el a De - o



ad Vir - gi - nem des - pon - sá - tam vi - ro, cu - i no - men e - rat Jo -



seph, de do - mo Da - vid: et no - men Vir - gi - nis Ma - ri - a.




(T. p. Alle - lú - ja.) Ps. 110. Confitébor. p. [1].


## 3. Antiph.

III. 1.


Cum es - set \* de - spon - sá - ta ma - ter Je - su Ma -



ri - a Jo - seph, án - te - quam con - ve - ní - rent, in - vén - ta est in



ú - te - ro ha - bens de Spí - ri - tu san - cto. (T. p. Alle - lú - ja.)




Ps. 111. Beátus vir. p. [2].


## 4. Antiph.

IV. 1.

Jo - seph \* vir e - jus, cum esset ju - stus, et



nol - let e - am tra - dú - ce - re, vó - lu - it oc - cúl - te di - mít - te - re




e - am. (T. p. Al - le - lú - ja.) Ps. 112. Laudáte púeri. p. [2].


## 5. Antiph.

V.


An - ge - lus \* Dó - mi - ni appá - ru - it Jo - seph,




di - cens: Jo - seph fi - li Da - vid, no - li timé - re ac - cí - pe - re Ma -




ri - am cón - ju - gem tu - am; quod e - nim in e - a na - tum est,



de Spí - ri - tu san - cto est: pá - ri - et au - tem fi - li - um, et vo -



cá - bis no - men e - jus Je - sum. (T. p. Alle - lú - ja.)



Ps. 116. Laudáte Dóminum. p. [3].

## Capitulum.


Prov. 28. et 27.

Vir fidélis multum laudábitur. Et qui custos est Dómini sui, glorificábitur.


## Hymnus.

III.


1. Te, Jo - seph, cé - le - brent ágmi - na cé - li - tum, \*




te cuncti ré - so - nent christí - a - dum cho - ri, qui cla - rus mé -




ri - tis, junctus es ín - cly - tæ ca - sto fé - de - re Vir - gi - ni. 2. Al - mo



cum tú - mi - dam gé - rmi - ne cón - ju - gem admí - rans, dú - bi - o tá - nge -



ris án - xi - us, af - flá - tu sú - pe - ri Flá - mi - nis An - ge - lus con - cé - ptum



pú - e - rum docet. 3. Tu na - tum Dó - mi - num strin - gis, ad é - x - te -



ras Ægypti pró-fu-gum tu séqueris pla-gas; a-míssum Só-ly-  
mis quæ-ris, et ín-ve-nis, mi-scens gáu-di-a flé-ti-bus.

4. Post mortem ré-liquos mors pi-a çón-se-crat, palmámque emé-  
ri-tos gló-ri-a súsci-pit: tu vi-vens, Sú-pe-ris par, frú-e-ris

De-o, mi-ra-sor-te be-á-ti-or. 5. No-bis, summa Tri-  
as, parce præ-cán-ti-bus, da Jo-seph mé-ri-tis sí-de-ra scán-  
de-re: ut tandem lí-ce-at nos ti-bi pér-pe-tim gra-tum

pró-me-re cán-ti-cum. A-men.

¶. Constituit eum dómimum domus suæ.  
R. Et principem omnis possessionis suæ.

Ad Magnificat  
Antiph.  
VI.

Exsúrgens Jo-seph\* a somno, fe-cit sic-ut  
præ-cé-pit e-i Ange-lus Dó-mi-ni, et accé-pit cón-ju-

gem su-am. (T. p. Al-le-lú-ja.) Cant. Magnificat. p. 27.

Oratio ut ad Laudes. In Quadragés. fit commem. Feriæ.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph.  
VII. 3.

I-bant pa-réntes Je-su\* per o-mnes an-  
nos in Je-rú-sa-lem, in di-e so-lé-mni Paschæ.

(T. p. Al-le-lú-ja.) Ps. 92. Dóminus regnávít. p. 1.

2. Antiph.  
VIII. 1.

Cum red-í-rent, \* re-mán-sit pu-er Je-sus in  
Je-rú-sa-lem, et non cogno-vé-runt pa-rén-tes e-jus.

(T. p. Al-le-lú-ja.) Ps. 99. Jubiláte. p. 1.

3. Antiph.  
I. 1.

Non ín-ve-ni-én-tes Je-sum, \* regrés-si sunt  
in Je-rú-sa-lem requi-réntes e-um; et post trí-du-um ín-  
ve-né-runt il-lum in templo se-dén-tem in mé-di-o doctó-rum,

audi-éntem et ín-ter-ro-gántem e-os. (T. p. Al-le-lú-ja.)


Ps. 62. et 66. p. 1 et 2.

4. Antiph.  
II.

Di-xit ma-ter e-jus\* ad il-lum: Fi-li,  
quid fe-cí-sti no-bis sic? Ec-ce pa-ter tu-us, et e-go do-lén-  
tes quæ-re-bá-mus te. (T. p. Al-le-lú-ja.) Cant. Benedícite. p. 2.


5. Antiph.  
III. 1.

Descén-dit Je-sus\* cum e-is, et ve-nit  
Ná-za-reth, et e-rat súbdi-tus il-lis. (T. p. Al-le-lú-ja.)



Ps. 148-150. Laudate. p. 3 et 4.

Capit. Vir fidelis multum. ut supra p. 409.



cél-sos cá-nimus tri-úm-phos, hac di - e Jo-seph mé-ru - it

per-én-nis gáu-di - a vi - tæ. 2. O ni - mis fe - lix, ni - mis o

be - á - tus, cu - jus ex - trémam ví - gi - les ad ho - ram Chri - stus et

Virgo simul a - sti - té - runt o - re se - ré - no. 3. Hinc sty - gis vi -

ctor, láque - o so - lú - tus car - nis, ad se - des plá - ci - do so - pó - re

mi - grat æ - té - rnas, ru - ti - lí - que cin - git té - mpo - ra ser - tis. 4. Er -

go regnántem fla - gi - té - mus omnes, ad - sit ut no - bis, ve - ni - am -

que nostris ób - ti - nens culpís, trí - bu - at su - pér - næ mí - ne - ra


pa - cis. 5. Sint ti - bi plau - sus, ti - bi sint ho - nó - res, tri - ne,

qui re - gnas, De - us, et co - ró - nas áu - re - as ser - vo trí - bu - is

fi - dé - li omne per æ - vum. A - men.

Ps. Os justi meditabitur sapiéntiam.

R. Et lingua ejus loquétur judícium.



an - nó - rum tri - gín - ta, ut pu - ta - bá - tur fi - li - us Jo - seph.

(T. p. Al - le - lú - ja.) Cant. Benedictus. p. 7.

Oratio.

Sanctíssimæ Genitrícis tuæ Sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur: ut quod possibilitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur. Qui vivis et regnas.

In Quadrages. commem. Ferice.

Ad Horas et Completorium Hymni cantantur in tono p. [4]. Si venerit post Pascha, Hymni et R. br. cantantur in tono Paschali ut infra in Patrocinio S. Joseph. p. 429 sequ.

Ad Primam.

Ant. Ibant paréntes Jesu. p. 410. Lect. br. Prófugum. p. 414.

Ad Tertiam.

Ant. Cum redirent. p. 411. Capit. Vir fidelis. p. 409.

R. br. Constí - tu - it e - um \* Dó - mi - num do - mus su - æ. Constituit.

V. Et prin - ci - pem omnis possessi - ó - nis su - æ. Dóminum. Glória Patri. p. 20\*. Constituit.

Ps. Magna est glória ejus in salutári tuo.

R. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Ad Sextam.

Ant. Non inveniéntes. p. 411.

Capitulum.

Eccli. 45.

Diléctus Deo et homínibus, cujus memória in benedictióne est. In fine et lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, et elégit eum ex omni carne.

R. br. Ma - gna est gló - ri - a e - jus \* In sa - lu - tá - ri tu - o. Magna.

V. Gló - ri - am et magnum de - có - rem impó - nes su - per e - um. In salutári. Glória Patri. p. 20\*. Magna est.

¶ Justus germinabit sicut lilium.  
 R. Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

## Ad Nonam.

Ant. Descéndit Jesus. p. 411.


Capitulum.

Sap. 10.

Profugum justum dedúxit Sapiéntia per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctorum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illius.



R. br. Ju-stus ger-mi-ná-bit \* Sic-ut lí - li - um. Justus.



¶ Et flo-ré - bit in æ-tér-num an-te Dó-mi-num. Sicut.  
 Glória Patri. p. 20\*. Justus.


¶ Plantátus in domo Dómini. R. In átriis domus Dei nostri.

## In II. Vesperis.

Ant. de Laud. p. 410. Ps., Capit. et Hymnus ut in I. Vesp. p. 408.

¶ Glória et divitiæ in domo ejus.  
 R. Et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

Ad Magnificat  
 Antiph. VIII. 1. Ec-ce fi-dé - lis servus \* et pru-dens, quem



consti-tu-it Dó-mi-nus su - per fa-mí - li - am su - am.



(T. p. Al - le - lú - ja.) Cant. Magnificat. pag. 27.

In Quadragesima fit commemoratio Feriæ.

## Die 21. S. Benedicti Abbatis.

Duplex majus. Oratio. Intercéssio nos. p. [37]. Et fit comm. Feriæ.

## Die 25. ANNUNTIATIONIS B. MARIE V.

Duplex 2. classis.

Si hoc festum venerit in Dominica privilegiata, transferendum erit ad Feriam ii. immediate sequ., translato quocumque festo Duplici etiam equalis, non tamen altioris ritus. De festo autem Duplici minori (excepto Festo alicujus Doctoris Ecclesiæ) vel Semiduplici occurrente fit tantum commem. in utrisque Vesp. et Laud. Si vero occurrerit in Hebdomada Majori vel Paschali, transferendum erit (pari cum privilegio) in Feriam ii. post Dominicam in Albis, servato ritu Paschali.

## In I. Vesperis.

Ant. de Laud. p. 415. Ps. ut in Festis B. M. V. p. [54].

Capitulum.

Isai. 7. c.

Ecce Virgo concipiet et páriet filium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butýrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et eligere bonum.


Hymnus. Ave maris. p. [56].

¶ Ave María, grátia plena. R. Dóminus tecum.

Ad Magnificat  
 Antiph. VIII. 1. Spi - ri - tus sanctus \* in te de-scén-det Ma -



ri - a, et vir-tus Al-tís-si-mi ob-umbrá-bit ti-bi.




(T. p. Al - le - lú - ja.) Cant. Magnificat. p. 27.


Oratio ad Laudes. In Quadrages. fit comm. Feriæ. Ad Completorium et per Horas Hymni cantantur in Tono et terminantur ut supra p. 38.

## Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph. VIII. 1. **M** Is-sus est \* Gá-bri-el Ange-lus ad




Ma-ri - am Vírgi-nem desponsá - tam Jo-seph. (T. p. Al - le - lú - ja.)




Ps. 92. Dóminus regnavit. p. 1.

2. Antiph. I. 2. A-ve Ma-ri - a, \* grá-ti - a ple-na, Dóminus




te - cum: benedícta tu in mu-li - é-ri-bus. (T. p. Alle - lú - ja.)



Ps. 99. Jubiláte. p. 1.

3. Antiph. VIII. 1. Ne tí-me-as Ma-ri - a: \* in-ve-ní-sti grá - ti -



am a-pud Dó-mi-num: ec-ce con-cí - pi - es et pá-ri - es

fi - li - um. (T. p. Al-le-lú-ja.) Ps. 62 et 66. p. 1 et 2.

4. Antiph. I. 1. Da-bit e - i Dó-mi-nus \* se-dem Da - vid pa-

tris e - jus, et regná-bit in æ-tér-num. (T. p. Alle - lú-ja.)

Cant. Benedícite. p. 2.

5. Antiph. VIII. 2. Ecce an-cíl-la Dó-mi-ni: \* fi - at mi - hi

se-cúndum verbum tu-um. (T.p. Al-le-lú-ja.) Ps. 148-150. p. 3 et 4.

Capit. Ecce Virgo. p. 415. Hymnus. O gloriósa. p. [58].

Ÿ. Ave María, grátia plena. R̄. Dóminus tecum.

Ad Benedictus Antiph. VII. 3. Quó-mo-do fi-et i-stud \* An-ge-le De - i,

quó-ni-am vi-rum non cog-nó-sco? Au-di Ma-rí - a Vir-go:

Spi-ri-tus sanctus su-per-vé-ni-et in te, et vir-tus Al-tís-

si-mi ob-umbrá-bit ti-bi. (T.p. Al-le-lú-ja.) Cant. Benedíct. p. 7.

Oratio.

Deus, qui de beátæ Mariæ Virginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúndem Dóminum.

In Quadragesima commemoratio Feriæ.

Ad Primam.

Ant. Missus est. p. 415. In R̄. br. Ÿ. Qui natus es. p. [59]. Lect. br. Egrediétur virga. ut infra p. 417.

Ad Tertiam.

Ant. Ave Maria. p. 415. Capit. Ecce Virgo concipiet. ibid. R̄. br. Spécie tua. p. [42].

Ad Sextam.

Ant. Ne timeas, Maria. p. 415.

Capitulum. Luc. 1. d.

Si prima dies post Festum Omnium Sanctorum fuerit Dominica, fit Officium de ea, ut in Rubricis generalibus, et Officium Defunctorum transfertur in sequ. Feriam II., ita ut post Vesp. Domin. dic. Vesp. Defunctorum: Matutinum vero post Laudes Feriæ II., quæ erit tertia dies infra Octavam.

## Die 2. II. die infra Octavam Omnium Sanctorum.

Post Laudes diei, dicto Benedicamus Dómino. absolute incipit Matutinum Defunct. ab Invitatorio cum Ps. Venite. et tribus Nocturnis, in quibus duplic. Antiph. Dicitur R. ix. Libera me Dómine de morte. p. [81].

Ad Laudes similiter duplicantur Antiph., et in fine Laud. non dicitur De profundis; sed dicto Pater noster, dicuntur Preces et Oratio Fidélium tantum, ut supra in Vesperis.

## Die 3. III. die infra Octavam Omnium Sanctorum.

Vesp. de sequ. cum commem. Octavæ ac Ss. Vitalis et Agricolæ Mart.

## Die 4. S. Caroli Episc. et Conf.

Duplex.

Oratio.

Ecclesiám tuam Dómine sancti Cároli Confessoris tui atque Pontificis continúa protectione custódi: ut sicut illum pastoralis sollicitúdo gloriósum reddidit; ita nos ejus intercessio in tuo semper fáciat amóre fervéntes. Per Dóminum.

Et fit commem. Octav. omnium Sanctorum. p. 561. et Ss. Mart. Vitalis et Agricolæ. Ant. Istórum est. V. Lætámini. p. [21].

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut, qui sanctorum Mártirum tuorum Vitális et Agricolæ solémnia cólimus, eórum apud te intercessionibus adjuvémur. Per Dóminum.

In Laud. fit commem. Oct. omnium Sanctorum. p. 560.

Deinde Ss. Vitalis et Agricolæ Mart. Ant. Vestri capilli. p. [24].

V. Exsúltent justi in conspéctu Dei.

V. Et delecténtur in lætítia.

In II. Vesperis fit commem. Octav. p. 561.

## Die 7. VII. die infra Octavam Omnium Sanctorum.

Ad Vesperas. Duplex, et omnia dicuntur sicut in I. Vesp. Festi. p. 556. cum commem. Ss. Mart. Quatuor Coronatorum. Ant. Istórum est. p. [21]. V. Exsúltabunt. p. [24].

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut, qui gloriósos Mártires fortes in sua confessione cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

## Die 8. Octava Omnium Sanctorum.

Duplex.

In Laud. fit commem. Ss. Quatuor Coronatorum Martyr. Ant. Vestri capilli. p. [24]. V. Lætámini. p. [21].

Vesperæ a Capitulo de sequ. cum comm. Octavæ et S. Theodori Mart.

## Die 9. In Dedicatione Basilicæ Ss. Salvatoris.

Duplex.

Omnia ut in Communi Dedic. Eccles. p. [48].

Et fit commem. Octav. omnium Sanctorum p. 561; deinde S. Theodori Mart. Ant. Iste sanctus. V. Glória et honóre. p. [10].

Oratio.

Deus, qui nos beáti Theodóri Mártiris tui confessione gloriósa circúmdas et prótegis: præsta nobis ex ejus imitatione proficere, et oratióne fulcírí. Per Dóminum nostrum.

In Laudib. fit comm. S. Theodori M. Ant. Qui odit. V. Justus. p. [12]. Vesp. a Capit. de sequ. cum comm. præced., ac Ss. Mm. Tryphonis, etc.

## Die 10. S. Andræ Avellini Conf.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui in corde beáti Andræ Confessoris tui, per árduum quotidie in virtútibus proficiéndi votum, admirábiles ad te ascensionis disposuisti: concéde nobis, ipsius méritis et intercessióne, ita ejusdem grátie participes fieri; ut perfectióra semper exsequéntes, ad glóriæ tuæ fastigium feliciter perducámur. Per Dóminum nostrum.

Et fit comm. præced. Ant. O quam metuendus est. V. Domum tuam. p. [53]. Oratio. Deus, qui nobis. p. [52].

Postea Ss. Martyrum Tryphonis, Respicii et Nymphæ. Ant. Istórum est. V. Lætámini. p. [21].

Oratio.

Fac nos, quæsumus Dómine, sanctorum Mártirum tuorum Tryphonis, Respicii et Nymphæ semper festa sectári: quorum suffrágiis protectionis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum.

In Laud. fit comm. Ss. Mart. Ant. Vestri. V. Exsúltabunt. p. [24].

Vesp. a Capit. de sequ., commem. præced. et S. Mennæ Mart.

## Die 11. S. Martini Episc. et Conf.

Duplex.

In I. Vesperis.

Si dicendæ sint integræ. Ant. et Capit. de Laudibus. p. 564. Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. p. [1]. Hymn. et V. de Comm. Conf. Pont. p. [27].

Ad Magnificat

Antiph.

II.

O be-á-tum vi-rum, \*cu-jus á-ni-ma pa-ra-

di-sum pós-si-det: unde ex-súl-tant Ange-li, læ-tán-tur Arch-

ánge - li, chorus Sanctórum proclá-mat, turba Virgi-num in-  
 vi - tat Ma-ne no-bis-cum in æ - tér-num. *Cant. Magníf. p. 27.*

*Oratio ut ad Laudes.*

*Et fit commem. S. Andreae Avellini. Ant. Hic vir. V. Justum. p. [38].*

*Oratio. Deus, qui. p. 563.*

*Postea S. Menæ Mart. Ant. Iste sanctus. V. Glória et honóre. p. [10].*

*Oratio. Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui. p. [12].*

**Ad Laudes, et per Horas.**

1. Antiph. VII. 3. Di-xé-runt di-scí-pu-li \* ad be-á - tum Martí-num:  
 Cur nos pa-ter dé-se - ris, aut cu - i nos de-so-lá - tos re-lín-  
 quis? In-vá - dent e-nim gre - gem tu - um lu-pi ra-pá-ces.  
*Ps. 92. Dóminus regnávít. p. 1.*

2. Antiph. VII. 1. Dó - mi-ne, \* si adhuc pó-pu-lo tu - o sum ne-  
 ces-sá-ri - us, non re-cú-so la-bó-rem: fi - at vo-lúntas tu - a.  
*Ps. 99. Jubiláte. p. 1.*

3. Antiph. VIII. 1. O vi - rum \* in-ef-fá-bi-lem, nec la-bó-re vi-  
 ctum, nec mor-te vincéndum, qui nec mo-ri tímu - it, nec vi-  
 ve-re re - cu-sá-vit! *Ps. 62 et 66. p. 1 et 2.*

4. Antiph. VII. 3. O-cu-lis ac má-nibus \* in cœ-lum semper intén-  
 tus, inví-ctum ab o-ra-ti-ó-ne spí - ri-tum non re-la-xá - bat,  
 al - le - lú - ja. *Cant. Benedícite. pag. 2.*

5. Antiph. VIII. 1. Mar-tí-nus \* Abrahæ si - nu læ-tus ex-ci-pi - tur:  
 Martí-nus hic pauper et mó - di-cus, cœ-lum di-ves ingré-di-tur,  
 hy-mnis cœ-lé - stibus ho-no-rá-tur. *Ps. 148-150. p. 3 et 4.*  
*Capitulum. Ecce sacérdos. p. [27]. Hymnus. Jesu Redémptor. p. [30].*  
*V. Justum. p. [31]. Ad Bened. Ant. O beátum virum. ut supra p. 563.*

*Oratio.*

**D**eus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra virtúte subsístimus: concéde propítius; ut intercessióne beáti Martíni Confessóris tui atque Pontíficis contra ómnia advérsa muniámur. Per Dñm.  
*Et fit commem. S. Menæ. Ant. Qui odit. V. Justus. p. [12].*

**Ad Primam.**

*Ant. Dixérunt discípuli. p. 564. Lect. br. Fungi. p. [32].*

**Ad Tertiam.**

*Ant. Dómine, si adhuc. p. 564. Capit. Ecce sacérdos. p. [27].*  
*R. br. Amávit eum Dóminus. p. [31].*

**Ad Sextam.**

*Ant. O virum. p. 564. Capit. Non est invéntus. p. [32].*  
*R. br. Elégit eum. ibid.*

**Ad Nonam.**

*Ant. Martínus. ut supra. Capit. Fungi sacerdotio. p. [32].*  
*R. br. Tu es sacérdos. ibid.*

**In II. Vesperis.**

*Ant. et Capit. de Laud. Ps. ut in I. Vesp. de Communi Apost. et loco ultimi Ps. Meménto Dómine David. p. [33].*  
*Hymnus ut in Comm. Conf. Pont. p. [27]. V. Justum dedúxit. p. [30].*

Ad Magnificat  
 Antiph. I. 3. O be-á-tum Pontí - fi - cem, \* qui to-tis

viscé-ri-bus di-li-gé-bat Chri-stum Re-gem, et non formi-  
dá-bat impé - ri - i princi - pá-tum: o sanctis - si - ma á-ni-  
ma, quam et-si glá-di-us per-se-cu-tó-ris non ábstu - lit, pal-  
mam ta-men mártý-ri - i non a-mí-sit. *Cant. Magnif. p. 27.*

*Deinde fit commem. sequ.*

**Die 12. S. Martini Papæ et Mart.**

*Semiduplex.*

*Ant. Iste sanctus. V. Glória. p. [10]. Oratio. Deus, qui nos. p. [12]. Vesperæ a Capit. de sequ. cum commem. præced.*

**Die 13. S. Didaci Confessoris.**

*Semiduplex.*

*Oratio.*

**O**mnipotens sempitærne Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitius humilitati nostræ; ut piis beati Didaci Confessoris tui precibus, ad perennem in cælis gloriam sublimari mereamur. Per Dñm.

*Et fit commem. præced. Ant. Qui vult. V. Justus. p. [14]. Orat. Deus, qui nos. p. [12]. Vesp. de sequ. commem. præced.*

**Die 14. S. Josaphat Episc. et Mart.**

*Duplex.*

*Oratio.*

**E**xcita, quæsumus Dómine, in Ecclesia tua Spiritum, quo repletus beatus Josaphat Martyr et Póntifex tuus animam suam pro óvibus pósuit: ut, eo intercedente, nos quoque eodem Spiritu moti ac roborati, animam nostram pro fratribus pónere non vereamur. Per Dóminum . . . in unitate ejusdem Spiritus.

*Et fit commem. præced. Ant. Hic vir. V. Justum deduxit. p. [38]. Vesperæ a Capit. de sequ., commem. præced.*

**Die 15. S. Gertrudis Virginis.**

*Duplex.*

*Oratio.*

**D**eus, qui in corde beatæ Gertrúdis Virginis jucúdam tibi mansiónem præparasti: ipsius méritis et intercessióne cordis nostri máculas cleménter abstérge, et ejusdem tribue gaudere consórtio. Per Dóminum nostrum.

*Et fit commemor. præced. Ant. Qui vult. V. Justus ut palma. p. [14]. Oratio. Excita, quæsumus. ut supra.*

**Die 17. S. Gregorii Thaumaturgi Episc. et Conf.**

*Semiduplex.*

*Oratio. Da, quæsumus. p. [31]. Vesperæ de sequ., commem. præced.*

**Die 18. In Dedicat. Basilic. Ss. Petri et Pauli Apost.**

*Duplex.*

*Omnia de Communi Dedicacionis Ecclesie. p. [48]. Et fit commem. S. Gregorii. Ant. Amávit. V. Justum. p. [33]. Vesp. a Capit. de sequ. cum comm. præced. et S. Pontiani Pap. et Mart.*

**Die 19. S. Elisabeth Viduæ.**

*Duplex.*

*Oratio.*

**T**uorum corda fidélium Deus miserátor illústra: et beatæ Elisabeth precibus gloriósis fac nos próspéra mundi despícere; et cœlesti semper consolatióne gaudere. Per Dóminum.

*Deinde fit commem. Dedic. Basilic. Ss. Apost. Ant. O quam metuendus est. V. Domum. p. [53]. Oratio. Deus, qui nobis. p. [52]. Postea S. Pontiani Papæ et Mart. Ant. Iste sanctus. V. Glória. p. [10].*

*Oratio. Infirmítatem. p. [12]. In Laud. Ant. Qui odit. V. Justus. et Orat. Infirmítatem. p. [12]. Vesperæ a Capit. de sequ. cum commem. præced.*

**Die 20. S. Felicis de Valois Confessoris.**

*Duplex. (m. t. v.)*

*Oratio.*

**D**eus, qui beatum Felicem Confessórem tuum ex eremo ad munus redimendi captivos cœlitus vocare dignatus es: præsta, quæsumus; ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrórum captivitate, ejus intercessióne liberati, ad cœlestem pátriam perducámur. Per Dóminum nostrum.

*Pro commem. S. Elisabeth. Ant. Manum suam. V. Diffusa est. p. [47]. Oratio. Tuorum. ut supra. Vesperæ de sequ., comm. præced.*

**Die 21. In Præsentatione B. Mariæ Virg.**

*Duplex majus.*

*Omnia dic. ut in Festis B. M. V. p. [54], præter sequ.*

*In utrisque Vesperis.*

Ad Magnificat

Antiph. I. 1. Be-á-ta De-i Gé-ni-trix \* Ma-rí-a, Vir-go perpé-tu-a, templum Dó-mi-ni, sacrá-ri-um Spí-ri-tus san-cti, so-la si-ne ex-ém-plo pla-cu-i-sti Dó-mi-no no-

stro Je-su Chri-sto, al-le - lú-ja. *Cant. Magnificat. p. 27.*

*Oratio.*

Deus, qui beatam Mariam semper Virginem, Spiritus sancti habitaculum, hodierna die in templo presentari voluisti: presta, quaesumus; ut ejus intercessione in templo gloriae tuae presentari mereamur. Per Dominum . . . in unitate ejusdem Spiritus.

*Et fit commemor. praeced. Ant. Hic vir. V. Justum. p. [38]. Orat. Deus, qui. p. 567. — In II. Vesp. commemor. sequi.*

## Die 22. S. Caeciliae Virg. et Mart.

*Duples.*

## In I. Vesperis.

*Si I. Vesp. dicenda sint integra, Ant., Capit. et Hymnus de Laudib. Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Virg. p. [39].*

Ad Magnificat  
Antiph.  
IV. 1. Est se-crétum \* Va-le-ri-á - ne, quod ti-

bi vo-lo dí-ce-re: Ange-lum De-i há-be-o ama-tó-

rem, qui ními-o ze-lo custó-dit corpus me-um. *Cant. Magnif. p. 27.*

V. Spécie tua, et pulchritudine tua.

R. Inténde, prospere procéde, et regna.

*Oratio.*

Deus, qui nos ánnua beatae Caeciliae Virginis et Mátyris tuae solemnitate laetificas: da, ut quam veneramur officio, étiam piaé conversatiónis sequámur exémplo. Per Dominum.

## Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph.  
I. 3. Cantánti-bus ór-ga-nis \* Cæ-ci-li-a Dómi-

no de-cantábat, dí-cens: Fi-at cor me-um imma-cu-lá-tum,

ut non con-fúndar. *Ps. 92. Dóminus. p. 1.*

2. Antiph.  
VII. 1. Va-le-ri-á - nus \* in cu-bí-cu-lo Cæ-ci-li-am

cum Ange-lo o-rán-tem in-vé-nit. *Ps. 99. Jubiláte. p. 1.*

3. Antiph.  
III. 3. Cæ-ci-li-a \* fá-mu-la tu-a, Dó-mi-ne, qua-

si a-pis ti-bi argu-mentó-sa de-sér-vit. *Ps. 62 et 66. p. 1 et 2.*

4. Antiph.  
VIII. 1. Bene-dí-co te \* Pa-ter Dómi-ni me-i Je-su

Chri-sti, qui-a per Fí-li-um tu-um i-gnis ex-stinctus est a

lá-te-re me-o. *Cant. Benedicite. p. 2.*

5. Antiph.  
IV. 1. Tridu-á-nas \* a Dómi-no popó-sci in-dú-ci-as,

ut domum me-am ecclé-si-am consecrárem. *Ps. 148-150. p. 3 et 4.*

*Capitulum.**II. Cor. 10. d.*

Fratres: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est; sed quem Deus comméndat.

Hymnus.  
I. 1. Je-su, co-ró-na Vir-gi-num, \* quem ma-ter

il-la cónci-pit, quæ so-la Virgo pártu-rit: hæc vo-ta clemens

ác-ci-pe. 2. Qui per-gis in-ter lí-li-a, se-ptus cho-ré-is Vir-

gi-num, sponsus de-có-rus gló-ri-a, sponsisque reddens præ-mi-a.



3. Quo-cúm-que ten-dis, Vir-gi-nes sequún-tur, at-que láu-di-bus  
 post te ca-néntes cúr-si-tant, hy-mnósque dul-ces pèr-so-nant.

4. Te de-pre-cámur súppli-ces; nostris ut addas sèn-si-bus, ne-scí-  
 re prorsus ómni-a corru-pti-ó-nis vúlne-ra. 5. Vir-tus, ho-  
 nor, laus, gló-ri-a De-o Pa-tri cum Fí-li-o, san-cto si-mul  
 Pa-rá-cli-to, in sæ-cu-ló-rum sæ-cu-la. A-men.

Ÿ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.  
 R̄. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus  
 Antiph.  
 I. 1. Dum au-ró-ra fi-nem da-ret, \* Cæ-ci-li-a  
 exclamá-vit, di-cens: E-ja mí-li-tes Chri-sti, ab-jí-ci-te  
 ó-pe-ra te-ne-brá-rum, et in-du-í-mi-ni arma lu-cis.

Cant. Benedictus. p. 7.

Oratio ut supra p. 568.

Ad Primam.

Ant. Cantántibus órganis. p. 568. Lect. br. Dómine Deus. p. [43].

Ad Tertiam.

Ant. Valeriánus. p. 568. Capit. Fratres: Qui gloriátur. p. 569.  
 R̄. br. Spécie tua. p. [42].

Ad Sextam.

Ant. Cæcília. p. 569. Capit. Æmulor. p. [42].  
 R̄. br. Adjuvábít eam. *ibid.*

Ad Nonam.

Ant. Triduánas. p. 569. Capit. Dómine Deus meus. p. [43].  
 R̄. br. Elégit eam. *ibid.*

In II. Vesperis.

Ant. de Laud. Ps. ut in Communi Virg. p. [39]. A Capit. fit de sequ.  
 cum commem. preced. et S. Felicitatis Mart. ut infra.

Die 23. S. Clementis Papæ et Mart.

Duplex.

In I. Vesperis.

Si I. Vesp. dicendæ sint integræ, Ant. de Laud. Ps. ut in I. Vesp. de  
 Communi Apost. p. [1]. Capit. ut infra p. 573.

Hymnus.  
 III. De-us, tu-ó-rum mí-li-tum \* sors, et co-

ró-na, præ-mi-um, lau-des ca-nén-tes Márty-ris ab-sól-ve  
 ne-xu crí-mi-nis. 2. Hic nempe mundi gáu-di-a, et blanda  
 fraudum pá-bu-la im-bú-ta fél-le dé-pu-tans, per-vé-nit  
 ad cœ-lé-sti-a. 3. Pœ-nas cu-cúrrit fór-ti-ter, et sústu-lit  
 vi-rí-li-ter; fun-dénsque pro te sán-gui-nem, æ-térna  
 do-na pós-si-det. 4. Ob hoc pré-cá-tu súppli-ci, te pós-ci-  
 mus, pi-is-si-me; in hoc tri-úm-pho Márty-ris di-mít-te  
 no-xam sér-vu-lis. 5. Laus, et per-én-nis gló-ri-a Pa-tri  
 sit, at-que Fí-li-o, san-cto si-mul Pa-rá-cli-to, in

sem-pi-tér-na sæ-cu-la. A - men.

¶ Glória et honóre coronásti eum, Dómine.  
R. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magnificat  
Antiph.  
VIII. 1. O-ré-mus omnes \* ad Dó-mi-num Je-sum  
Christum, ut Con-fes-só-ri-bus su - is fon-tis ve-nam a-pé-ri - at.

Cant. Magnificat. p. 27.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beáti Cleméntis Mártiris tui atque Pon-tíficis solemnitate lætíficas: concéde propítius; ut cujus nata-litia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dñm.

Et fit commem. S. Cæcilie Virg. et Mart.

Ad Magnificat  
Antiph.  
I. 3. Vir-go glo-ri-ó-sa \* semper Evangé-li-um  
Christi ge-ré-bat in pé-ctore su-o, et non di - é - bus ne-  
que nó-ctibus a col-ló-qui-is di-ví-nis et o-ra-ti-ó-ne ces-

sá - bat. Cant. Magnificat. p. 27.

¶ Diffúsa est. p. 563. Oratio. Deus, qui nos ánnua. p. 568.

Deinde commem. S. Felicitatis Mart. Ant. Símile. ¶ Spécie. p. [45].

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut, beátæ Felicitátis Már-tyris tuæ solémnia recensentes, méritis ipsius protegámur et précibus. Per Dóminum nostrum.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph.  
VII. 4. O-rán - te \* san-cto Clemén - te, appá-ru - it  
e - i Agnus De - i. Ps. 92. Dóminus. p. 1.

2. Antiph.  
VII. 1. Non me-is mé-ri-tis \* ad vos me mi-sit Dómi-  
nus, vestris co-ró-nis par-ti-ci-pem fi-e-ri. Ps. 99. Jubiláte. p. 1.

3. Antiph.  
VII. I. Vi-di su-pra mon-tem \* Agnum stantem, de sub  
cu-jus pe-de fons vi-vus emá-nat. Ps. 62 et 66. p. 1 et 2.

4. Antiph.  
VII. 1. De sub cu-jus pe-de \* fons vi-vus emá-nat, flúmi-  
nis ímpetus læ-tí-fi-cat ci-vi-tá-tem De-i. Cant. Benedícite. p. 2.

5. Antiph.  
VIII. 2. Omnes gen - tes \* per gy-rum cre - di - dé - runt  
Chri-sto Dó-mi-no. Ps. 148-150. p. 3 et 4.

Capitulum.


Jac. 1. b.

Beátus vir qui suffert tentatiónem: quóniam cum probátus fúerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus dili-géntibus se.

Hymnus. Invicte Martyr. p. [11].

¶ Justus ut palma florébit.  
R. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Ad Benedictus  
Antiph.  
I. 1. Cum i-ter ad ma - re ce-pís-set, \* pó - pu-  
lus vo-ce ma-gna cla-má-bat: Dó-mi-ne Je-su Chri-ste,  
salva il - lum: et Cle-mens cum lá-crimis di-cé-bat: Sús-ci-



pe Pa-ter, spi-ri-tum me-um. *Cant.* Benedíctus. p. 7.

*Orat.* Deus, qui. p. 572. *Deinde fit comm. S. Felicitatis. Ant.* Date ei.  
*V.* Diffusa est. p. [46]. *Oratio. Præsta.* p. 572.

**Ad Primam.**

*Ant.* Oránte. p. 572. *Lect. br.* Justus cor suum. p. [13].

**Ad Tertiam.**

*Ant.* Non meis méritis. p. 573. *Capit.* Beátus vir. p. 573.  
*R. br.* Glória et honóre. p. [13].

**Ad Sextam.**

*Ant.* Vidi supra mōtem. p. 573. *Capit.* Cibávit. p. [13].  
*R. br.* Posuísti Dómine. *ibid.*

**Ad Nonam.**

*Ant.* Omnes gentes. p. 573. *Capit.* Justus cor suum. p. [13].  
*R. br.* Magna est glória. *ibid.*

**In II. Vesperis.**

*Ant. de Laud.* p. 565. *Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost.* p. [1] et loco  
*ultimi Ps. Crédidi.* p. [7].  
*A Capit. fit de sequ. cum commem. preced. et S. Chrysogoni Mart.*

**Die 24. S. Joannis a Cruce Confessoris.**

*Duplex. (m. t. v.)*

*Oratio.*


Deus, qui sanctum Joánnem Confessórem tuum perfectæ sui  
abnegatiónis, et crucis amatórem eximium effecisti: concéde;  
ut ejus imitatióni júgiter inhæréntes, glóriam assequámur ætér-  
nam. Per Dóminum nostrum.

*Deinde fit commem. S. Clementis.*


Ad Magnificat

Antiph.


I. I. De-dísti, Dómi-ne, \* habi-tá-cu-lum márt-y-ri




tu-o Cle-mén-ti in má-ri, in mo-dum templi marmó-re-i,



an-ge-lí-cis má-ni-bus præpa-rá-tum, i-ter præbens pó-pu-



lo ter-ræ, ut e-nár-rent mi-ra-bí-li-a tu-a.



*Cant.* Magnificat. p. 27.

*V.* Justus ut palma florébit.  
*R.* Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

*Oratio.*

Deus, qui nos ánnua beáti Cleméntis Márt-y-ris tui atque Pon-  
tíficis solemnitate lætíficas: concéde propítius; ut cujus nata-  
lítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dñm.

*Deinde S. Chrysogoni Mart. Ant.* Iste sanctus. *V.* Glória. p. [10].

*Oratio.*

Adésto Dómine supplicatióibus nostris: ut qui ex iniquitate  
nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Chrysógoni Márt-y-ris  
tui intercessiõe liberémur. Per Dóminum.

*In Laud. pro commem. S. Chrysogoni Mart. Ant.* Qui odit. *V.* Justus.  
p. [12]. *Oratio.* Adésto Dómine. *ut supra.*  
*Vesp. a Capit. de sequ. cum commem. preced.*

**Die 25. S. Catharinæ Virg. et Mart.**

*Oratio.*

Deus, qui dedísti legem Móysi in summitate montis Sínai, et in  
eódem loco per sanctos Angelos tuos corpus beátæ Catharinæ  
Virginis et Márt-y-ris tuæ mirabiliter collocásti: præsta, quæsumus;  
ut ejus méritis et intercessiõe, ad montem, qui Christus est,  
pervenire valeámus: Qui tecum vivit et regnat.

*Pro commem. S. Joannis. Ant.* Hic vir. *V.* Justum. p. [38].

*Oratio.*

Deus, qui sanctum Joánnem Confessórem tuum perfectæ sui  
abnegatiónis, et crucis amatórem eximium effecisti: concéde;  
ut ejus imitatióni júgiter inhæréntes, glóriam assequámur ætér-  
nam. Per Dóminum nostrum.

*In II. Vesperis fit commem. sequ.*

**Die 26. S. Silvestri Abbatis. Duplex.**

*Oratio.*

Clementíssime Deus, qui sanctum Silvéstrum Abbátem sæculi  
hujus vanitatem in apérto túmulo pie meditántem ad erémum  
vocáre, et præcláris vitæ méritis decoráre dignátus es: te súp-  
plices exorámus; ut ejus exémplo terréna despiciétes, tui con-  
sórtio perfruámur ætérno. Per Dóminum.

*Et fit commem. S. Petri Alexandrini Ep. Mart. Ad Vesp. Ant.* Iste  
sanctus. *V.* Glória. p. [10]. *Oratio.* Infirmitatem. p. [12]. *Ad Laudes.*  
*Ant.* Qui odit. *V.* Justus ut palma. p. [12].



# COMMUNE SANCTORUM.

In Vigiliis Apostolorum.

Officium fit de Feria, excepta Oratione, quæ in propriis locis notatur.

## Commune Apostolorum et Evangelistarum extra tempus paschale.

In I. Vesperis.

1. Ant. VIII. 2. Oc est præ-cé-ptum me-um, \* ut di-li-gá-tis in-vi-cem, sic-ut di-lé-xi vos. Ps. Dixit Dñs. ut infra.

*Psalmys 109.*  
**D**ixit Dóminus, Dómino meo:  
 \* Sede a dextris meis:  
 Donec ponam inimicos tuos,  
 \* scabellum pedum tuorum.  
 Virgam virtutis tuæ / emittet  
 Dóminus ex Sion: \* dominare  
 in médio inimicórum tuorum.  
 Tecum princípium in die vir-  
 tutis tuæ in spléndoribus san-  
 ctórum: \* ex útero ante lucife-  
 rum genui te.

Jurávit Dóminus, et non pœ-  
 nitébit eum: \* Tu es sacérdqs  
 in ætérnum / secúndum ór-  
 dinem Melchisedech,  
 Dóminus a dextris tuis, \* con-  
 frégit in die iræ suæ reges.  
 Judicábit in natióibus, im-  
 plébit ruínas: \* conquassábit  
 cápita in terra multórum.  
 De torrén-te in via bibet: \*  
 proptérea exaltábit caput.

Antiph. Hoc est præceptum meum. ut supra.

2. Ant. II. Ma-jó-rem ca-ri-tá-tem \* ne-mo ha - bet, ut á-ni-mam su-am po-nat quis pro a-mí-cis su-is.

Ps. Confitébor tibi. ut infra.

*Psalmus 110.*  
**C**onfítebor tibi Dómine in toto  
 corde meo: \* in consilio ju-  
 stórum, et congregatióne.  
 Magna ópera Dómini: \* ex-  
 quisita in omnes voluntátes ejus.

Conféssio et magnificéntia opus  
 ejus: \* et justitia ejus manet in  
 sæculum sæculi.  
 Memóriam fecit mirabílium  
 suórum, miséricors et miserátor  
 Dñs: \* escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sæculum testamēti sui: \* virtutem operum suorum annuntiabit pópulo suo: Ut det illis hæreditatem gentium: \* ópera mánuum ejus veritas, et júdicium. Fidélia ómnia mandáta ejus: confirmáta in sæculum sæculi, \* facta in veritatē et æquitatē.

Redemptionem misit pópulo suo: \* mandavit in ætérnum testamentum suum. Sanctum, et terribile nomen ejus: \* initium sapientiae timor Dómini. Intellectus bonus ómnibus facientibus eum: \* laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Antiph. Majórem. ut supra pag. [1].

3. Ant. I. 4. Vos a-mí-ci me-i e-stis, \* si fe-cé-ri-tis

quæ præ-ci-pi-o vó-bis: di-cit Dó-minus. Ps. Beátus vir. ut infra.

Psalmus 111.

Beátus vir, qui timet Dóminum: \* in mandátis ejus voluit nimis.

Potens in terra erit semen ejus: \* generatio rectórum benedicétur.

Glória, et divitiæ in domo ejus: \* et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis: \* misericors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat, dispónet sermónes

Antiph. Vos amici. ut supra.

4. Ant. I. 1. Be-á-ti pa-ci-fi-ci, \* be-á-ti mundo cor-de,

quó-ni-am ip-si De-um vi-dé-bunt. Ps. Laudáte púeri. ut infra.

Psalmus 112.

Laudáte púeri Dóminum: \* laudáte nomen Dómini. Sit nomen Dómini benedictum, \* ex hoc nunc, et úsque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, \* laudabile nomen Dómini. Excélsus super omnes gentes Dóminus, \* et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus no-

ster, qui in altis hábitat, \* et humília respicit in celo et in terra? Ut cóllocet eum cum princípibus, \* cum princípibus pópuli sui. Quidam dicit: Qui habitare facit stérilem in domo, \* matrem filiórum lætántem.

Antiph. Beáti pacifici. ut supra pag. [2].

5. Ant. II. In pa-ti-én-ti-a vestra \* pos-si-dé-bi-tis á-ni-

mas ve-stras. Ps. Laudáte. ut infra.

Psalmus 116.

Laudáte Dóminum omnes Gentes: \* laudáte eum omnes pópuli:

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: \* et veritas Dómini manet in ætérnum.

Antiph. In patientia vestra. ut supra.

Capitulum.

Ephes. 2. d.

Fratres: Jam non estis hóspites, et ádvenæ: sed estis cives sanctorum, et domestici Dei: superædificáti super fundamentum Apostolórum, et Prophetárum, ipso summo angulári lápide Christo Jesu. R. Deo grátias.

Hymnus. IV. 1. Exsúl-tet or-bis gáu-di-is, \* cœ-lum re-súl-tet

láudi-bus: A-po-sto-ló-rum gló-ri-am tel-lus et a-stra cón-ci-nunt.

2. Vos sæ-cu-ló-rum jú-di-ces, et ve-ra mun-di lú-mi-na: vo-

tis præ-cá-mur cór-di-um, au-dí-te vo-ces súp-pli-cum. 3. Qui

tem-pla cœ-li cláu-di-tis, se-rásque ver-bo sól-vi-tis, nos a-

re-á-tu nó-xi-os sol-vi ju-bé-te, quæ-su-mus. 4. Præ-cé-pta quó-

rum pró-tinus languor sa-lús-que sên-ti-unt: sa-ná-te mentes

lán-gui-das; au-gé-te nos vir-tú-ti-bus. 5. Ut, cum red-i-bit  
ár-bi-ter in fi-ne Chri-stus sæ-cu-li, nos sem-pi-térni gáudi-i  
concédat es-se cómpo-tes. 6. Pa-tri, si-múlque Fí-li-o, ti-bi-  
que san-cte Spí-ri-tus, sic-ut fu-it, sit jú-gi-ter sæ-clum  
per o-mne gló-ri-a. A - men.

¶. In omnem terram exivit sonus eorum.  
R. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnificat

Antiph.

I. 1. Tra-dent e-nim vos \* in con-cí-li-is, et in

syn-a-gó-gis su-is fla-gel-lá-bunt vos, et ante re-ges et præ-  
si-des du-cé-mi-ni pro-pter me in te-sti-mó-ni-um  
il-lis, et gén-ti-bus. *Cant. Magnificat. pag. 27.*  
*Oratio propria.*

Ad Completorium.

Hymnus.

VIII.

Te lu-cis ante tér-mi-num,\* rerum Cre-á-tor

pó-scimus, ut pro tu-a cle-mén-ti-a sis præ-sul et cu-  
stó-di-a. 2. Procul re-cédant só-mni-a, et nó-cti-um  
phantásma-ta; ho-stém-que nostrum cómpri-me, ne pol-lu-án-

tur cór-po-ra. 3. Præ-sta, Pa-ter pi-ís-si-me, Pa-tri-que  
compar U-ni-ce, cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to regnans per  
o-mne sæ-cu-lum. A - men.

Ad Laudes, et per Horas.

*Antiph. Hoc est præceptum meum. p. [1]. Ps. 92. Dñs regnavit. cum reliquis de Dom. p. 1. Capit. Fratres. Hymn. Exsultet. p. [3].*  
¶. Annuntiaverunt ópera Dei. R. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Benedictus

Antiph.

II. Vos, qui re-liquístis ó-mni-a, \* et se-cú-ti

e-stis me, cén-tu-plum ac-ci-pi-é-tis, et vi-tam æ-tér-  
nam pos-si-dé-bi-tis. *Cant. Benedictus. p. 7.*

*Ad Horas Hymni cantantur super Tonum Te lucis. pag. [4].*

Ad Primam.

*Ant. Hoc est præceptum meum. p. [1]. Lect. br. Ibant p. [6].*

Ad Tertiam.

*Ant. Majórem caritatem. p. [1]. Capit. Fratres. ut supra p. [3].*

R. br. In o-mnem ter-ram \* Ex-í-vit so-nus e-ó-rum.  
In omnem terram.

¶. Et in fi-nes or-bis ter-ræ ver-ba e-ó-rum.  
Exívit. Glória Patri. *pag. 20\**. In omnem.

¶. Constitues eos príncipes super omnem terram.  
R. Mémoires erunt nóminis tui Dómine.

Ad Sextam.

*Ant. Vos amici mei estis. pag. [2].*

Capitulum.

*Act. 5. b.*

Per manus autem Apostolorum fiebant signa et prodigia multa  
in plebe. R. br. Constitues eos príncipes. *pag. 20\**.

¶. Nimis honorati sunt amici tui Deus.

R. Nimis confortatus est principatus eorum.

## Ad Nonam.

Ant. In paciéntia vestra. pag. [3].

Capitulum.

Act. 5. c.

Ibant Apóstoli gaudéntes a conspéctu concílii, quóniam digni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati.

R. br. Ni-mis ho-no-rá-ti sunt \* A-mí-ci tu - i De-us.  
Nimis honoráti sunt.

Ps. Ni-mis con-for-tá-tus est prin-ci-pá-tus e-ó-rum.

Amíci. Glória Patri. pag. 20\*. Nimis honoráti.

Ps. Annuntiavérunt ópera Dei. R. Et facta ejus intellexérunt.

## In II. Vesperis.

1. Ant. VIII. 1. Ju-rá-vit Dó-mi-nus, \* et non pœ-ni-té-bit e-um:

Tu es sa-cér-dos in æ-tér-num. Ps. Dixit Dóminus. ut infra.

Psalmus 109.

Dixit Dóminus Dómino meo:  
\* Sede a dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos,  
\* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet  
Dóminus ex Sion: \* domináre  
in médio inimicórum tuorum.

Tecum princípium in die vir-  
tutis tuæ in splendoribus san-  
ctórum: \* ex útero ante lucífe-  
rum génuí te.

Jurávit Dóminus, et non pœ-  
nitébit eum: \* Tu es sacérdos  
in ætérnum secúndum órđinem  
Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, \* con-  
frégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natióibus, im-  
plébit ruínas: \* conquassábit  
cápita in terra multórum.

De torrén-te in via bibet: \*  
proptérea exaltábit caput.

Ant. Jurávit Dñs. ut supra.

2. Ant. VIII. 2. Cól-lo-cet e - um Dó-mi-nus \* cum prin-ci-pi-bus

pó-pu-li su-i. Ps. Laudáte púeri. ut infra.

Psalmus 112.

Laudáte púeri Dóminum: \*  
laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedí-  
ctum, \* ex hoc nunc, et usque  
in sæculum.

A solis ortu usque ad occá-  
sum, \* laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes  
Dóminus, \* et super cœlos gló-  
ria ejus.

Quis sicut Dóminus Deus

noster, qui in altis hábitat, \* et  
humília réspicit in cœlo et in  
terra?

Súscitans a terra inopem, \*  
et de stercore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum principi-  
bus, \* cum principibus pópuli sui.  
Qui hábitáre facit stérilem in  
domo, \* matrem filiórum læ-  
tántem.

Antiph. Cóllocet eum Dóminus. ut supra pag. [6].

3. Ant. VII. 3. Di-ru-pí-sti Dó-mi-ne \* vín-cu-la me - a: ti-bi

sa-crí-fi-cá-bo hó - sti-am lau-dis. Ps. Crédidi. ut infra.

Psalmus 115.

Crédidi, propter quod locútus  
sum: \* ego autem humiliátus  
sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: \*  
Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, \* pro  
ómnibus, quæ retribuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: \*  
et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam  
coram omni pópulo ejus: \* pre-

tiósa in conspéctu Dómini mors  
sanctórum ejus:

O Dómine quia ego servus  
tuus: \* ego servus tuus, et filius  
ancillæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: \* tibi  
sacrificábo hóstiam laudis, et  
nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in  
conspéctu omnis pópuli ejus: \*  
in átriis domus Dómini, in mé-  
dio tui Jerúsalem.

Antiph. Dirupísti, Dómine. ut supra.

4. Ant. VIII. 2. E-ún-tes i - bant \* et fle-bant, mit-tén-tes sé-

mi-na su-a. Ps. In converténdo. ut infra.

Psalmus 125.

In converténdo Dóminus capti-  
vitátem Sion: \* facti sumus  
sicut consoláti:

Tunc replétum est gáudio os  
nostrum: \* et lingua nostra ex-  
sultatióne.

Tunc dicent inter gentes: \*  
Magnificávit Dóminus fácere  
cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere

Antiph. Eúntes ibant. ut supra.

nobíscum: \* facti sumus læ-  
tántes.

Convérte Dómine captivitátem  
nostram, \* sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrimis, \* in  
exsultatióne metent.

Eúntes ibant et flebant, \* mit-  
téntes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum  
exsultatióne, \* portántes maní-  
pulos suos.

5. Ant. VII. 4. Confor-tá - tus est \* prin-ci-pá-tus e - ó - rum, et

ho-no-rá-ti sunt a-mí-ci tu - i De-us. *Ps. Dómine. ut infra.*

*Psalmus 138.*

Dómine probásti me, et cognovísti me: \* tu cognovísti sessionem meam, et resurrectionem meam.

Intellexísti cogitationes meas de longe: \* semitam meam, et funiculum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævídísti: \* quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima, et antiqua: \* tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me: \* confortáta est, et non pótero ad eam.

Quo ibo a spírítu tuo? \* et quo a fácie tua fugiam?

Si ascéndero in cœlum, tu illic es: \* si descéndero in inférnum, ades.

Si sumpsero pennas meas dilúculo, \* et habitávero in extrémis maris:

Etenim illuc manus tua dedúcet me: \* et tenébit me dextera tua.

Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me: \* et nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurábuntur a te, et nox sicut dies illuminábitur: \* sicut ténebræ ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos:

*Antiph. Confortátus est. ut supra. Capit. et Hymn. ut in I. Vesp.*

*V. Annuntiavérunt ópera Dei. R. Et facta ejus intellexérunt.*

Ad Magnificat. *Antiph. I. 4.*

E-stó-te for-tes in bel-lo, \* et pu-gná-te cum an-ti-quo ser-pén-te: et ac-ci-pi-é-tis re-gnum

\* suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi quia terribiliter magnificátus es: \* mirabilia ópera tua, et ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occulto: \* et substántia mea in inferioribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, et in libro tuo omnes scribéntur: \* dies formabúntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificátí sunt amici tui Deus: \* nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur: \* exsurrexi, et adhuc sum tecum.

Si occideris Deus peccatóres: \* viri sánguinem declináte a me:

Quia dicitis in cogitatione: \* accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui odérunt te Dómine, óderam? \* et super inimicos tuos tabescébam?

Perfécto ódio óderam illos: \* et inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus et scito cor meum: \* intérroga me, et cognósce semitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est: \* et deduc me in via ætérna.

æ - tér-num, al - le - lú - ja. *Cant. Magnificat. pag. 27.*

Commune unius Martyris extra temp. pasch.

In I. Vesperis.

*Ant. de Laud.; Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. [1].*

Capitulum.

*Jac. 1. b.*

Beátus vir, qui suffert tentationem: quóniam cum probátus fúerit, accipiet coronam vitæ, quam repromísit Deus diligéntibus se.

Hymnus.



III. E-us, tu - ó-rum mí-li-tum \* sors, et co-

ró-na, præ - mi-um, laudes canéntes Már-ty-ris ab - sól-ve

ne-xu cri - mi-nis. 2. Hic nem-pe mundi gáudi - a, et blanda

frau-dum pá - bu-la im-bú-ta fel-le dé-pu-tans, per - vé-nit

ad cœ-lé - sti-a. 3. Pœ-nas cu-cúrrit fór-ti-ter, et sústu-lit

vi-ri - li-ter; fun-dénsque pro te sángu-nem, æ - térna

do-na pós-si-det. 4. Ob hoc pre-cá-tu súpli-ci te pó-sci-

mus, pi - is - si-me; in hoc tri-úm-pho Már-ty-ris di - mit-te

no-xam sér-vu-lis. 5. Laus, et per-én-nis gló-ri - a Pa - tri

sit, at-que Fí - li-o, san-cto si-mul Pa-rá-eli-to, in

sem-pi-tér-na sá-cu-la. A - men.



V. Glória et honóre coronásti eum Dómine.  
R. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magnificat  
Antiph.  
VIII. 1.

I-ste san-ctus \* pro le-ge De-i su-i cer-tá-vit us-que ad mor-tem, et a ver-bis im-pi-ó-rum non tí-mu-it: fundá-tus e-nim e-rat su-pra fir-mam pe-tram.

Cant. Magnificat. pag. 27.

Orationes ut ad Laudes.

Ad Completorium.

Hymnus.  
VI.

Te lu-cis an-te tér-mi-num, \* re-rum Cre-á-tor pó-sci-mus, ut pro tu-a cle-mén-ti-a sis præ-sul et cu-stó-di-a. 2. Procul re-cédant só-mni-a, et nó-cti-um phantás-ma-ta; ho-stém-que nostrum có-mprime, ne pollu-ántur cór-pora.

3. Præsta, Pa-ter pi-ís-si-me, Pa-trí-que compar U-ni-ce, cum Spi-ri-tu Pa-rá-cti-to regnans per om-ne sæ-cu-lum. A-men.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph.  
I. 1.

Qui me conféssus fú - e-rit \* co-ram ho-mí-ni-bus, con-fi-té-bor et e-go e - um co-ram Pa-tre me-o.  
E u o u a e.

Ps. de Dominica pag. 1.

2. Antiph.  
III. 1.

Qui sé-qui-tur me, \* non ámbu-lat in té-ne-bris, sed ha-bé-bit lu-men vi-tæ, di-cit Dó-mi-nus.  
E u o u a e.

3. Antiph.  
I. 1.

Qui mi-hi mi-ní-strat, \* me se-quá-tur: et u-bi e-go sum, il-lic sit et mi-ní-ster me-us. E u o u a e.

4. Antiph.  
I. 1.

Si quis mi-hi mi-ni-strá-ve-rit, \* ho-no-ri-fi-cá-bit e-um Pa-ter me-us, qui est in cœ-lis, di-cit Dó-mi-nus. E u o u a e.

5. Antiph.  
1. 4.

Vo-lo Pa-ter, \* ut u-bi e-go sum, il-lic sit et mi-ní-ster me-us. E u o u a e.

Capitulum. Beátus vir. ut supra pag. [9].

Hymnus.  
VI.

In-ví-cte Mar-tyr, ú-ni-cum \* Pa-tris se-cú-tus Fí-li-um, vi-ctis tri-úm-phas hó-sti-bus, vi-ctor fru-ens cœ-lé-sti-bus. 2. Tu-i pre-cá-tus mú-ne-re nostrum re-á-tum di-

lu-e, arcens ma-li con-tá-gi-um, vi-tæ re-pél-lens tæ-di-um.

3. So-lú-ta sunt jam vín-cu-la tu-i sa-crá-ti córpo-ris: nos sol-

ve vinclis sæ-cu-li, do-no su-pérni Nú-mi-nis. 4. De-o Pa-tri

sit gló-ri-a, e-júsque so-li Fí-li-o, cum Spí-ri-tu Pa-rá-

cli-to, nunc, et per o-mne sæ-cu-lum. A-men.

¶ Justus ut palma florébit.  
¶ Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Ad Benedictus

Antiph.

III. 4.

Qui o-dit \* á-ni-mam su-am in hoc mundo,

in vi-tam æ-térnam cu-stó-dit e-am. *Cant. Benedictus. p. 7.*

*Pro Martyre et Pontifice. Oratio.*

Infirmítatem nostram réspice omnipotens Deus: et quia pondus  
própriæ actiõnis gravat, beáti *N.* Mártiris tui atque Pontíficis  
intercessio gloriõsa nos prótegat. Per Dóminum.

*Alia Oratio.*

Deus, qui nos beáti *N.* Mártiris tui atque Pontíficis ánnua so-  
lemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut cujus natalítia cóli-  
mus, ejúsdem étiam protectiõne gaudeámus. Per Dóminum.

*Pro Martyre tantum. Oratio.*

Præsta quæsumus omnipotens Deus: ut qui beáti *N.* Mártiris  
tui natalítia cólimus, intercessiõne ejus in tui nóminis amóre  
roborémur. Per Dóminum.

*Alia Oratio.*

Præsta quæsumus omnipotens Deus: ut intercedente beáto *N.*  
Mártire tuo et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore,  
et a pravis cogitatiõibus mundémur in mente. Per Dóminum.

*Hymni ad Horas cantantur in tono ut supra pag. [10].*

**Ad Primam.**

*Ant. Qui me conféssus fúerit. p. [10]. Lect. br. Justus. p. [13].*

**Ad Tertiam.**

*Ant. Qui séquitur me. pag. [11]. Capit. Beátus vir. pag. [9].*

¶. *br.* Gló-ri-a et ho-nó-re \* Co-ro-ná-sti e-um Dó-mi-ne.  
Glória et honóre.

¶. Et consti-tu-i-sti e-um su-per ó-pe-ra má-nu-um tu-á-rum.  
Coronásti. Glória Patri. *pag. 20\**. Glória et honóre.

¶. Posuisti Dómine super caput ejus.

¶. Coronam de lápide pretiõso.

**Ad Sextam.**

*Ant. Qui mihi ministrat. pag. [11].*

*Capitulum.*

*Ecclí. 15.*

Cibávit illum pane vitæ et intelléctus, et aqua sapiéntiæ salutáris  
potávit illum Dóminus Deus noster.

¶. *br.* Po-su-i-sti Dó-mi-ne \* Su-per ca-put e-jus.  
Posuisti Dómine.

¶. Co-ró-nam de lá-pi-de pre-ti-ó-so. Super.  
Glória Patri. *pag. 20\**. Posuisti Dómine.

¶. Magna est glória ejus in salutári tuo.

¶. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

**Ad Nonam.**

*Ant. Volo Pater. pag. [11].*

*Capitulum.*

*Ecclí. 39.*

Justus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum,  
qui fecit illum, et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

¶. *br.* Ma-gna est gló-ri-a e-jus \* In sa-lu-tá-ri tu-o.  
Magna est.

¶. Gló-ri-am et magnum de-có-rem im-pó-nes su-per e-um.  
In salutári tuo. Glória Patri. *pag. 20\**. Magna est.

¶. Justus ut palma florébit.

¶. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

**In II. Vesperis.**

*Antiph. et Capit. de Laud.; Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. [1] et  
loco ultimi Ps. 115. Crédidí, propter quod. pag. [7].*

*Hymnus. Deus tuórum. ut in I. Vesperis pag. [9].*

V. Justus ut palma florébit.

R. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.


Ad Magnificat

Antiph.

I. 1.

Qui vult ve-ni-re post me, \* áb-ne-get se-met-

ip-sum, et tol-lat cru-cem su - am, et se-quá-tur me.



Cant. Magnificat. pag. 27.

### Commune Apostolorum et Evangelistarum unius et plurimorum Martyrum tempore paschali.

In I. Vesperis.

Ant. de Laud.; Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. [1].

Capitulum.

Sap. 5.

Stabunt justi in magna constántia advérsus eos qui se angustia-  
vé-runt, et qui abstulérunt labóres eórum.

Pro Apost. et Evang.

Hymnus.  
VIII.



Ri-stes e-rant A-pósto-li \* de Chri-sti a-cérbo

fú-ne-re, quem mor-te cru-de-lis-si-ma ser-vi ne-cá-rant im-

pi-i. 2. Ser-móne ve-rax Ange-lus mu-lié-ri-bus præ-di-xe-

rat: mox o-re Chri-stus gáu-di-um gre-gi fe-ret fi-dé-li-um.

3. Ad án-xi-os A-pó-sto-los currunt sta-tim dum nún-ti-æ,

il-læ mi-cántis ób-vi-a Chri-sti te-nent ve-stí-gi-a. 4. Gali-

lææ ad al-ta món-ti-um se cón-fe-runt A-pó-sto-li, Je-sú-

que, vo-ti cómpotes, al-mo be-ántur lú-mi-ne. 5. Ut sis per-

  
én-ne mén-ti-bus pa-schá-le Je-su gáu-di-um; a mor-te  
  
di-ra cri-mi-num vi-tæ re-ná-tos lí-be-ra. 6. De-o Pa-tri  
  
sit gló-ri-a, et Fí-li-o, qui a mórtu-is surré-xit, ac Pa-  
  
rá-cli-to, in sem-pi-tér-na sæ-cu-la. A - men.

Pro uno Martyre.

Hymnus.  
VIII.

1. De-us tu-ó-rum mí-li-tum \* sors, et co-ró-na, præ-

mi-um, laudes ca-né-tes Már-ty-ris absólve ne-xu crimi-nis.

2. Hic nempe mundi gáu-di-a, et blanda fraudum pá-bu-la

im-bú-ta fel-le dé-pu-tans, pervé-nit ad coe-lé-sti-a. 3. Poenas

cu-cúr-rit fór-ti-ter, et sú-s-tu-lit vi-ri-li-ter, fundénsque pro

te sá-ngui-nem æ-térna do-na póssi-det. 4. Ob hoc præ-cá-ti

súp-pli-ci te pó-sci-mus pi-is-si-me: in hoc tri-úm-pho

Már-ty-ris di-mít-te no-xam sérvu-lis. 5. Deo Patri. *ut supra.*

Pro pluribus Martyribus.

Hymnus.  
VIII.

1. Rex glo-ri-ó-se Már-ty-rum, \* co-ró-na con-fi-tén-

ti-um, qui respu-én-tes térre-a perdú-cis ad coe-lé-sti-a:

2. Au-rem be-ni-gnam pró-ti-nus in-tén-de nostris vó-ci-bus:  
tro-phæ-a sacra pángi-mus: ignósce quod de-li-qui-mus. 3. Tu  
vincis in-ter Már-ty-res, par-cís-que Con-fes-só-ri-bus: Tu  
vince nostra cri-mi-na, lar-gi-tor in-dul-gén-ti - æ.

4. Deo Patri. *ut supra pag. [15].*

V. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúja.  
R. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúja.

Ad Magnificat.  
Antiph. II. Lux per-pé-tu-a \* lu-cé-bit san-ctis tu-is  
Dó-mi-ne, et æ-tér-ni-tas témpo-rum, al-le-lú-ja.

*Cant. Magnificat. pag. 27.*

*Oratio propria, vel de Comm. extra temp. pasch.*

Ad Completorium.

Hymnus. VIII. Te lu-cis an-te tér-mi-num,\* re-rum Cre-á-tor  
pó-sci-mus, ut pro tu-a clemén-ti-a sis præ-sul et custó-di-a.

2. Pro-cul re-cé-dant sómni-a, et nó-cti-um phan-tás-ma-ta, ho-  
stém-que nostrum có-mprime, ne pol-lu-án-tur córpo-ra.

3. Deo Patri. *ut supra pag. [15].*

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph. VIII. 1. San-cti tu-i Dó-mi-ne flo-ré-bunt\* sic-ut li-

li-um, al-le-lú-ja: et sic-ut o-dor bál-sa-mi e-runt ante  
te, al-le-lú-ja. E u o u a e. *Ps. de Dom. p. 1.*

2. Antiph. VII. 3. In cœ-lé-sti-bus re-gnis \* san-ctó-rum ha-bi-  
tá-ti-o est, al-le-lú-ja: et in æ-térnum ré-qui-es e-ó-rum,  
al-le-lú-ja. E u o u a e.

3. Antiph. II. In ve-la-mén-to \* cla-má-bant san-cti tu-i  
Dó-mi-ne, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja.  
E u o u a e.

4. Antiph. VIII. 1. Spí-ri-tus \* et á-ni-mæ ju-stó-rum, hy-mnum  
dí-ci-te De-o no-stro, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja.  
E u o u a e.

5. Antiph. II. Ful-gé-bunt ju-sti \* sic-ut sol in con-  
spé-ctu De-i, al-le-lú-ja. E u o u a e.  
*Capitulum. Stabunt. pag. [14].*

*Pro Apostolis et Evangelistis.*

Hymnus. VIII. 1. Pas-chá-le mundo gáu-di-um\* sol nún-ti-at formó-

si-or, cum lu-ce ful-gén-tem no-va Je-sum vi-dent A-pó-  
sto-li. 2. In carne Chri-sti vúl-ne-ra mi-cá-re tamquam si-  
de-ra mi-rán-tur, et quidquid vi-dent, te-stes fi-dé-les præ-  
di-cant. 3. Rex Chri-ste cle-men-tís-si-me, tu corda nostra pós-  
si-de, ut lingua gra-tes dé-bi-tas tu-o re-péndat nó-mi-ni.

4. Ut sis per-énne ménti-bus paschá-le Je-su gáu-di-um; a  
mor-te dí-ra crí-mi-num vi-tæ re-ná-tos lí-be-ra.

5. Deo Patri. *ut supra pag.* [15].

*Pro uno Martyre.*

Hymnus. VIII. In-vi-cte Mar-tyr, ú-ni-cum \* Pa-tris se-cú-tus  
Fi-li-um, vi-ctis tri-úmphas hó-sti-bus, vi-ctor fru-ens cœ-  
lé-sti-bus. 2. Tu-i pre-cá-tus mú-ne-re nostrum re-á-tum dí-  
lu-e, arcens ma-li contá-gi-um, vi-tæ re-pél-lens tæ-di-um.

3. So-lú-ta sunt jam vín-cu-la tu-i sa-crá-ti córpo-ris: nos  
sol-ve vín-clis sæ-cu-li, do-no su-pér-ni Nú-mi-nis.

4. Deo Patri. *ut supra pag.* [15].

*Pro pluribus Martyribus.* Rex glorióse. *pag.* [15].

Ÿ. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúja.  
R. Mors sanctorum ejus, allelúja.

Ad Benedictus  
Antiph. 1. 3. Fi-li-æ Je-rú-sa-lem, \* ve-ni-te et vi-  
dé-te Már-ty-res cum co-ró-nis, qui-bus co-ro-ná-vit  
e-os Dó-mi-nus in di-e so-le-mni-tá-tis et læ-ti-ti-æ,  
al-le-lú-ja, al-le-lú-ja. *Cant. Benedictus. pag.* 7.

*Oratio propria, vel de Comm. extra temp. pasch.*

*Ad Horas et Completorium Hymni cantantur in tono paschali p.* [15].

**Ad Primam.**

*Ant. Sancti tui, Dómine, florébunt. pag.* [16].

*In R. br. a Fer. II. post Dom. in Albis usque ad Ascens. excl. dicitur:*

Ÿ. Qui sur-re-xi-sti a mór-tu-is.

*Lect. br. Scimus. ut infra.*

**Ad Tertiam.**

*Ant. In cœlestibus regnis. p.* [17]. *Capit. Stabunt. p.* [14].  
*R. br. Sancti et justi. (Ton. p. 21\*).*

Ÿ. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, allelúja.  
R. Et æternitas téporum, allelúja.

**Ad Sextam.**

*Ant. In velaménto. pag.* [17].

*Capitulum.*

*Sap. 5.*

Ecce quómodo computáti sunt inter filios Dei, et inter sanctos  
sors illórum est.

*R. br. Ton. pasch. (p. 21\*).* Lux perpétua lucébit sanctis tuis  
Dómine, \* Allelúja, allelúja. Lux perpétua. Ÿ. Et æternitas  
téporum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Lux perpétua.

Ÿ. Lætitia sempitérna super cápita eórum, allelúja.  
R. Gáudium et exsultatiónem obtinébunt, allelúja.

**Ad Nonam.**

*Ant. Fulgébunt justi. pag.* [17].

*Capitulum.*

*Rom. 8. c.*

Scimus quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperántur in bonum,  
iis, qui secúndum propósitum vocáti sunt sancti.

[20]

Commune plurimorum Martyrum

R. br. Ton. pasch. (p. 21\*). Lætítia sempitérna super cápita eórum, \* Allelúja, allelúja. Lætítia. V. Gáudium, et exsultatíó nem obtinébunt. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Lætítia. V. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja. R. Mors sanctórum ejus, allelúja.

In II. Vesperis.

Ant. de Laud.; Psalmi pro Apost. et Evangel. ut in II. Vesp. Apost. pag. [6]. Pro uno vel plur. Mart. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. et loco ult., Ps. 115. Crédidi. pag. [7]. Capit. et Hymn. ut in I. Vesp. pag. [14].

V. Pretiósa in conspéctu Dómini, allelúja. R. Mors sanctórum ejus, allelúja.

Ad Magnificat

Antiph. VIII. 1.

Sancti et ju-sti \* in Dó-mi-no gau-dé-te,

al-le-lú-ja: vos e-lé-git De-us in hæ-re-di-tá-tem si-bi,

al-le-lú-ja. Cant. Magnificat. pag. 27.

In Communi Conf., Virg. et non Virg., et Dedicat. Ecclesiae, Tempore Paschali, Officium fit ut inferius in aliis temp.; sed in fine ad Ant. V. et R. additur unum Allelúja; in R. vero br. dupl. Allelúja.

Commune plurimorum Martyrum

extra tempus paschale.

In I. Vesperis.

Ant. de Laud.; Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. pag. [1].

Capitulum.

Sap. 3. c.

Justórum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum mortis. Visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace.

Hymnus.

III.



Anctórum mé-ri-tis \* in-cly-ta gáudi-a

pan-gá-mus só-ci-i, gé-sta-que fór-ti-a: gliscens fert á-ni-

mus pró-me-re cán-ti-bus vi-ctó-rum ge-nus ó-ptimum. 2. Hi

sunt, quos fá-tu-e mundus abhórru-it; hunc fructu vá-cu-um,

flo-ri-bus á-ri-dum contempse-re tu-i nó-mi-nis ás-se-clæ

Je-su Rex bo-ne cæ-li-tum. 3. Hi pro te fú-ri-as, atque

mi-nas tru-ces cal-cá-runt hó-mi-num, sá-va-que vér-be-ra:

his cessit lá-ce-rans fór-ti-ter ún-gu-la, nec carpsit pe-ne-

trá-li-a. 4. Cæ-dún-tur glá-di-is mo-re bi-dén-ti-um: non

murmur ré-so-nat, non que-ri-mó-ni-a; sed corde impá-vi-do

mens be-ne cónsci-a con-sérvat pa-ti-én-ti-am. 5. Quæ vox,

quæ pót-e-rit lingua re-té-xe-re, quæ tu Martý-ri-bus mún-er-a

præ-pa-ras? Ru-bri nam flú-i-do sán-gui-ne fúl-gi-dis cin-gunt

té-m-po-ra láu-re-is. 6. Te summa o Dé-i-tas, ú-na-que pó-

scimus; ut cul-pas áb-i-gas, nó-xi-a súb-trahas, des pa-cem fá-

mu-lis, ut ti-bi gló-ri-am an-nó-rum in sé-ri-em canant. A - men.

V. Lætám-ini in Dó-mi-no, et exsultá-te ju-sti.

R. Et gloriám-ini omnes recti corde.

Ad Magnificat

Antiph. VIII. 1

I-stó-rum est e-nim \* re-gnum cæ-ló-rum,

qui con-tempse-runt vi-tam mundi, et perve-né-runt ad præ-

mi-a re-gni, et la-vé-runt sto-las su-as in sán-gui-ne  
 A-gni. *Cant. Magnificat. pag. 27.*  
*Orationes ut ad Laud.*

## Ad Completorium.

*Hymnus. Te lucis. in Festis sub ritu dupl. ut supra pag. [10]. Infra Octav. vero plur. Mart. aut sub ritu semidupl. et simpl.*

Hymnus. I. Te lu-cis an-te tér-mi-num, \* re-rum Cre-á-tor  
 pó-sci-mus, ut pro tu-a cle-ménti-a sis præ-sul et cu-stó-  
 di-a. 2. Pro-cul re-cé-dant só-mni-a, et nó-cti-um phantá-  
 sma-ta; ho-stém-que no-strum có-mprime, ne pol-lu-án-tur  
 cörpera. 3. Præ-sta, Pa-ter pi-is-si-me, Pa-tri-que compar  
 U-ni-ce, cum Spí-ri-tu Pa-rá-cti-to re-gnans per om-ne  
 sæ-cu-lum. A-men.

## Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph. VIII. 1. Omnes san-cti, \* quan-ta pas-si sunt tormén-  
 ta, ut se-cú-ri per-ve-ní-ent ad palmam mar-tý-ri-i!  
 E u o u a e.

*Ps. de Dominica. pag. 1.*

2. Antiph. VIII. 1. Cum palma \* ad regna per-ve-né-runt sancti,  
 co-ró-nas de-có-ris me-ru-é-runt de ma-nu De-i.  
 E u o u a e.

3. Antiph. I. 1. Córpo-ra sanctó-rum \* in pa-ce sepúl-ta sunt:  
 et vi-vent nó-mi-na e-ó-rum in æ-tér-num. E u o u a e.

4. Antiph. IV. 1. Márty-res Dó-mi-ni \* Dó-mi-num be-ne-di-ci-te  
 in æ-tér-num. E u o u a e.

5. Antiph. VIII. 2. Márty-rum cho-rus \* lau-dá-te Dó-mi-num de  
 cœ-lis, al-le-lú-ja. E u o u a e.  
*Capitulum. Justórum. pag. [20].*

Hymnus. I. 1. Rex glo-ri-ó-se Márty-rum, \* co-ró-na con-fi-tén-  
 ti-um, qui re-spu-én-tes tér-re-a per-dú-cis ad cœ-lé-sti-a.

2. Aurem be-ní-gnam pró-tinus inténde nostris vó-cibus: tro-phæ-a  
 sa-cra pán-gi-mus: ignósce quod de-lí-qui-mus. 3. Tu vincis  
 in-ter Márty-res, parcisque Confes-só-ri-bus: tu vin-ce nostra

crí-mi-na, lar-gí-tor indul-génti-æ. 4. De-o Pa-tri sit gló-ri-a,  
e-júsque so-li Fí-li-o, cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, nunc,  
et per o-mne sæ-cu-lum. A - men.

¶. Exsultábunt sancti in glória. R. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus

Antiph.

V. Ve-stri ca-píl-li cá - pi-tis \* o-mnes nu-me-  
rá-ti sunt: no-lí - te tí-mé-re: multis passé-ri-bus me-li-ó-  
res e-stis vos. *Cant. Benedictus. pag. 7.*

*Pro pluribus Martyribus Pontificibus.*

Beatorum Mártyrum paritérque Pontificum *N. et N.* nos, quæsumus Dómine, festa tueántur: et eórum comméndet oratio veneránda. Per Dóminum nostrum.

*Si non fuerint Pontifices. Oratio.*

Deus, qui nos concédís sanctórum Mártyrum tuórum *N. et N.* natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum.

*Alia Oratio.*

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum *N. et N.* solemnitate lætíficas: concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplic. Per Dóminum.

*In Communi plurim. Mart. sub ritu dupl. Hymni ad Horas cantantur super Tonum pag. [4]. Infra Octav. vero plurim. Mart., aut sub ritu semiduplici et simplici, ut supra pag. [22].*

Ad Primam.

*Ant. Omnes sancti. p. [22]. Lect. br. Fulgébunt justí. p. [25].*

Ad Tertiam.

*Ant. Cum palma. p. [23]. Capitulum. Justórum. p. [20].*

R. br. Læ-tá-mi-ni in Dó-mi-no, \* Et ex-sul-tá - te ju-sti.  
Læ-tá-mi-ni.

¶. Et glo-ri - á-mi-ni o-mnes re-cti cor-de.  
Et exsultáte. Glória Patri. *p. 20\**. Læ-tá-mi-ni.  
¶. Exsúltent justí in conspéctu Dei.  
R. Et delecténtur in lætítia.

Ad Sextam.

*Ant. Córpora sanctórum. pag. [23].*

*Capitulum.*

*Sap. 10. d.*

Rédidit Deus mercédem labórum sanctórum suórum, et dedúxit illos in via mirábili: et fuit illis in velaménto diéi, et in luce stellárum nocte.

R. br. Exsúl-tent ju-sti \* In conspé-ctu De-i. Exsúltent justí.  
¶. Et de-le-ctén-tur in læ-tí-ti-a.  
In conspéctu. Glória Patri. *pag. 20\**. Exsúltent justí.

¶. Justí autem in perpétuum vivent.  
R. Et apud Dóminum est merces eórum.

Ad Nonam.

*Ant. Mártyrum chorus. pag. [23].*

*Capitulum.*

*Sap. 3. b.*

Fulgébunt justí, et tamquam scintillæ in arundínéto discúrrent. Judicábunt natiónes, et dominabúntur pópulis: et regnábít Dóminus illórum in perpétuum.

R. br. Justí au-tem \* In per-pé - tu-um vi-vent. Justí autem.  
¶. Et a-pud Dómi-num est mer-ces e-ó-rum. In perpétuum.  
Glória Patri. *pag. 20\**. Justí autem.

¶. Exsultábunt sancti in glória. R. Lætabúntur in cubílibus suis.




In II. Vesperis.




1. Antiph. I-sti sunt san-cti, \* qui pro te-sta-mén-to  
II. De - i su-a cór-po-ra tra-di-dé - runt, et in sán-gui-ne  
A-gni la-vé-runt sto-las su-as. *Ps. 109. Dixit Dñs. p. [1].*






[26]

*Commune plurim. Mart. extra temp. pasch.*

2. Antiph. II.   
 San-cti per fi-dem \* vi-cé-runt regna, o-pe-  
  
 rá-ti sunt ju-stí-ti-am, ad-é-pti sunt repro-missi-ó-nes.  
  
*Ps. 110. Confitébor. p. [1].*

3. Antiph. VIII. 1.   
 Sanctórum vel-ut á-qui-læ \* juvén-tus re-no-  
  
 vá-bi-tur: flo-rébunt sic-ut lí-li-um in ci-vi-tá-te Dó-mi-ni.  
  
*Ps. 111. Beátus vir. p. [2].*

4. Antiph. VII. 1.   
 Abstér-get De-us \* omnem lá-cri-mam ab  
  
 ó-cu-lis sanctórum: et jam non e-rit ámpli-us ne-que  
  
 lu-ctus, ne-que cla-mor, sed nec ul-lus do-lor: quó-ni-am  
  
 pri-ó-ra trans-i-é-runt. *Ps. 112. Laudáte púeri. p. [2].*





5. Antiph. VIII. 1.   
 In cœ-lé-sti-bus re-gnis \* sanctó-rum ha-bi-  
  
 tá-ti-o est, et in æ-tér-num ré-qui-es e-ó-rum.  
  
*Ps. 115. Crédidi. pag. [7].*

*Capit. et Hymnus ut in I. Vesp. pag. [20].*

V. Exsultábunt sancti in glória.  
 R. Lætábuntur in cubilibus suis.

*Commune Confessoris Pontificis.*

[27]

Ad Magnificat  
 Antiph. Ton. VI.   
 Gaudent in cœ-lis \* á-ni-mæ sanctó-rum,  
  
 qui Chri-sti ve-stí-gi-a sunt se-cú-ti: et qui-a pro  
  
 e-jus a-mó-re sánguinem su-um fu-dé-runt, íd-e-o  
  
 cum Christo ex-súl-tant si-ne fi-ne. *Cant. Magnificat. p. 27.*

## Commune Confessoris Pontificis.

*In I. Vesperis.*


*Ant. de Laudib.; Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. pag. [1].*


*Capitulum.*


*Eccli. 41. c.*


Ecce sacerdos magnus, qui in diébus suis plácuít Deo, et invén-  
 tus est justus: et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátió.


Hymnus. VIII.   
 ste Conféssor Dó-mi-ni co-léntes\*quem

  
 pi-e lau-dant pó-pu-li per or-bem: hac di-e læ-tus mé-  
*Si non est dies obitus dicatur: hac di-e læ-tus mé-*

  
 ru-it be-á-tas scán-de-re sedes. 2. Qui pi-us, pru-dens, hú-  
 ru-it suprémos lau-dis ho-nó-res.

  
 mi-lis, pu-dí-cus, só-bri-am du-xit si-ne lá-be vi-tam, donec

  
 hu-má-nos a-ni-má-vit au-ræ spi-ri-tus ar-tus. 3. Cu-jus

  
 ob præ-stans mé-ri-tum frequén-ter, æ-gra quæ passim ja-cu-

  
 é-re membra, vi-ri-bus mor-bi dó-mi-tis, sa-lú-ti re-sti-tu-

úntur. 4. No-ster hinc il-li cho-rus ob-se-quén-tem cóncinit  
 lau-dem, ce-le-brésque palmas; ut pi-is e-jus pré-ci-bus ju-  
 vé-mur o-mne per ævum. 5. Sit sa-lus il-li, de-cus, at-que  
 virtus, qui su-per cœ-li só-li-o co-rúscans, to-tí-us mun-di  
 sé-ri-em gu-bér-nat tri-nus et u-nus. A - men.  
 V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.  
 R. Stolum glóriæ induit eum.

Ad Magnif.  
Antiph.

II. Sa-cérdos et Pón - ti-fex,\* et vir-tú-tum ó-pi-  
 fex, pastor bo-ne in pó-pu-lo, ó-ra pro no-bis Dó-mi-num.  
 (T. P. Al-le - lú - ja.) Cant. Magnificat. pag. 27.

Pro Doctoribus. In utrisque Vesperis.

Ad Magnificat  
Antiph.

II. O Do-ctor ó - ptime,\* Ecclé - si - æ san - ctæ  
 lu-men, be - á - te N.,\*) di - ví - næ le - gis a - má - tor, de -  
 pré - cá - re pro no - bis Fí - li - um De - i. (T. P. Al - le - lú - ja.)  
 Cant. Magnificat. pag. 27.

\*) Nomina Doctorum Ecclesie.

Al-phón-se Ma - rí - a. (2. Aug.) Am-bró - si. (7. Dec.)  
 An - sél - me. (21. Apr.)  
 Jo - án - nes. (27. Mart.)

A - tha - ná - si. (2. Maji.) Ba - sí - li. (14. Jun.)  
 Au - gu - stí - ne. (28. Aug.) Ber - nár - de. (20. Aug.)  
 Cy - ril - le. (9. Febr., 18. Mart.)  
 Bo - na - ven - tú - ra. (14. Jul.) Fran - cí - sce. (29. Jan.)  
 Gre - gó - ri. (12. Mart., 9. Maj.)  
 Hi - lá - ri. (14. Jan.)  
 Hi - e - ró - nyme. (30. Sept.) Jo - ánnes Chry - só - stome. (27. Jan.)  
 I - si - dó - re. (4. Apr.)  
 Le - o. (11. Apr.) Pe - tre Chry - só - lo - ge. (4. Dec.)  
 Tho - ma. (7. Martii.)  
 Pe - tre. (23. Febr.) Orationes ut ad Laud.

Ad Completorium.


Hymnus. Te lucis. tam ritu duplici quam semid. et simpl. ut supra pag. [22]. Temp. pasch. pag. [15].

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph. VII. 1. Ec-ce sa-cérdos ma-gnus,\* qui in di-é-bus  
 su-is plá-cu-it De-o, et invéntus est justus. (T. P. Al-le-lú-ja.)  
 E u o u a e. Ps. de Dominica pag. 1.

2. Antiph. VII. 1. Non est in-véntus \* sí-mi-lis il-li, qui con-  
 servá-ret le-gem Ex-cél-si. (T. P. Al-le-lú-ja.) E u o u a e.

3. Antiph. VIII. 1. Id-e-o \* ju-re - ju-rándo fe-cit il-lum Dó-  
 mi-nus cre-sce-re in ple-bem su-am. (T. P. Al - le - lú - ja.)




E u o u a e.


4. Antiph.

VII. 1.

Sa-cerdó-tes De-i \* be-ne-dí-ci-te Dómi-num:



ser-vi Dó-mi-ni hymnum dí-ci-te De-o, al-le-lú-ja.)\*




E u o u a e.

5. Antiph.

VII. 4.

Serve bo-ne \* et fi-dé-lis, in-tra in gáu-di-um



Dó-mi-ni tu-i. (T. P. Al-le-lú-ja.) E u o u a e.


Hymnus.

I.


1. Je-su Red-émptor ómnium,\* perpes co-ró-na



præ-su-lum, in hac di-e cle-mén-ti-us in-dúl-ge-as pre-cán-




ti-bus. 2. Tu-i sa-cri qua nó-mi-nis confessor almus clá-ru-it:




Hu-jus ce-lé-brat ánnu-a de-vó-ta plebs so-lémni-a. 3. Qui



ri-te mundi gáu-di-a hu-jus ca-dú-ca ré-spu-ens, æ-ter-ni-




tá-tis præ-mi-o po-ti-tur in-ter An-ge-los. 4. Hu-jus be-ní-




gnus ánnu-e no-bis se-qui ve-stí-gi-a: hu-jus pre-cá-tu sér-


\*) Post Septuag. usque Pascha omittitur Allelúja.



vu-lis di-mít-te no-xam cri-mi-nis. 5. Sit Chri-ste Rex pi-is-



si-me, ti-bi, Pa-tri-que gló-ri-a, cum Spi-ri-tu Pa-rá-cli-to,



nunc et per o-mne sæ-cu-lum. A-men.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.


R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedict.


Antiph.

I. 3.

Eu-ge ser-ve bo-ne \* et fi-dé-lis, qui-a



in pau-ca fu-í-sti fi-dé-lis, su-pra mul-ta te constí-



tu-am, di-cit Dómi-nus. (T. P. Alle-lú-ja.) E u o u a e.

Oratio.

Da, quæsumus omnipotens Deus: ut beáti N. Confessoris tui atque Pontificis veneranda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Exáudi, quæsumus Dómine preces nostras, quas in beáti N. Confessoris tui atque Pontificis solemnitáte deférimus: et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

Pro Doctoribus.

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum N. ministrum tribuísti: præsta quæsumus; ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis. Per Dñm.


Ad Horas, tam ritu dupl. quam semid. et simpl., Hymni cantantur in tono pag. [22]. Temp. vero Pasch. in tono Pasch. pag. [15].

Ad Primam.


Ant. Ecce sacérdos magnus. p. [29]. Lect. br. Fungi. p. [32].

Ad Tertiam.

Ant. Non est invéntus. p. [29]. Capit. Ecce sacérdos. p. [27].



R. br. Amá-vit e-um Dó-mi-nus, \* Et or-ná-vit e-um. Amá-vit.



☩. Sto-lam gló-ri-æ ín-du-it e-um.  
Et ornávit. Glória Patri. pag. 20\*. Amávit.

☩. Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi.  
R. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

R. br. Ton. Pasch. pag. 21\*. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. \* Allelúja, allelúja. Amávit. ☩. Stolam glóriæ induit eum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Amávit.

☩. Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi, allelúja.  
R. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis, allelúja.


## Ad Sextam.

Ant. Ideo. pag. [29].


Capitulum.

Eccl. 44. c.

N on est inventus símilis illi, qui conserváret legem Excélsi: ideo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.



R. br. E-lé-git e-um Dó-mi-nus \* Sa-cér-dó-tem sí-bi. Elégit.



☩. Ad sa-cri-fi-cándum e - i hó-sti-am lau-dis.  
Sacerdotem sibi. Glória Patri. pag. 20\*. Elégit.

☩. Tu es sacerdos in ætérnum.  
R. Secúndum ór-din-em Melchisedech.

R. br. Ton. Pasch. pag. 21\*. Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi, \* Allelúja, allelúja. Elégit. ☩. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Elégit.

☩. Tu es sacerdos in ætérnum, allelúja.  
R. Secúndum ór-din-em Melchisedech, allelúja.

## Ad Nonam.

Ant. Serve bone. pag. [29].


Capitulum.

Eccl. 45. c.

F ungi sacerdotio, et habére laudem in nómine ipsius, et offerre illi incénsus dignum in odórem suavitátis.



R. br. Tu es Sa-cér-dos \* In æ-tér-num. Tu es.



☩. Se-cún-dum ór-di-nem Mel-chí-se-dech.  
In ætérnum. Glória Patri. pag. 20\*. Tu es.

☩. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.  
R. Et osténdit illi regnum Dei.

R. br. Ton. Pasch. pag. 21\* Tu es sacerdos in ætérnum. \* Allelúja, allelúja. Tu es. ☩. Secúndum ór-din-em Melchisedech. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Tu es.

☩. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúja.  
R. Et osténdit illi regnum Dei, allelúja.

## In II. Vesperis.

Ant. de Laud.; Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost., pag. [1] et loco ult.

Psalmus 131.

M eménto Dómine David, \* et omnis mansuetúdinis ejus: Sicut jurávit Dómino, \* votum vovit Deo Jacob:

Si introíero in tabernáculum domus meæ, \* si ascéndero in lectum strati mei:

Si dédero somnum óculis meis, \* et pálpebris meis dormitá-tiónem:

Et réquiem tempóribus meis: donec invéniam locum Dómino, \* tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephra-ta: \* invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus: \* adorábimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam, \* tu et arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam: \* et sancti tui exsúltent.

Propter David servum tuum, \* non avértas fáciem Christi tui.

Capit. et Hymn. ut in I. Vesperis.

☩. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.


R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif.


Antiph.

I. 3.


A-má-vit e-um Dó-mi-nus,\* et or-ná-vit e-um:



sto-lam gló-ri-æ ín-du-it e - um, et ad por-tas pa-ra-




dí-si co-ro-ná-vit e-um. (T. P. Al-le-lú-ja.)



Cant. Magnificat. pag. 27.


Sequ. Ant. dicitur ad Magnif. in II. Vesp. pro solis summis Pontificibus.



Ad Magnif.

Antiph.

I. 1. Dum es-set summus Pón-ti-fex,\* terréna non mé-



tu-it, sed ad cœ-lé-sti-a re-gna glo-ri-ó-sus mi-grá-vit.



(T. P. Al-le - lú - ja.) Cant. Magnificat. pag. 27.

Si occurrat celebrari Festum plur. Pontif. et Conf., Offic. fit ut supra; sed in Oratione, quæ ponuntur in singulari, dicantur in plurali.

In Festis Doctorum, Offic. fit de Conf. Pont. vel non Pont., pro qualitate festi.

## Commune Confessoris non Pontificis.

## In I. Vesperis.

Ant. de Laud., Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. pag. [1].

Capitulum.


Eccli. 31.

Beátus vir, qui inventus est sine mácula, et qui post aurum non laudábimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

Hymnus. Iste Conféssor. pag. [27].

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.


R. Stolum glóriæ induit eum.



Ad Magnif.

Antiph.


II. Si-mi-lá-bo e-um \* vi-ro sa-pi-én-ti, qui æ-di-



fi-cá-vit do-mum su-am su-pra pe-tram. (T. P. Al-le-lú-ja.)

Orationes ut ad Laudes.


## Ad Laudes, et per Horas.



1. Antiph.

I. 2.

Omi-ne quin-que ta-lénta \* tra-di-dí-sti




mi-hi: ec-ce á-li-a quinque su-per-lu-crá-tus sum.



(T. P. Al-le - lú - ja.) E u o u a e.


Ps. de Dominica pag. 1 sequ.




2. Antiph.

I. 1.


Eu-ge ser-ve bo-ne,\* in mó-di-co fi-dé-lis,



in-tra in gáu-di-um Dó-mi-ni tu-i. (T. P. Al-le - lú - ja.)




E u o u a e.




3. Antiph.

III. 1.


Fi-dé-lis servus et prudens,\* quem consti-tu-it



Dó-mi-nus su-per fa-mí-li-am su-am. (T. P. Al-le - lú - ja.)



E u o u a e.




4. Antiph.

VII. 3.


Be-á-tus il-le servus,\* quem cum vé-ne-rit



Dó-mi-nus e-jus, et pul-sá-ve-rit já-nu-am, in-vé-ne-rit




vi-gi-lántem. (T. P. Al-le-lú-ja.) E u o u a e.



5. Antiph.


VII. 4.

Serve bo-ne \* et fi-dé-lis, in-tra in gáu-di-um



Dó-mi-ni tu-i. (T. P. Al-le-lú-ja.) E u o u a e.


Capitulum. Beátus vir. pag. [34].



Hymnus.

I.

1. Je-su, co-ró-na cêl-si-or,\* et vé-ri-tas sub-lí-



mi-or, qui con-fi-tén-ti sérvu-lo reddis per-én-ne præ-mi-um:

2. Da sup-pli-cán-ti cœ-tu-i, hu-jus ro-gá-tu, nó-xi-i re-mis-si - ó-nem cri-mi-nis, rumpéndo ne-xum vincu-li. 3. An-ni re-vér-so témpo-re, di-es re-ful-sit lú-mi-ne, quo Sanctus hic de córpo-re migrá-vit in-ter si-de-ra. 4. Hic va-na ter-ræ gáudi-a, et lu-cu-lén-ta præ-di-a, pol-lú-ta sor-de dé-pu-tans, o-vans te-net cœ-lé-sti-a. 5. Te Christe Rex pi - ís-si-me, hic con-fi-téndo jú-gi-ter, cal-cá-vit ar-tes dæ-mo-num, sæ-vúm-que a-vér-ni princi-pem. 6. Vir-tú-te cla-rus, et fi-de, con-fes-si-ó-ne sé-du-lus, je-jú-na membra dé-fe-rens, da-pes su-pérnas ób-ti-net. 7. Pro-ín-de te pi - ís-sime pre-cá-mur omnes sup-pli-ces: no-bis ut hu-jus grá-ti-a pœnas re-mít-tas dé-bi-tas. 8. Pa-tri per-én-nis gló-ri-a, na-tó-que Pa-tris ú-ni-co, sanctó-que sit Pa-rá-clí-to, per om-ne semper sæ-cu-lum. A - men.

*Tempore Paschali in tono Paschali ut supra pag. [14].*

Ÿ. Justum deduxit Dóminus per vias rectas.  
R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Benedict.  
Antiph.  
I. 3. Eu-ge serve bo-ne\* et fi-dé - lis, qui-a in  
pau-ca fu-i-sti fi-dé - lis, su-pra mul-ta te con-stí-tu-am,  
in-tra in gáu-di-um Dó-mi-ni tu-i. (T. P. Al-le-lú-ja.)

*Cant. Benedictus. pag. 7.*

*Oratio.*

**D**eus, qui nos beáti *N.* Confessoris tui ánnua solemnitate lætíficas: concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur. Per Dóminum nostrum.

*Alia Oratio.*

**A**désto Dómine supplicatióibus nostris, quas in beáti *N.* Confessoris tui solemnitate deférimus: ut qui nostræ justítiae fidúciam non habémus, ejus, qui tibi plácuít, précibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

*Si fuerit Abbas.*

*Oratio.*

**I**ntercéssio nos, quæsumus Dómine, beáti *N.* Abbátis comméndet: ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

*Ad Horas et Completorium, tam ritu duplici, quam semid. et simplici, Hymni ut supra p. [22]; tempore vero Paschali in tono Paschali. p. [16].*

**Ad Primam.**

*Ant. Dómine quinque talénta. p. [34]. Lect. br. Justum. p. [38].*

**Ad Tertiam.**

*Ant. Euge serve bone. p. [35]. Capit. Beátus vir. p. [34].*

*R. br. Amávit eum Dóminus. ut supra pag. [31].*

Ÿ. Os justí meditábitur sapiéntiam.

R. Et língua ejus loquétur júdicium.

*Temp. Pasch. R. br. Amávit eum Dóminus. pag. [32].*

Ÿ. Os justí meditábitur sapiéntiam, allelúja.

R. Et língua ejus loquétur júdicium, allelúja.

**Ad Sextam.**

*Ant. Fidélis servus. pag. [35].*

*Capitulum.*

*Ecclí. 39.*

**J**ustus cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui fecit illum, et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

*R. br.* Os ju-sti \* Me-di-tá-bi-tur sa-pi-én-ti-am. Os justi.

*V.* Et lingua e-jus lo-qué-tur ju-dí-ci-um. Meditábitur.  
Glória Patri. pag. 20\*. Os justi.

*V.* Lex Dei ejus in corde ipsíus.

*R.* Et non supplantabúntur gressus ejus.

*R. br. Ton. Pasch. pag. 21\*.* Os justi meditábitur sapiéntiam,  
\* Allelúja, allelúja. Os justi. *V.* Et lingua ejus loquétur júdicium.  
Allelúja, allelúja. Glória Patri. Os justi.

*V.* Lex Dei ejus in corde ipsíus, allelúja.

*R.* Et non supplantabúntur gressus ejus, allelúja.

### Ad Nonam.

*Ant. Serve bone. pag. [35].*

*Capitulum.*

*Sap. 10. b.*

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum  
Dei, et dedit illi sciéntiam sanctorum: honestávit illum in la-  
bóribus, et complévit labóres illius.

*R. br.* Lex De-i e-jus \* In cor-de ip-si-us. Lex Dei.

*V.* Et non supplan-ta-bún-tur gressus e-jus. In corde.  
Glória Patri. pag. 20\*. Lex Dei.

*V.* Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.  
*R.* Et osténdit illi regnum Dei.

*R. br. Ton. Pasch. pag. 21\*.* Lex Dei ejus in corde ipsíus.  
\* Allelúja, allelúja. Lex Dei. *V.* Et non supplantabúntur gres-  
sus ejus. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Lex Dei.

*V.* Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúja.  
*R.* Et osténdit illi regnum Dei, allelúja.

### In II. Vesperis.

*Ant. de Laud.; Ps., Capit. et Hymn. ut in I. Vesp.*

*V.* Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.  
*R.* Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. Antiph. VIII. 1. Hic vir despí-ci-ens mundum,\* et terréna tri-úmphans,

di-vi-ti-as cœ-lo cón-di-dit o-re, manu. (T. P. Al-le-lú-ja.)

*Cant. Magnificat. pag. 27.*

*Si occurrat celebrari Festum plurim. Conf. non Pont., Offic. fit ut supra;  
sed in Orat., quæ habentur in singulari, dicantur in plurali.*

## Commune Virginum.

### In I. Vesperis.

*Ant. de Laud.; Ps. ut in Festis B. M. V. pag. [54].*

*Capitulum.*

*II. Cor. 10. d.*

Fratres: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seípsum  
comméndat, ille probátus est; sed quem Deus comméndat.

Hymnus.



1.

E-su, co-ró-na Vir-gi-num,\* quem ma-ter

il-la cón-ci-pit, quæ so-la Virgo pártu-rit: hæc vo-ta clemens

ác-ci-pe. 2. Qui pergis in-ter lí-li-a, se-ptus chor-é-is Vir-

gi-num, sponsus de-có-rus gló-ri-a, sponsisque reddens præmi-a.


3. Quo-cúm-que ten-dis, Vir-gi-nes se-quín-tur, atque láudi-bus

post te ca-néntes cúr-si-tant, hymnós-que dul-ces pér-so-nant.

4. Te depre-cámur súpli-ces; nostris ut addas sénsibus, nesci-

re prorsus ómni-a corru-pti-ó-nis vúl-ne-ra. 5. Virtus, ho-


nor, laus, gló-ri-a De-o Pa-tri cum Fi-li-o, sancto si-



*Tempore Paschali in Tono paschali, ut supra pag. [14].*


Ÿ. Spécie tua, et pulchritúdine tua.

R. Inténde, prospere procéde, et regna.



VIII. 1.

Ve-ni sponsa Christi, \* ácci-pe co-rónam, quam



*Oratio.*

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in sexu frágili victóriam mártýrii contulisti: concéde propítius; ut qui beátæ N. Virginitis et Mártýris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpa gradiámur. Per Dóminum.

*Alia Oratio.*

Indulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, beáta N. Virgo et Martyr implóret; quæ tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

*Pro Virgine non Martyre.*


*Oratio.*

Exáudi nos Deus salutáris noster: ut sicut de beátæ N. Virginitis tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

‡ *Si fuerint plures, in utrisque Vesp. ad Magn. et in Laud. ad Benedict.*



Prudén-tes Vir-gi-nes \* aptá-te vestras lám-pa-




Ÿ. Adducéntur Regi Virgines post eam.

R. Próximæ ejus afferéntur tibi.


*Oratio.*

Da nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Virginum et Mártýrum tuárum N. et N. palmas incessábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquii. Per Dóminum.


Ad Laudes, et per Horas.






Hæc est Vir-go sá-pi-ens, \* et u-na de nú-





*Ps. ut in Domin. pag. 1. sequ.*



Hæc est Vir-go sá-pi-ens, \* quam Dó-mi-




Hæc est \* quæ ne-scí-vit to-rum in de-



Ve-ni e - lé-cta me - a, \* et po-nam in te



I-sta est \* spe-ci-ó - sa in-ter fi-li-as



*Cap. et Hymn. ut in I. Vesp. pag. [39].*

Ÿ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

R. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

\*) *Post Septuagesimam usque Pascha omittitur Allelúja.*



Ad Benedictus  
Antiph.  
VIII. 1. Sí-mi-le est \* regnum cælo-rum hó-mi-ni  
ne-go-ti-a-tó-ri quæ-rén-ti bo-nas mar-ga-rí-tas: in-vén-ta  
u-na pre-ti-ó-sa, de-dit ómni-a su-a, et compa-rá-  
vit e-am. (T. P. Al-le-lú-ja.) Cant. Benedictus. pag. 7.

*Si fuerint plures Antiph. Prudentes. cum V. ut supra pag. [40].  
Orationes ut supra pag. [40].  
Ad Horas et Complet., tam ritu dupl., vel semidupl. et simpl., Hymni  
cantantur ut supra p. [23]; temp. vero Paschali in tono Pasch. pag. [16].*

## Ad Primam.

Ant. Hæc est Virgo sápiens. p. [41]. Lect. br. Dómine Deus.  
vel O quam pulchra. p. [43].

## Ad Tertiam.

Ant. Hæc est Virgo sápiens. p. [41]. Capit. Fratres: Qui. p. [39].

R. br. Spé-ci-e tu-a, \* Et pulchri-tú-di-ne tu-a. Spécie.

V. In-tén-de, pró-spe-re pro-cé-de, et re-gna.  
Et pulchritú-dine. Glória Patri. pag. 20\*. Spécie.

V. Adjuvábít eam Deus vultu suo.

R. Deus in mé-dio ejus, non commovébitur.

R. br. Ton. Pasch. pag. 21\*. Spécie tua, et pulchritú-dine tua, \*  
Allelúja, allelúja. Spécie. V. Intén-de, prospere procé-de, et regna.  
Allelúja, allelúja. Glória Patri. Spécie tua.

V. Adjuvábít eam Deus vultu suo, allelúja.

R. Deus in mé-dio ejus, non commovébitur, allelúja.

## Ad Sextam.

Ant. Hæc est. pag. [41].

Capitulum.

II. Cor. 11.

Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despóndi enim vos uni  
viro vírginem castam exhibére Christo.

R. br. Ad-ju-vá-bit e-am \* De-us vul-tu su-o. Adjuvábít.

V. De-us in mé-di-o e-jus, non com-mo-vé-bi-tur.  
Deus vultu. Glória Patri. pag. 20\*. Adjuvábít.

V. Elégit eam Deus, et præelégit eam.

R. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

R. br. Ton. Pasch. pag. 21\*. Adjuvábít eam Deus vultu suo,  
\* Allelúja, allelúja. Adjuvábít. V. Deus in mé-dio ejus, non com-  
movébitur. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Adjuvábít.

V. Elégit eam Deus, et præelégit eam, allelúja.

R. In tabernáculo suo habitáre facit eam, allelúja.

## Ad Nonam.

Ant. Ista est speciósa. pag. [41].

Capitulum.

Ecclí. 51. b.

Dómine Deus meus, exaltásti super terram habitatió-nem meam,  
et pro morte defluente deprecáta sum. Invocávi Dóminum  
Patrem Dómini mei, ut non derelinquat me in die tribulatió-nis  
meæ, et in tẽmpore superbórum sine adjutório.

*Si fuerit Virgo, et non Martyr, dicitur sequi.*

Capitulum.

Sap. 4.

O quam pulchra est casta generatió cum claritate! immortalis  
est enim memoria illius: quóniam apud Deum nota est, et  
apud hómines.

R. br. E-lé-git e-am De-us, \* Et præ-e-lé-git e-am. Elégit.

V. In-ta-ber-ná-cu-lo su-o ha-bi-tá-re fa-cit e-am.  
Et præelégit. Glória Patri. pag. 20\*. Elegit eam.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

R. br. Ton. Pasch. pag. 21\*. Elégit eam Deus, et præelégit  
eam, \* Allelúja, allelúja. Elégit. V. In tabernáculo suo habitáre  
facit eam. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Elégit eam.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, allelúja.

R. Propterea benedixit te Deus in ætérnum, allelúja.


## In II. Vesperis.

Ant. de Laud.; Capit. et Hymn. ut in I. Vesp. Ps. ut in Festis B. M. V.  
pag. [54].

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat  
Antiph.  
VII. 1. Ve-ni spon-sa Christi, \* acci-pe co-ró-nam, quam



*Cant. Magnificat. pag. 27.*

## Commune Sanctæ Martyris tantum,

et nec Virginis nec Martyris.

### In I. Vesperis.

*Ant. de Laud.; Ps. ut in Festis B. M. V. pag. [54].*

*Pro Martyre tantum. Capit. Eccli. 51.*

Confitébor tibi, Dómine Rex, et collaudábo te Deum Salvatórem meum. Confitébor nómini tuo: quóniam adjútor et protéctor factus es mihi, et liberásti corpus meum a perditíone.









*Pro nec Virgine nec Martyre. Capit. Prov. 31. b.*

Mulierem fortem quis invéniet? procul, et de últimis finibus prætium ejus. Confidit in ea cor viri sui, et spóliis non indigébit.

### Hymnus.

I.












1. For-tem vi-ri-li pécto-re\* lau-dé-mus omnes



*Tempore Paschalì cantatur in tono Pasch. ut supra pag. [14].*

Ÿ. Spécie tua, et pulchritú-dine tua.

℞. Inténde, próspere procéde, et regna.



3. Antiph.  
VIII. 1.

Jam hi-ems tráns-i-it, \* im-ber áb-i-it, et  
re-cés-sit: sur-ge a-mi-ca me-a, et ve-ni. (T. P. Al-le-  
lú-ja.) E u o u a e.

4. Antiph.  
IV. 1.

Ve-ni e-lé-cta me-a, \* et po-nam in te  
thro-num me-um, al-le-lú-ja.\*) E u o u a e.

5. Antiph.  
VIII. 1.

I-sta est \* spe-ci-ó-sa in-ter fi-li-as  
Je-rú-sa-lem. (T. P. Al-le-lú-ja.) E u o u a e.

Capit. et Hymn. ut in I. Vesp. pag. [44]

Ψ. Diffúsa et grátia in lábiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus

Antiph.  
VII. 3.

Da-te e-i \* de fructu má-nu-um su-á-rum,  
et laudent e-am in por-tis ó-pe-ra e-jus. (T. P. Al-le-lú-ja.)

Cant. Benedictus. pag. 7.

Pro una Martyre tantum.

Oratio.

Deus, qui inter cetera poténtiæ tuæ miracula, étiam in sexu frágili victóriam mártýrii contulisti: concéde propítius; ut qui beátæ N. Mártýris tuæ natalitia cólimus, per ejus ad te exémp-la gradiámur. Per Dóminum.

Pro plur. Mart. tantum.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctárum Mártýrum tuárum N. et N. palmas incessábili devotióne venerári: ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem fre-quentémus obséquiiis. Per Dóminum.

\*) Post Septuagesimam usque Pascha omittitur Allelúja.

Pro nec Virgine nec Martyre.

Oratio.

Exáudi nos Deus salutáris noster: ut, sicut de beátæ N. festivi-táte gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dñm.  
Ad Horas et Completorium, tam ritu dupl., vel semid. et simpl., Hymni cantantur ut supra p. [23]; temp. vero Paschali in tono Paschali p. [16].

Ad Primam.

Ant. Dum esset Rex. p. [45]. Lect. br. Laudábit. vel Multæ filiæ. ut infra.

Ad Tertiam.

Ant. In odórem. p. [45]. Pro Mart. tantum. Capit. Confitébor. p. [44]. Pro nec Virg. nec Mart. Capit. Mulierem. ibidem.  
R. br. Spécie tua. p. [42]. Temp. Pasch. Spécie tua. ibid.

Ad Sextam.

Ant. Jam hiems tránsiit. p. [46].

Pro Martyre tantum.

Capit. Eccli. 51.

Liberásti me secúndum multitudinem misericórdiæ nóminis tui  
La rugiéntibus, præparátis ad escam, de mánibus quæréntium ánimam meam, et de multis tribulatióibus quæ circumdedérunt me.

Pro nec Virg. nec Mart.

Capit. Prov. 31. c.

Manum suam apéruit inopi, et palmas suas exténdit ad páupe-rem. Non timébit dómui suæ a frigóribus nivis.

R. br. Adjuvábít eam. p. [42]. Temp. Pasch. Adjuvábít. p. [43].

Ad Nonam.

Ant. Ista est speciósa. p. [46].

Pro Martyre tantum.

Capit. Eccli. 51.

Laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum, quóniam éruis  
sustinéntes te, et liberas eos de manu angústia, Dómine Deus noster.

Pro nec Virg. nec Mart.

Capit. Prov. 31. d.

Multæ filiæ congregavérunt divítias: tu supergréssa es univérsas.  
Fallax grátia, et vana est pulchritúdo: mulier timens Dómi-num, ipsa laudábitur.

R. br. Elégit eam Deus. p. [43]. Temp. Pasch. Elégit. ibid.

In II. Vesperis.

Ant. de Laud.; Capit. et Hymn. ut in I. Vesp. pag. [44]; Ps. ut in Festis B. M. V. p. [54].

Ψ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat

## Antiph.

VIII. 1.

Manum su-am \* a-pé-ru-it in-o-pi, et palmas  
su-as ex-tén-dit ad páu-pe-rem, et pa-nem o-ti-ó-sa non

comé-dit. (T. P. Al-le-lú-ja.) *Cant. Magnificat. pag. 27.*  
*Pro plur. non Virg. idem fit Officium.*

## Commune Dedicacionis Ecclesiae.

### In I. Vesperis.

*Ant. de Laud.; Ps. ut in I. Vesp. de Comm. Apost. pag. [1] et loco ult.*  
*Ps. Lauda Jerusalem Dóminum. pag. [56].*

#### Capitulum.

*Apoc. 21.*

Vidi civitatem sanctam Jerusalem novam descendentem de caelo  
 a Deo, paratam, sicut sponsam ornatum viro suo.

#### Hymnus.



I. GE-lé-stis urbs Je-rú-sa-lem, \* be-á-ta  
 pa-cis ví-si-o, quæ cel-sa de vi-vén-ti-bus sa-xis ad astra  
 tól-le-ris, sponsæ-que ri-tu cín-ge-ris mil-le Ange-ló-rum mil-  
 li-bus. 2. O sor-te nupta pró-spera, do-tá-ta Patris gló-ri-a,  
 respérsa sponsi grá-ti-a, re-gí-na for-mo-sis-si-ma, Christo  
 jugá-ta Prínci-pi, coe-li co-rú-sca ci-vi-tas. 3. Hic mar-ga-ri-tis  
 é-mi-cant, pa-tént-que cunctis ó-sti-a: vir-tú-te namque  
 præ-vi-a mor-tá-lis il-luc dú-ci-tur, amó-re Christi pérci-tus  
 tormén-ta quis-quis sús-ti-net. 4. Scalpri sa-lú-bris í-cti-bus,  
 et tunsí-ó-ne plú-ri-ma, fa-bri po-li-ta mál-le-o hanc sa-xa

mo-lem cónstru-unt, a-ptisque juncta né-xi-bus lo-cántur in  
 fa-stí-gi-o. 5. De-cus Pa-rénti dé-bi-tum sit usquequaque Al-  
 tis-si-mo, na-tó-que Patris ú-ni-co, et ín-cly-to Pa-rá-clí-to,  
 cui laus; po-téstas, gló-ri-a æ-térna sit per sæ-cu-la. A - men.  
 V. Hæc est domus Dómini firmiter ædificata.  
 R. Bene fundata est supra firmam petram.

#### Ad Magnificat

#### Antiph.

I. 2. Sancti-fi-cá-vit \* Dó-mi-nus ta-berná-cu-lum

su-um: qui-a hæc est do-mus De-i, in qua in-vo-  
 cá-bi-tur nomen e-jus, de quo scri-ptum est: Et e-rit  
 nó-men me-um i-bi, di-cit Dó-mi-nus. (T. P. Al-le-lú-ja.)

*Cant. Magnificat. pag. 27.*

*Orat. de Laud. ut infra.*

#### Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph. VII. 3. Domum tu-am Dó-mi-ne \* de-cet sancti-tú-do  
 in longi-tú-di-nem di-é-rum. (T. P. Al-le-lú-ja.) E u o u a e.  
*Ps. de Dominica pag. 1.*

2. Antiph. I. 5. Domus me-a \* do-mus o-ra-ti-ó-nis vo-cá-  
 bi-tur. (T. P. Al-le-lú-ja.) E u o u a e.

*Compend. Antiph. et Brev. Rom.*

D

3. Antiph.

I. 1.

Hæc est do-mus Dó-mi-ni \* fir-mi-ter æ-di-

fi-cá-ta, be-ne fun-dá-ta est su-pra fir-mam pe-tram.

(T. P. Al-le-lú-ja.) E u o u a e.

4. Antiph.

VIII. 2.

Be-ne fundá-ta est \* domus Dó-mi-ni supra

fir-mam pe-tram. (T. P. Al-le-lú-ja.) E u o u a e.

5. Antiph.

II.

Lá-pi-des pre-ti-ó-si \* omnes mu-ri tu - i,

et tur-res Je-rú-sa-lem gemmis æ-di-fi-ca-bún-tur.

(T. P. Al-le-lú-ja.) E u o u a e.

Capitulum.

Apoc. 21.

Vidi civitatem sanctam Jerúsalem novam descendentem de celo a Deo, paratam sicut sponsam ornátam viro suo.

Hymnus.

I.

Al-to ex O-lým-pi vér-ti-ce \* sum-mi Pa-rén-tis

Fí-li-us, ceu mon-te de-sé-ctus la-pis terras in i-mas dé-ci-

dens, domus su-pérnæ, et ín-fi-mæ, u-trúmque jun-xit án-

gu-lum. 2. Sed il-la se-des cé-li-tum semper re-súl-tat láudi-

bus, De-úmque Trinum et U-ni-cum ju-gi ca-nó-re præ-di-cat:

il-li ca-nén-tes jún-gi-mur al-mæ Si-ó-nis æ-mu-li. 3. Hæc

templá, Rex cœ-lé-sti-um, im-ple be-ní-gno lú-mi-ne: huc

o ro-gá-tus adve-ni, ple-bís-que vo-ta sú-s-ci-pe, et nostra

corda jú-gi-ter per-fún-de cœ-li grá-ti-a. 4. Hic impe-trent

fi-dé-li-um vo-ces precés-que súp-pli-cum do-mus be-á-tæ

mú-ne-ra, par-tís-que do-nis gáude-ant: do-nec so-lú-ti cór-

po-re se-des be-á-tas im-ple-ant. 5. Decus Parénti. p. [49].

V. Hæc est domus Dómini firmiter ædificáta.

R. Bene fundáta est supra firmam petram.

Ad Benedictus

Antiph.

VIII. 1.

Za-chæ-e fe-stí-nans de-scén-de,\* qui-a hó-

di-e in do-mo tu-a o-pór-tet me ma-né-re: at il-le

fe-stí-nans de-scén-dit, et sus-cé-pit il-lum gau-dens in dó-

mum su-am. Hó-di-e hu-ic dó-mu-i sa-lus a De-o

fa-cta est, al-le-lú-ja. Cant. Benedictus. pag. 7.

In ipso die Dedicacionis Ecclesie, et per Oct., et quando varianda est Oratio ob concursum Dedic. alterius Eccl.

Oratio.

Deus, qui invisibiliter ómnia cóntines, et tamen pro salute géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibiliter osténdis: templum

hoc potētia tuæ inhabitatiōnis illūstra, et concēde; ut omnes qui huc deprecātūri convēniunt, ex quacūmque tribulatiōne ad te clamāverint, consolatiōnis tuæ beneficia consequantur. Per Dñm.

*In Anniversario Dedicacionis Ecclesie et per Octavam.*

*Oratio.*

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecratiōnis réparas diem, et sacris semper mystériis repræsentas incólumes: exáudi preces pópuli tui, et præsta; ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Dóminum nostrum.

*Ad Horas et Compl. Hymni cantantur super Te lucis. pag. [4].*

### Ad Primam.

*Ant. Domum tuam Dñe. p. [49]. Lect. br. Et abstérget. p. [53].*

### Ad Tertiam.

*Ant. Domus mea. p. [49]. Capit. Vidi civitatem. p. [50].*

*R. br. Do-mum tu-am Dó-mi-ne \* De-cet san-cti-tú-do. Domum.*

*Ps. In lon-gi-tú-di-nem di-é-rum. Decet.*

*Glória Patri. pag. 20\*. Domum tuam.*

*Ps. Locus iste sanctus est, in quo orat sacerdos.*

*R. Pro delictis, et peccatis pópuli.*

*R. br. Ton. Pasch. pag. 21\*. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo, \* Allelúja, allelúja. Domum tuam. Ps. In longitúdo diérum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Domum tuam.*

*Ps. Locus iste sanctus est, in quo orat sacerdos, allelúja.*

*R. Pro delictis et peccatis pópuli, allelúja.*

### Ad Sextam.

*Ant. Hæc est domus Dómini. p. [50].*

*Capitulum.*

*Apoc. 21.*

Et audívi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipsi pópulus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eórum Deus.

*R. br. Lo-cus i-ste sanctus est, \* In quo o-rat sa-cérdos. Locus.*

*Ps. Pro de-li-ctis et pec-cá-tis pó-pu-li. In quo.*

*Glória Patri. pag. 20\*. Locus iste.*

*Ps. Hæc est domus Dómini firmiter ædificata.*

*R. Bene fundata est supra firmam petram.*

*R. br. Ton. Pasch. pag. 21\*. Locus iste sanctus est, in quo orat sacerdos, \* Allelúja, allelúja. Locus iste. Ps. Pro delictis et peccatis pópuli. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Locus iste.*

*Ps. Hæc est domus Dómini firmiter ædificata, allelúja.*

*R. Bene fundata est supra firmam petram, allelúja.*

### Ad Nonam.

*Ant. Lápides pretiosi. pag. [50].*

*Capitulum.*

*Apoc. 21. b.*

Et abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis eórum: et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. Et dixit qui sedébat in throno: Ecce nova fácio ómnia.

*R. br. Hæc est domus Dómi-ni \* Fir-mi-ter æ-di-fi-cá-ta. Hæc.*

*Ps. Be-ne fun-dá-ta est su-pra fir-mam pe-tram. Firmiter.*

*Glória Patri. pag. 20\*. Hæc est.*

*Ps. Bene fundata est domus Dómini. R. Supra firmam petram.*

*R. br. Ton. Pasch. pag. 21\*. Hæc est domus Dómini firmiter ædificata, \* Allelúja, allelúja. Hæc est. Ps. Bene fundata est supra firmam petram. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Hæc est.*

*Ps. Bene fundata est domus Dómini, allelúja.*

*R. Supra firmam petram, allelúja.*

### In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis.*

*Ps. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo.*

*R. In longitúdinem diérum.*

*Ad Magnificat.*

*Antiph. VI.*

*O quam me-tu-én-dus est \* lo-cus i-ste:*

*ve-re non est hic á-li-ud, ni-si do-mus De - i,*

*et por-ta cœ-li. (T. P. Al-le-lú-ja.) Cant. Magnificat. p. 27.*

*Infra Octavam Dedicacionis Ecclesie, et in ejus die Octava, omnia ut in die.*

# In Festis B. Mariæ Virginis per annum.

In I. Vesperis.


1. Antiph.  III. 1. **D** Um es-*s*et Rex \* in accú-bi-tu su-o,  
nar-dus me-a de - dit o-dó-rem su - a - vi - tá-tis.  
(T. P. Al-le - lú - ja.) E u o u a e.

*Psalmus 109.*

**D**ixit Dóminus Dómino meo:  
\* Sede a dextris meis:  
Donec ponam inimicos tuos,  
\* scabellum pedum tuorum.  
Virgam virtutis tuæ emittet  
Dóminus ex Sion: \* dominare  
in medio inimicorum tuorum.  
Tecum principium in die vir-  
tutis tuæ in splendoribus sanc-  
torum: \* ex útero ante lucife-  
rum genui te.

Jurávit Dóminus, et non pœ-  
nitébit eum: \* Tu es sacerdos  
in ætérnum secúndum órđinem  
Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, \* con-  
frégit in die iræ suæ reges.  
Judicábit in natióñibus, im-  
plébit ruínas: \* conquassábit  
cápita in terra multórum.  
De torrénite in via bibet: \*  
proptérea exaltábit caput.  
*Ant. Dum esset. ut supra.*


2. Antiph.  IV. 1. Læ-va e-*j*us \* sub cá-pi-te me-o, et dèx-  
te-ra il-lí-us ample-xá-bi-tur me. (T. P. Al-le - lú - ja.)  
E u o u a e.

*Psalmus 112.*

**L**audáte púeri Dóminum: \*  
laudáte nomen Dómini.  
Sit nomen Dómini benedi-  
ctum, \* ex hoc nunc, et usque  
in sæculum.  
A solis ortu usque ad occá-  
sum, \* laudábile nomen Dómini.  
Excelsus super omnes gentes  
Dóminus, \* et super coelos gló-  
ria ejus.

*Ant. Læva ejus. ut supra.*

Quis sicut Dóminus Deus no-  
ster, qui in altis hábitat, \* et  
humília réspicit in cœlo et in  
terra?  
Súscitans a terra ínopem, \*  
et de stercore érigens páuperem:  
Ut cóllocet eum cum principi-  
bus, \* cum principibus pópuli sui.  
Qui hábitare facit stérilem in  
domo, \* matrem filiórum læ-  
tántem.

3. Antiph.  III. 1. Ni-gra sum, sed for-mó-sa, \* fi-li-æ Je-rú-  
sa-lem: íd-e-o di-lé-xit me Rex, et in-tro-dú-xit me in  
cu-bi-cu-lum su-um. (T. P. Al-le - lú - ja.) E u o u a e.

*Psalmus 121.*

**L**ætátus sum in his, quæ dicta  
sunt mihi: \* In domum  
Dómini íbimus.  
Stantes erant pedes nostri, \*  
in átriis tuis Jerúsalem.  
Jerúsalem, quæ ædificátur ut  
cívitas: \* cujus participátio ejus  
in idípsum.  
Illuc enim ascendérunt tribus,  
tribus Dñi: \* testimónium Israél  
ad confiténdum nómini Dómini.  
Quia illic sedérunt sedes in

judício, \* sedes super domum  
David.

Rogáte quæ ad pacem sunt  
Jerúsalem: et abundantia dili-  
géntibus te:

Fiat pax in virtúte tua: \* et  
abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, et pró-  
ximos meos, \* loquébar pacem  
de te:

Propter domum Dómini Dei  
nostri, \* quæsivi bona tibi.

*Ant. Nigra sum. ut supra.*

4. Antiph.  VIII. 1. Jam hi-ems tráns-i-it: \* imber áb-i-it, et  
re-cés-sit: sur-ge a-mí-ca me - a, et ve-ni. (T. P. Al-le-  
lú - ja.) E u o u a e.

*Psalmus 126.*

**N**isi Dóminus ædificáverit do-  
mum, \* in vanum labora-  
vérunt qui ædificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civi-  
tátem, \* frustra vigilat qui cu-  
stódit eam.


Vanum est vobis ante lucē súr-  
gere: \* súrgite postquam sedéritis,  
qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis so-  
mnum: \* ecce hæréditas Dómini  
filii: merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potén-  
tis: \* ita filii excussórum.

Beátus vir qui implévit desi-  
dérium suum ex ipsis: \* non  
confundétur cum loquétur ini-  
micis suis in porta.

*Ant. Jam hiems. ut supra.*

5. Antiph.  IV. 1. Spe-ci-ó-sa fa-cta es, \* et su-á-vis in de-li-ci-is  
tu-is, sancta De-i Génitrix. (T. P. Al-le-lú-ja.) E u o u a e.

*Psalms 147.*

Lauda Jerúsalem Dóminum: \*  
lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras  
portárum tuárum: \* benedixit  
filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem:  
\* et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emittit elóquium suum ter-  
ræ: \* velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: \*  
nébulam sicut cinerem spargit.

Mittit crýstallum suam sicut  
buccéllas: \* ante fáciem frigoris  
ejus quis sustinébit?

Emittet verbum suum, et li-  
quefaciet ea: \* flabit spíritus  
ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum  
Jacob: \* justítias, et júdicia sua  
Israél.

Non fecit táliter omni nátióni:  
\* et júdicia sua non manifestá-  
vit eis.

Ant. Speciósá facta es. *ut supra pag. [55].*

*Capitulum.*

*Eccli. 24. b.*

Ab initio et ante sæcula creáta sum, et usque ad futúrum sæculum  
non désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus.

I. A-ve ma-ris stel-la,\* De-i Ma-ter al-ma,

at-que semper Vir-go, fe-lix cœ-li por-ta. 2. Su-mens  
il-lud A-ve Ga-bri-é-lis o-re, fun-da nos in pa-

ce, mu-tans He-væ no-men. 3. Sol-ve vin-cla re-is,  
pro-fer lu-men cœ-cis, ma-la no-stra pel-le, bo-na

cun-cta po-sce. 4. Monstra te es-se ma-trem, su-mat per  
te pre-ces, qui pro no-bis na-tus, tu-lit es-se tu-us.

5. Vir-go sin-gu-lá-ris, in-ter o-mnes mi-tis, nos culp-is

so-lú-tos mi-tes fac et ca-stos. 6. Vi-tam præ-sta pu-

ram, i-ter pa-ra tu - tum, ut vi-déntes Je-sum, semper

col-læ-té-mur. 7. Sit laus De-o Pa - tri, summo Chri-sto

de - cus, Spiri-tu-i sancto, tri-bus honor u-nus. A - men.

¶. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.

℞. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Ad Magnificat

Antiph.

I. 3. Sancta Ma-rí - - a \* succúr-re mí-se-ris,

ju - va pu-sil-lá-ni-mes, ré-fo-ve flé-bi-les, o-ra pro pó-

pu-lo, in-tér-ve-ni pro clé-ro, in-ter-cé-de pro de-vó - to

fe-mí-ne-o se-xu: sén-ti-ant omnes tu-um ju-vá-men, qui-

cúm-que cé-le-brant tu-am san-ctam fe-sti-vi-tá - tem. \*)

(T. P. Al-le - lú - ja.) Cant. Magnificat. pag. 27.

\*) In Festo  
B. M. V. de  
M. Carmelo:

tu-am so-lénnem com-me-mo-ra-ti - ó-nem.

In Festo  
Ss. Nominis  
B. M. V.:

tu-i san-cti Nó-mi-nis commemo-ra-ti - ó - nem.

In Festo  
Ss. Rosarii  
B. M. V.:

tu-am sanctam so-le-mni-tá - tem.

In Festo  
Patrocini  
B. M. V.:

tu-um san-ctum Pa-tro - cí - ni-um.



*Orat. de Laud., ut infra.**Ad Completorium et Horas, etiam in Festis infra Oct. B. M. V., Hymni dicuntur in tono, ut supra pag. 38.***Ad Laudes, et per Horas.***Ant. ut supra. Ps. de Domin. pag. 1. Capit. Ab initio. ut supra.*

Hymnus. II.

1. O glo-ri-ó-sa vír-gi-num,\* sub-lí-mis in-ter  
si-de-ra, qui te cre-á-vit, pár-vu-lum la-ctén-te nutris  
ú-be-re. 2. Quod He-va tri-stis ábstu-lit, tu reddis almo  
gérmine: intrent ut a-stra flé-bi-les, cœ-li re-clú-dis cár-  
di-nes. 3. Tu re-gis al-ti já-nu-a, et au-la lu-cis fúl-gi-da:  
vi-tam da-tam per Vír-gi-nem, gen-tes redémp-tæ pláu-di-te.  
4. Je-su, ti-bi sit gló-ri-a, qui na-tus es de Vír-gi-ne, cum Pa-  
tre et al-mo Spi-ri-tu in sempi-tér-na sæ-cu-la. A - men.  
V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.  
R. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus  
Antiph.  
VIII. 1. Be-á-ta es, Ma-ri-a, \* quæ cre-di-dí-sti:  
per-fi-ci-éntur in te, quæ di-cta sunt ti-bi a Dó-mi-no,  
al-le-lú-ja. *Cant. Benedictus. pag. 7.*

*Oratio.*

CONCÉDE nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanítate gaudere: et gloriósa beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, a præ-sénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum.

*Ad Horas et Complet. Hymni cantantur ut supra pag. 38.***Ad Primam.***Ant. Dum esset Rex. pag. [54]. Lect. br. In platéis. ut infra.*

In R. br. V. Qui na-tus es de Ma-ri-a Vír-gi-ne.

**Ad Tertiam.**

*Ant. Læva ejus. p. [54]. Capit. Ab initio. p. [56]. R. br. Spécie tua. p. [42]. Temp. Pasch. Spécie tua. ibidem.*

**Ad Sextam.***Ant. Nigra sum, sed formósa. p. [55].**Capitulum.**Eccli. 24. b.*

Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requíevi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, et in plenítudine sanctórum deténtio mea.

*R. br. Adjuvábít eam. p. [42]. Temp. Pasch. Adjuvábít. p. [43].***Ad Nonam.***Ant. Speciósa facta es. p. [55].**Capitulum.**Eccli. 24. b.*

In platéis sicut cinnamómum, et bálsamum aromatizans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

*R. br. Elégit eam Deus p. [43]. Temp. Pasch. Elégit eam. ibid.***In II. Vesperis.***Omnia ut in I. Vesperis.*

Ad Magnificat  
Antiph.  
VIII. 1. Be-á-tam me di-cent \* o-mnes ge-ne-ra-ti-  
ó-nes, qui-a an-cíl-lam hú-mi-lem re-spé-xit De-us.


(T. P. Al-le-lú-ja.) *Cant. Magnificat. pag. 27.*


## OFFICIUM DEFUNCTORUM.

*Dicitur extra tempus Pasch. prima cujusque mensis die, non impedita Festo ix Lect., alioquin alia sequ. die similiter non impedita. In Advent. autem et Quadrages., Feria II. cujuslibet Hebdom. similiter non impedita, præterquam in majori Hebdom. In Choro dic. post Offic. diei, id est, Vesp. post Vesperas, et Matutinum post Laudes diei, nisi alia sit consuetudo ecclesiarum: extra Chorum vero pro opportunitate temporis.*

### Ad Vesperas.

*Absolute incipitur ab*

Antiph. **R** II.  La-cé-bo Dó-mi-no, \* in re-gi-ó-ne vi-vó-rum.

 Ps. 114. Diléxi, quóniam. *ut infra.* U e a e i.

*Psalmus 114.*

Diléxi, quóniam exáudiet Dóminus \* vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi: \* et in diébus meis invocábo.


Circumdederunt me dolóres mortis: \* et pericula inférni invenerunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni: \* et nomen Dñi invocávi. O Dómine libera ánimam me-

*In fine omnium Psalmorum dicitur:*

Réquiem ætérnam \* dona eis Dómine. Et lux perpétua \* lúceat eis.

### 1. Antiphona.

 Pla-cé-bo Dó-mi-no in re-gi-ó-ne vi-vó-rum.

2. Antiph.  II. He-i mi-hi \* Dó-mi-ne, qui-a inco-lá-tus mé-us

pro-lon-gá-tus est. *Ps. 119. Ad Dñm. ut infra.* U e a e i.

*Psalmus 119.*

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi: \* et exáudívit me. Dómine libera ánimam meam alábiis iniquis, \* et a lingua dolósa.


Quid detur tibi, aut quid ponátur tibi \* ad linguam dolósam?


Sagittæ poténtis acútæ, \* cum carbónibus desolatóriis.


Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: \* multum íncola fuit ánima mea.


Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: \* cum loquébar illis, impugnábant me gratis. Réquiem. Et lux.

### 2. Antiphona.

 He-u mi-hi Dó-mi-ne, qui-a in-co-lá-tus mé-us pro-lon-gá-tus est.

3. Antiph.  II. Dó-mi-nus \* cu-stó-dit te ab o-mni ma-lo: cu-

 stó-di-at á-ni-mam tu-am Dó-mi-nus.

 Ps. 120. Levávi. *ut infra.* U e a e i.

*Psalmus 120.*

Levávi óculos meos in montes, \* unde véniet auxiliúm mihi. Auxiliúm meum a Dómino, \* qui fecit cælum et terram. Non det in commotiónem pedem tuum: \* neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dormiet, \* qui custódit Israël. Dóminus custódit te, Dómi-

nus protéctio tua, \* super manú dexteram tuam.


Per diem sol non uret te: \* neque luna per noctem.


Dóminus custódit te ab omni malo: \* custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum, et éxitum tuum: \* ex hoc nunc, et usque in sæculum.


Réquiem. Et lux.

### 3. Antiphona.

 Dó-mi-nus cu-stó-dit te ab o-mni ma-lo: cu-stó-di-at

 á-ni-mam tu-am Dó-mi-nus.

4. Antiph.  VII. 1. Si i-niqui-tá-tes \* ob-ser-vá-ve-ris Dó-mi-ne:

 Dómine quis sus-tinébit? *Ps. 129. De profúndis. infra.* U e a e i.

*Psalmus 129.*

De profúndis clamávi ad te Dómine: \* Dómine exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes, \* in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: \* Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: \* et propter legem tuam sustinui te Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo


ejus: \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: \* speret Israël in Dño. Quia apud Dóminum miseri-


córdia: \* et copiósá apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, \* ex ómnibus iniquitatibus ejus. Réquiem. Et lux.


## 4. Antiphona.



Si i-niqui-tá-tes observá-ve-ris Dómi-ne, Dómine quis sustiné-bit?



5. Antiph. II. O-pe-ra \* má-nu-um tu-á-rum Dó-mi-ne, ne



de-spi-ci-as. Ps. 137. Confitébor tibi. ut infra. U e a e i.

## Psalmus 137.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo: \* quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi: \* adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua, et veritate tua: \* quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me: \* multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine o-

mnes reges terræ: \* quia audierunt ómnia verba oris tui:

Et cantent in viis Dómini: \* quóniam magna est glória Dñi.


Quóniam excélsus Dóminus, et humília respicit: \* et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulónis, vivificábis me: \* et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.


Dóminus retribuet pro me: \* Dómine misericórdia tua in scéculum: ópera mánuum tuárum ne despicias.

Réquiem. Et lux.


## 5. Antiphona.




O-pe-ra má-nu-um tu-á-rum Dó-mi-ne, ne de-spi-ci-as.




¶. Au-dí-vi vo-cem de cœ-lo di-cén-tem mi-hi.



R. Be-á-ti mór-tu-i, qui in Dó-mi-no mo-ri-ún-tur.



Ad Magnificat Antiph. VII. 1. O-mne,\* quod dat mi-hi Pa-ter, ad me



vé-ni-et, et e-um, qui ve-nit ad me, non e-ji-ci-am fó-ras.

Cant. Magnificat. ut infra.

U e a e i.

Canticum B. Mariæ Virginis.

Luc. 1. c.

Magnificat \* ánima mea Dóminum.


Et exsultávit spíritus meus \* in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: \* ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatiónes.


Quia fecit mihi magna qui potens est: \* et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies \* tíméntibus eum.

Antiphona.



O-mne, quod dat mi-hi Pa-ter, ad me vé-ni-et, et



e-um, qui ve-nit ad me, non e-ji-ci-am fó-ras.

Preces infrascriptæ dicuntur flexis genibus; similiter et ad Laudes.

Pater noster. secreto. ¶. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

Sequens Ps. Lauda ánima mea. in Vesp., similiter et Ps. De profundis. in fine Laudum, non dicuntur in die Commem. omnium Fidelium Defunctorum, neque in die obitus seu depositionis Defuncti. Alias semper dicuntur.

Psalmus 145.

Lauda ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea: \* psallam Deo meo quám diu fuero.

Nolite confidere in princípibus: \* in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exibit spíritus ejus, et revertétur in terram suam: \* in illa die peribunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus: \* qui fecit cœlum

et terram, mare, et ómnia, quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in scéculum, facit júdicium injúriam patientibus: \* dat escamesuriéntibus.

Dóminus solvit compeditos: \* Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elisos, \* Dóminus diligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, pupillum, et viduam suscipiet: \* et vias peccatórum dispédet.

Regnábít Dóminus in scécula Deus tuus Sion, \* in generatió-nem et generatió-nem.

Réquiem. Et lux.

V. A porta inferi. R. Erue Dómine ánimas eórum.  
 V. Requiéscant in pace. R. Amen.  
 V. Dómine exáudi orationem meam.  
 R. Et clamor meus ad te véniat.  
 V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes, fámulos tuos pontificáli seu sacerdotáli fecisti dignitate vigére: præsta, quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

Deus, véniæ largitor et humanæ salútis amátor: quæsumus cleméntiam tuam; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María semper Virgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas.

Fidélium, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissionem cunctórum tribue peccatórum: ut indulgéntiam quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. R. Amen.

*In die vero Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quando dicitur hæc ultima tantum Oratio, dicitur:*

Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

In die depositionis Defuncti.

Oratio.

Absolve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui N., ut defúnctus sæculo tibi vivat: et quæ per fragilitatem carnis humana conversatióne commísit, tu vénia misericordissimæ pietátis abstérge. Per Dóminum.

*Si fuerit femina, dicatur ánimam fámulæ tuæ N., ut defúncta.*

In Anniversario die.

Oratio.

Deus indulgentiárum Dómine: da animábus famulórum famularúmque tuárum, quorum anniversárium depositiÓnis diem commemorámus, refrigerii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum.

*Si pro uno tantum fit Anniversarium, dicatur in singulari numero.*

Pro uno Episcopo defuncto.

Oratio.

Deus, qui inter apostólicos sacerdótes fámulum tuum N. pontificáli fecisti dignitate vigére: præsta, quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregéture consórtio. Per Dóminum.

*Si fuerit Sacerdos, dicatur sacerdotáli fecisti, etc.*

*Pro fratribus vero et familiaribus, vel benefactoribus, dicitur Oratio Deus, véniæ largitor. ut supra.*

Pro patre et matre.

Oratio.

Deus, qui nos patrem et matrem honoráre præcepisti: miserére cleménter animábus patris et matris meæ, eorúmque peccáta dimitte; meque eos in æternæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dñm.

*Si fit pro pluribus dicatur animábus paréntum nostrórum, et ubi dicitur meque, dicatur nosque.*

*Si pro patre tantum, dicatur ánimæ patris mei, vel nostri.*  
*Si pro matre tantum, dicatur ánimæ matris meæ, vel nostræ.*

Pro uno Defuncto.


Oratio.


Inclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam supplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui, quam de hoc sæculo migráre jussisti, in pacis ac lucis regiÓne constituas, et sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dñm.

Pro una Defuncta.

Oratio.

Quæsumus Dómine pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ: et a contágiis mortalitátis exútam, in æternæ salvatiÓnis partem restitue. Per Dóminum. R. Amen.

  
 V. Réquiem ætérnam dona eis Dó-mi-nè.  
 R. Et lux perpétua lúceat e - is.

  
 V. Re-qui-é-scant in pa-ce. R. A-men.

Ad Matutinum.

Invitatorium.


VI.


Re-gem, cu-i ó-mni-a vi-vunt,\* Ve-ni-te


  
 ad - o - ré - mus. *Chorus repetit:* Re - gem.


VI.


Ps. 94. Ve-ni-te, ex-sul-té-mus Dó-mi-no, ju-bi-lé-mus De-o


  
 sa-lu-tá-ri nostro: præoccu-pé-mus fá-ci-em e-jus in con-fes-

  
 si-ó-ne, et in psal-mis ju-bi-lé-mus e - i. Re-gem. *ut supra.*

  
 Quó-ni-am De-us magnus Dó-mi-nus, et Rex magnus su-per

  
 omnes de-os: quó-ni-am non re-pél-let Dó-mi-nus ple-bem

  
 su-am, qui-a in ma-nu e-jus sunt omnes fi-nes terræ, et

  
 al-ti-tú-di-nes mónti-um ip-se cónspi-cit. Ve-ni-te. *ut supra.*

Quó-ni-am ip-sí-us est ma-re, et ipse fe-cit il-lud, et á-ri-dam  
 funda-vé-runt ma-nus e-jus: ve-ni-te, ad-o-rémus, et pro-ci-  
 dá-mus ante De-um: plo-rémus co-ram Dó-mi-no, qui fe-cit nos:  
 qui-a ip-se est Dó-mi-nus De-us no-ster, nos au-tem pó-pu-  
 lus e-jus, et o-ves pá-scu-æ e-jus. Re-gem. *ut supra.*  
 Hó-di-e si vo-cem e-jus au-di-é-ri-tis, no-lí-te obdu-rá-re  
 corda vestra, sic-ut in ex-a-cer-ba-ti-ó-ne se-cúndum di-em  
 tenta-ti-ó-nis in de-sér-to: u-bi tenta-vé-runt me patres vestri,  
 pro-ba-vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me-a. Ve-ni-te. *ut supra.*  
 Qua-dra-gínta annis pró-xi-mus fu-i ge-ne-ra-ti-ó-ni hu-ic,  
 et di-xi: Semper hi er-rant cor-de: ip-si ve-ro non cog-no-  
 vé-runt vi-as me-as, qui-bus ju-rá-vi in i-ra me-a, si in-  
 tro-i-bunt in ré-qui-em me-am. Re-gem. *ut supra.*  
 Ré-qui-em æ-térnam do-na e-is Dó-mi-ne: et lux per-pé-  
 tu-a lí-ce-at e-is. Ve-ni-te. *ut supra.*

## Chorus.

Re-gem cu-i ó-mni-a vi-vunt. Ve-ni-te ad-o-ré-mus.

*Hoc Invitatorium dicitur tantum in die commemorationis omnium Fide-  
 delium Defunctorum, et in die depositionis Defuncti: quibus diebus dicun-  
 tur tres infrascripti Nocturni, et Antiphonæ duplicantur. Aliis temporibus  
 dicitur tantum unum Nocturnum cum Laudibus, hoc ordine: Feria II. et V.,  
 I. Nocturnum; Feria III. et VI., II. Nocturnum; Feria IV. et Sabbato,  
 III. Nocturnum.*

## In I. Nocturno.

*Pro Feria secunda et quinta.*

1. Antiph. VII. 1. Dí - ri-ge \* Dó-mi-ne De-us me - us in

conspé-ctu tu - o vi - am me - am.

Ps. 5. Verba mea. *ut infra.* U e a e i.

## Psalmus 5.

Verba mea áuribus percipe  
 Dómine, \* intéllige clamó-  
 rem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, \*  
 Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo: \* Dómi-  
 ne mane exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi, et vidébo: \*  
 quóniam non Deus volens ini-  
 quitátem tu es.

Neque habitábit juxta te ma-  
 lignus: \* neque permanébunt  
 injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui operántur  
 iniquitátem: \* perdes omnes, qui  
 loquúntur mendácium.

Virum sánguinum et dolósum  
 abominábitur Dóminus: \* ego  
 autem in multítudine misericór-  
 diæ tuæ.

Introíbo in domum tuam: \*  
 adorábo ad templum sanctum  
 tuum in timóre tuo.

## 1. Antiphona.

Dí - ri-ge Dómine Deus me - us in conspéctu tu-o vi - am meam.

[68]

2. Antiph.

VIII. 1.

Convér-te-re Dó-mi-ne, \* et é-ri-pe á-nimam me - am: quóni - am non est in mor-te, qui me-mor sit tu - i.

Ps. 6. Dómine. ut infra. U e a e i.

Psalmus 6.

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, \* neque in ira tua corripias me.

Miserére mei Dómine quóniam infirmus sum: \* sana me Dómine quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: \* sed tu Dómine úsquequo?

Convértere Dómine, et éripe ánimam meam: \* salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui: \* in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, la-

2. Antiphona.

Convérte-re Dó-mi-ne, et é-ri-pe á-nimam me - am: quóni-am non est in mor-te, qui me-mor sit tu - i.

3. Antiph.

VIII. 1.

Ne-quán-do \* rá-pi-at ut le-o á-nimam me-am, dum non est qui réd - imat, neque qui salvum fá - ci - at.

Ps. 7. Dómine Deus meus. ut infra. U e a e i.

Psalmus 7.

Dómine Deus meus in te sperávi: \* salvum me fac ex ómnibus persecuéntibus me, et líbera me.

vábo per singulas noctes lectum meum: \* lácrimis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus: \* inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes, qui operámini iniquitátem: \* quóniam exaudivít Dóminus vocem fletus mei.

Exaudivít Dóminus deprecationem meam, \* Dóminus orationem meam suscepit.

Erubéscant, et conturbéntur vehementer omnes inimíci mei: \* convertántur et erubéscant valde velociter.

Réquiem ætérnam. Et lux.

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, \* decídam mérito ab inimicis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam, et comprehéndat, et concúlcet in terra vitam meam, \* et glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exsúrge Dómine in ira tua: \* et exaltáre in finibus inimicórum meórum.

Et exsúrge Dómine Deus meus in præcépto quod mandásti: \* et synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum régrédere: \* Dóminus júdicat pópulos.

Júdice me Dómine secúndum justítiam meam, \* et secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, et díriges justum, \* scrutans corda et renes Deus.

3. Antiphona.

Ne-quán-do rá-pi - at ut le - o á-nimam me - am, dum non est, qui réd - i-mat, neque qui sal-vum fá - ci - at.

V. A porta infe-ri. R. E-ru-e Dómi-ne á-nimas e-ó-rum. Pater noster. totum secreto.

Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictionibus et Titulo.


Lectio i.

Job 7. d.

Parce mihi Dómine; nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Visitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi o custos hóminum? quare posuisti me contrárium tibi, et factus sum mihimetípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non aufers iniquitátem meam? ecce nunc in púlvere dórmíam: et si mane me quæsieris, non subsístam.

Lectiones terminantur sine Tu autem. vel alia conclusione.


VIII. R. Cre-do quod Red-émptor me - us vi - vit,



et in no-vis-si-mo di - e de ter - ra surre-ctú-  
 rus sum: \* Et in carne me - - a vi-dé - bo De-  
 um Salva-tó - rem me - um. *Ps.* Quem vi-  
 sú-rus sum e-go ipse, et non á - li-us: et ó-  
 cu - li me - i con - spe-ctú - ri sunt.  
 Et in carne mea. *ut supra.*

Lectio ii. Job 10.

Tædet ánimam meam vitæ meæ, dimittam adversum me eló-  
 quium meum, loquar in amaritúdine ánimæ meæ. Dicam  
 Deo: Noli me condemnare: indica mihi cur me ita júdices. Num-  
 quid bonum tibi vidétur, si calumniéris me, et opprimas me opus  
 mánuum tuárum, et consílium impiórum ádjuves? Numquid óculi  
 cárnei tibi sunt: aut sicut videt homo, et tu vidébis? Numquid  
 sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tém-  
 pora, ut quæras iniquitátem meam, et peccátum meum scrutéris?  
 Et scias quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo qui de manu  
 tua possit erúere.




IV. *R.* Qui Lá-za-rum re-su-sci-tá - sti a mo-nu-mén-  
 to fé-ti-dum: \* Tu e-is Dó - mi-ne do-na ré - qui-  
 em, et lo-cum in-dul-gén - - ti - æ. *Ps.* Qui ven-tú-rus  
 es jú-di-cá-re vi-vos et mór-tu-os, et sæ-cu-  
 lum per i - - gnem. Tu eis. *ut supra.*

Lectio iii. Job 10. b.

Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circúitu;  
 et sic repente præcipitas me? Meménto quæso quod sicut  
 lutum féceris me, et in púlverem redúces me. Nonne sicut lac

multísti me, et sicut cáseum me coagulásti? Pelle et cárnibus  
 vestísti me: óssibus et nervis compegísti me: Vitam et miseri-  
 córdiam tribuísti mihi, et visitátio tua custodívit spíritum meum.




VIII. *R.* Dó - mi-ne, quan-do vé - - ne-ris jú-di-cá-  
 re ter-ram, u - bi me abscón - dam a vul-tu i - - ræ  
 tu - æ? \* Qui - a pec - cá-vi ni - mis in vi-ta  
 me - a. *Ps.* Commís-sa me - - - a pa-vé-sco, et  
 ante te e - ru - bé - sco: dum vé - ne-ris jú-di-cá-re no - li  
 me con-demná - re. Quia peccávi. *ut supra.*



*Ps.* Ré-qui-em æ-tér-nam do-na e - is Dó - mi-ne:  
 et lux per-pé-tu-a lú - - ce - at e - - - - is.  
 Quia peccávi. *ut supra.*  
 Postea ad Laudes, ut infra p. [81], quando dicitur unum tantum Noct.

In II. Nocturno.

Pro Feria tertia et sexta.



1. Antiph. VIII. 1. In lo-co pá-scu - æ \* i-bi me col-lo-cá-vit.



*Ps.* 22. Dóminus regit me. *ut infra.* U e a e i.

Psalmus 22.

Dóminus regit me, et nihil  
 mihi déerit: \* in loco pá-  
 scuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis edu-  
 cávit me: \* ánimam meam con-  
 vértit.

Dedúxit me super sémitas  
 justitiæ, \* propter nomen suum.


Nam, et si ambulávero in mé-  
 dio umbræ mórtis, non timébo  
 mala: \* quóniam tu mecum es.

Virga tua, et báculo tuus: \*  
 ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, \* advérsus eos, qui tribulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: \* et calix meus inébrians quam præclarus est!

## 1. Antiphona.




In lo-co páscu-æ i-bi me col-lo-cá-vit.

## 2. Antiph.

VIII. 1.

De-li-cta \* juventú-tis me-æ, et igno-ránti-



as me - as ne me-mí-ne-ris Dó-mi-ne.



Ps. 24. Ad te Dómine. ut infra. U e a e i.

## Psalmus 24.

Ad te Dómine levávi ánimam meam: \* Deus meus in te confido, non erubéscam.

Neque irrideant me inimíci mei: \* étenim univérsi, qui sústinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes \* supervácue.

Vias tuas Dómine demónstra mihi: \* et sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, et doce me: \* quia tu es Deus salvátor meus, et te sustinui tota die.

Reminíscere miseratiónum tuárum Dómine, \* et misericordiárum tuárum, quæ a sæculo sunt.

Delicta juventútis meæ, \* et ignorántias meas ne memineris.

Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu: \* propter bonitátem tuam Dómine.

Dulcis et rectus Dóminus: \* propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Díriget mansuétos in iudicio: \* docébit mites vias suas.


Et misericórdia tua subsequétur me \* ómnibus diébus vitæ meæ:

Et ut inhábitem in domo Dómini, \* in longitudínem diérum. Réquiem ætérnam. Et lux.


niam multiplicáti sunt, \* et ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, et érue me: \* non erubéscam, quóniam sperávi in te.

## 2. Antiphona.



De-li-cta ju-ven-tú-tis me-æ, et i-gno-rán-ti-as me-as



ne me-mí-ne-ris Dó-mi-ne.

## 3. Antiph.

IV. 1.

Cre-do vi-dé-re \* bo-na Dómi-ni in terra vi-



vén-ti-um. Ps. 26. Dóminus. ut infra. U e a e i.

## Psalmus 26.

Dóminus illuminátio mea, et salus mea, \* quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ, \* a quo trepidábo?

Dum apprópíant super me nocéntes, \* ut edant carnes meas:

Qui tribulant me inimíci mei, \* ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt.

Si consistant advérsus me castra, \* non timébit cor meum.

Si exsúrgat advérsus me prælium, \* in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, \* ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ:

Ut videam voluptátem Dómini, \* et visitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in tabernáculo suo: \* in die malórum protéxit me in abscondito tabernáculo sui.

In petra exaltávit me: \* et nunc exaltávit caput meum super inimicos meos.

Circuíví, et immolávi in tabernáculo ejus hóstiám vociferatió-

Innocéntes et recti adhæsérunt mihi: \* quia sustínui te.

Líbera Deus Israël, \* ex ómnibus tribulatió nibus suis.

Réquiem ætérnam. Et lux.

nis: \* cantábo, et psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam, qua clamávi ad te: \* miserére mei, et exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea: \* fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me: \* ne declínes in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto: \* ne derelínquas me, neque despicias me Deus salvátor meus.

Quóniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me: \* Dóminus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua: \* et dírige me in sémitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in ánimas tribulántium me: \* quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.

Cre-do vi-dé-re bona Dómini \* in terra vivéntium.

Exspécta Dóminus, viríliter age: \* et confortétur cor tuum, et sústine Dóminus.

Réquiem ætérnam. Et lux.



## 3. Antiphona.

Cre-do vi-dé-re bo-na Dó-mi-ni in terra vi-vén-ti-um.

Ÿ. Cól-lo-cet e-os Dó-mi-nus cum prin-cí-pi-bus.

R. Cum prin-cí-pi-bus pó-pu-li su-i.

Pater noster. *totum secreto.*

## Lectio iv.

## Job 13. d.

Respónde mihi: Quantas hábeo iniquitates et peccáta, scélera mea et delicta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscondís, et arbitráris me inimicum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur, osténdis poténtiam tuam, et stípulam siccam perséqueris: scribis enim contra me amaritúdines, et consúmere me vis peccátis adolescéntiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, et observásti omnes sémitas meas, et vestigia pedum meórum considerásti: qui quasi putrédo consuméndus sum, et quasi vestimentum, quod coméditur a tinea.

II. R. Me-mén-to me-i De-us, qui-a ven-tus est

vi-ta me-a, \* Nec a-spí-ci-at me vi-sus

hó-mi-nis. Ÿ. De pro-fún-dis cla-má-vi ad te Dó-

mi-ne: Dó-mi-ne ex-áu-di vo-cem me-am.

Nec aspiciat. *ut supra.*

## Lectio v.

## Job 14.

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et numquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in iudícium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, número mensium ejus apud te est: constituísti términos ejus, qui præteríri non póterunt. Recéde paululum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii dies ejus.

II. R. He-i mi-hi Dó-mi-ne, qui-a pec-cá-vi ni-mis

in vi-ta me-a: Quid fá-ci-am, mi-ser? u-bi

fú-gi-am, ni-si ad te De-us me-us? \* Mi-se-

ré-re me- - - i, dum vé-ne-ris in no-vis-

si-mo di-e. Ÿ. A-nima me-a turbá-ta est val-

de, sed tu Dó-mi-ne suc-cúr-re e-i.

Miserére mei. *ut supra.*

## Lectio vi.

## Job 14. c.

Quis mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me, et abscondas me, donec pertránseat furor tuus, et constituas mihi tempus in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursus vivat? Cunctis diébus quibus nunc milito, expécto donec véniat immutatio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.

VI. R. Ne re-cor-dé-ris pec-cá-ta me-a Dó- - mi-

ne, \* Dum vé-ne-ris ju-di-cá-re sáe-cu-lum

per i-gnem. Ÿ. Dí-ri-ge Dó-mi-ne De-

us me-us in conspéctu tu-o vi-am me-am.

Dum véneris. *ut supra.*

Ÿ. Ré-qui-em æ-tér-nam do-na e-is Dó-mi-ne:

et lux perpé-tu-a lú-ce-at e- - - is.

Dum véneris. *ut supra.*

Postea ad Laudes, ut infra p. [81] quando dic. unum tantum Noct.

## In III. Nocturno.

Pro Feria Quarta et Sabbato.

## 1. Antiph.

II.

Complá-ce-at \* ti-bi Dómi-ne, ut e-rí-pi-as

me: Dó-mi-ne ad ad-ju-ván-dum me ré-spi-ce.

Ps. 39. Exspéctans. *ut infra.* U e a e i.*Psalmus 39.*

Exspéctans exspéctávi Dómi-num, \* et inténdit mihi.

Et exaudivit preces meas: \* et edúxit me de lacu misériæ, et de luto fæcis.

Et státuit super petram pedes meos: \* et diréxit gressus meos.

Et immisit in os meum cánticum novum, \* carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, et timébunt: \* et sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cujus est nomen Dómini spes ejus: \* et non respéxit in vanitátes et insánias falsas.

Multa fecisti tu Dómine Deus meus mirábilia tua: \* et cogitátióibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiávi et locútus sum: \* multiplicáti sunt super númerum.

Sacrificium et oblatiόnem noluisti: \* aures autem perfecisti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti: \* tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntátem tuam: \* Deus meus vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in ecclésia magna, \* ecce lábia mea non prohibébo: Dómine tu scisti.

Justítiam tuam non abscondi

in corde meo: \* veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam, et veritátem tuam \* a concilio multo.

Tu autem Dómine ne longe fácias miseratiόnes tuas a me: \* misericórdia tua et veritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus: \* comprehendérunt me iniquitátes meæ, et non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capillos cápitis mei: \* et cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me: \* Dómine ad adjuvándum me réspice.

Confundántur et revearéntur simul, qui quærunnt ánimam meam, \* ut áuferant eam.

Convertántur retrórsus, et revearéntur \* qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiόnem suam, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsúltent, et læténtur super te omnes quæréntes te: \* et dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum et pauper: \* Dóminus sollicitus est mei.

Adjútor meus, et protéctor meus tu es: \* Deus meus ne tardáveris.

Réquiem ætérnam. Et lux.

## 1. Antiphona.

Complá-ce-at ti-bi Dómi-ne, ut e-rí-pi-as me: Dó-mi-ne

ad ad-ju-ván-dum me ré-spi-ce.

## 2. Antiph.

II.

Sa-na Dómi-ne \* á-ni-mam me-am, qui - a pec-

cá-vi ti-bi. Ps. 40. Beátus qui. *ut infra.* U e a e i.

*Psalmus 40.*

Beátus qui intélligit super egénum, et páuperem: \* in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus conservet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra: \* et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus: \* unívérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine miserére mei: \* sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixerunt mala mihi: \* quando moriétur, et peribit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur, \* cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras, \* et loquebátur in idípsum.

## 2. Antiphona.

Sa-na Dómi-ne á-nimam me-am, qui-a pec-cá-vi ti-bi.

## 3. Antiph.

II.

Si-tí-vit \* á-nima me-a ad De-um vi-vum:

quan-do vé-ni-am, et apparé-bo an-te fá-ci-em Dómi-ni?

Advérsum me susurrábant omnes inimíci mei: \* advérsum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsum me: \* Numquid qui dormit non adjíciet ut resúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi: \* qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatióem.

Tu autem Dómine miserére mei, et resúscita me: \* et retribuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluísti me, \* quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepisti: \* et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Israél a sáculo, et usque in sáculo: \* fiat, fiat.

Réquiem ætérnam. Et lux.

Ps. 41. Quemádmódum. *ut infra.* U e a e i.

*Psalmus 41.*

Quemádmódum desiderat cervus ad fontes aquarum: \* ita desiderat ánima mea ad te Deus. Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum: \* quando véniam, et apparebo ante faciém Dei? Fuérunt mihi lácrimæ meæ panes die ac nocte: \* dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, et effúdi in me ániam meam: \* quóniam transibo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exsultatiónis, et confessiÓnis: \* sonus epulántis.

Quare tristis es ánima mea? \* et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: \* salutáre vultus mei, et Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est: \* propterea memor

*3. Antiphona.*

Si-tí-vit á-nima me-a ad De-um vi-vum: quando vé-ni-am,

et appa-ré-bo an-te fá-ci-em Dó-mi-ni?

¶. Ne tra-das bé-sti-is á-nimas con-fi-tén-tes ti-bi. R. Et á-ni-

mas páu-pe-rum tu-ó-rum ne ob-li-viscá-ris in fi-nem. Pater noster. *totum secreto.*

*Lectio vii.*

*Job 17.*

Spiritus meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, et solum mihi súperest sepúlchrum. Non peccávi, et in amaritudínibus morátur óculus meus. Libera me Dómine, et pone me juxta te, et cuiúsvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitatiÓnes meæ dissipátæ sunt, torquéntes cor meum. Noctem ver-

ero tui de terra Jordánis, et Hermóniim a monte mó dico.

Abýssus abyssum ínvocat, \* in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, et fluctus tui \* super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam: \* et nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ, \* dicam Deo: Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei? \* et quare contristátus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringúntur ossa mea, \* exprobravérunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es ánima mea, et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: \* salutáre vultus mei, et Deus meus.

Réquiem ætérnam. Et lux.

térunt in diem, et rursum post ténebras spero lucem. Si sustinúero, inférnus domus mea est, et in ténebris stravi léctulum meum. Putrédini dixi: Pater meus es; mater mea, et soror mea, vérribus. Ubi est ergo nunc præstolatio mea, et patientiam meam quis considerat?

I. R. Peccántem me quo-tí-di-e, et non me pœ-ni-tén-

tem, ti-mor mor-tis contúr-bat me: \* Qui-a in in-fér-

no nul-la est red-émpti-o, mi-se-ré-re me - i De-

us, et sal-va me. ¶. De-us in nó-mi-ne tu-o sal-vum

me fac, et in virtú-te tu-a lí-be-ra me. Quia in inférno. *ut supra.*

*Lectio viii.*

*Job 19. c.*

Pelli meæ, consúptis cárnibus, adhæsit os meum, et derelicta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos amici mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequimini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat ut scribántur sermónes mei? quis mihi det, ut exaréntur in libro stylo férreo, et plumbi lámína, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod Redémptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrectúrus sum: et rursum circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

VIII. R. Dó-mi-ne se-cúndum actum me - um no-li me ju-

di - cá - re: ni-hil dignum in conspé-ctu tu - o

e - gi: íd - e-o dé - pre-cor ma - je-stá - tem

tu - am, \* Ut tu De-us dé - - le-as i - ni-qui-

tá - - tem me - am. *Ps.* Am - - pli - us la - va me  
 Dó - mi - ne ab in - ju - sti - ti - a me - a, et a de - lí - cto  
 me - - o mun - da me. *Ut tu Deus. ut supra.*

*Lectio ix.*

*Job 10. d.*

Quare de vulva eduxisti me? qui útinam consúptus essem  
 ne óculus me vidéret. Fuissem quasi non essem, de útero  
 translátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum  
 finiétur brevi? dimitte ergo me, ut plangam páululum dolórem  
 meum: ántequam vadam, et non revértar, ad terram tenebrósam  
 et opértam mortis caligine: terram misériæ et tenebrárum, ubi  
 umbra mortis, et nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.

*I.* R. Lí - be - ra me Dó - - mi - ne de vi - is in - fér -  
 ni, qui por - tas æ - re - as confre - gí - sti: et vi - si - tá - -  
 sti in - fér - num, et de - disti e - is lumen, ut vi - dé - rent  
 te: \* Qui e - rant in pœ - nis tenebrá - - -  
 rum. *Ps.* Cla - mántes et di - cén - tes: Ad - ve - ní - sti Red - ém -  
 ptor no - - ster. *Qui erant. ut supra.*

*Ps.* Ré - qui - em æ - tér - nam do - na e - is Dó - mi - ne: et lux per -  
 pé - tu - a lú - ce - at e - - is. *Qui erant. ut supra.*

*Sequens R. dicitur solummodo in die commem. omnium Defunctorum,  
 et quoadcumque pro Defunctis dicuntur ix Lectiones.*

*I.* Lí - be - ra me Dó - mi - ne de mor - te æ - tér - na  
 in di - e il - la tre - mén - da: \* Quan - do cœ - li mo - vëndi  
 sunt et ter - ra: \* Dum vé - - - ne - ris ju - di - cá - - -  
 re sæ - cu - lum per ignem. *Ps.* Tremens factus sum e - go,  
 et tí - me - o, dum dis - cús - si - o vé - ne - rit, at - que ven -  
 tú - ra i - ra. *Repetitur:* Quan - do cœ - li mo - vëndi sunt et  
 ter - ra. *Ps.* Di - es il - la, di - es i - ræ, ca - la - mi - tá - tis et  
 mi - sé - ri - æ, di - es magna et a - má - ra valde. *Repetitur:* Dum  
 vé - - - ne - ris ju - di - cá - - - re sæ - cu - lum  
 per ignem. *Ps.* Ré - qui - em æ - tér - nam do - na e - is Dó - mi - ne:  
 et lux per - pé - tu - a lú - ce - at e - is.

*Modus simplex.*

*I.* Lí - be - ra me Dó - mi - ne, de mor - te æ - tér - na in di - e  
 il - la tre - mén - da: \* Quan - do cœ - li mo - vëndi sunt et

*Compend. Antiph. et Brev. Rom.*

F

ter-ra: \* Dum vé - ne-ris ju-di-cá - re sæ-cu-lum per  
 i-gnem. *Ps.* Tremens factus sum e-go, et tí - me-o, dum  
 dis-cús-si-o vé - ne-rit, atque ven-tú-ra i-ra. \* Quando  
 cœ - li mo-vé-ndi sunt et ter-ra. *Ps.* Di-es il-la, di-es  
 i-ræ, ca-la-mi-tá-tis et mi-sé-ri-æ, di-es magna et  
 a-má-ra val-de. \* Dum vé - ne-ris ju-di-cá - re sæ-cu-  
 lum per i-gnem. *Ps.* Ré-qui-em æ-tér-nam dó-na e - is  
 Dó-mi-ne: et lux per-pé-tu-a lú-ce-at e - is.  
*Repetitur: Libera me Dómine. usque ad Ps. Tremens.*

Ad Laudes.

*Absolute incipitur.*

1. Antiph. *I. 1.* Exsul-tábunt Dómi-no \* ossa hu-mi-li - á-ta.  
*Ps. 50. Miserére. U e a e i.*  
*Ps. 50. Miserére. p. 251, sed in fine Réquiem ætérnam. Et lux.*

1. Antiph. Exsul-tábunt Dó-mi-no os-sa hu-mi-li - á-ta.

2. Antiph. *VIII. 1.* Exáudi Dómine \* o-ra-ti-ónem me - am: ad  
 te omnis ca - ro vé-ni-et. *Ps. 64. Te decet. ut infra. U e a e i.*

*Psalmus 64.*

**T**e decet hymnus Deus in Sion: \* et tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exáudi oratió-nem meam: \* ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos: \* et impietá-tibus nostris tu propitiáberis.

Beátus, quem elegisti, et assumpsisti: \* inhabitábit in átriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: \* sanctum est templum tuum, mirá-bile in æquitáte.

Exáudi nos Deus salutáris noster, \* spes ómnium finium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in virtúte tua, accinctus poténtia: \* qui contúr-bas profúndum maris so-num flúctuum ejus.

Turbabúntur Gentes, et timé-

2. Antiphona.

Ex-á-udi Dó-mi-ne o-ra-ti-ónem me - am: ad te omnis  
 ca - ro vé-ni - et.

3. Antiph.

*VII. 1.* Me suscé - pit \* dexte-ra tu-a Dómi-ne.

*Ps. 62. Deus Deus meus. ut infra. U e a e i.*

*Psalmus 62.*

**D**eus Deus meus \* ad te de luce vigilo.

Sitívit in te ánima mea, \* quam multiplicíter tibi caro mea.

In terra desérta, et ínvia, et inaquósa: \* sic in sancto ap-páruí tibi, ut vidérem virtútem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est miseri-córdia tua super vitas: \* lábia mea laudábunt te.

bunt qui hábitant términos a signis tuis: \* éxitus matutíni, et vespere delectá-bis.

Visitásti terram, et inebriásti eam: \* multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, parásti cibum illórum: \* quóniam ita est præparáti-o ejus.

Rivos ejus inébria, multiplica genímína ejus: \* in stillicídiiis ejus lætábitur gérmínans.

Benedices corónæ anni benignitátis tuæ: \* et campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti: \* et exsultatió-ne colles accin-géntur.

Indúti sunt arietes óvium, et valles abundábunt fruménto: \* clamábunt, étenim hymnum dicent.

Réquiem ætérnam. Et lux.

mea post te: \* me suscepit dextera tua.


Ipsi vero in vanum quaesierunt animam meam, introibunt in inferiора terrae: \* tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero laetabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: \* quia obstructum est os loquentium iniqua.


*Psalmus 66.*

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: \* illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.


3. Antiphona.




Me sus-cé - pit dex-te-ra tu - a Dó-mi-ne.



4. Antiph. II. A por-ta in-fe-ri \* é - ru - e Dó-mi-



ne á - ni-mam me - am.



Cant. Ezech. Ego dixi. ut infra. U e a e i.

Cant. Ezech. Is. 3. b. Ego dixi: In dimidio dierum meorum \* vadam ad portas inferi.

Quaesivi residuum annorum meorum. \* Dixi: Non videbo Dóminum Deum in terra viventium.

Non aspiciam hóminem ultra, \* et habitatórem quiétis.

Generatio mea ablata est, et convoluta est a me, \* quasi tabernaculum pastórum:

Præcisa est velut a texente, vita mea: dum adhuc ordírer, succidit me: \* de mane usque ad vésperam finies me.

Sperábam usque ad mane, \* quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea:

Ut cognoscámus in terra viam tuam: \* in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: \* confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent gentes: \* quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: \* terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: \* et métuant eum omnes fines terræ. Réquiem ætérnam. Et lux.

cisti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitor tibi, neque mors laudábit te: \* non exspectábunt qui descéndunt in lacum, veritátem tuam.


Vivens vivens ipse confitébitor tibi, sicut et ego hódie: \* pater filiis notam faciét veritátem tuam.

tur tibi, sicut et ego hódie: \* pater filiis notam faciét veritátem tuam.

Dómine salvum me fac, \* et psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Réquiem ætérnam. Et lux.


4. Antiphona.



A por-ta in-fe-ri é - ru - e Dó-mi-ne á - ni-mam me - am.



5. Antiph. VII. 3. Omnis spí - ri-tus \* lau-det Dó-mi-num.



Ps. 148. Laudáte Dóminum. ut infra. U e a e i.

*Psalmus 148.*

Laudáte Dóminum de caelis: \* laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus: \* laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna: \* laudáte eum omnes stellæ, et lumen.

Laudáte eum caeli caelórum: \* et aquæ omnes, quæ super celos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: \* ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: \* præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, \* dracónes, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: \* quæ faciunt verbum ejus:

Montes, et omnes colles: \* ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstiæ, et univérsa pécora: \* serpéntes, et vólucres pennátæ:

Reges terræ, et omnes pópuli: \* príncipes, et omnes júdices terræ.

Júvenes, et vírgines: senes

cum junióribus laudent nomen Dómini: \* quia exaltátum est nomen ejus solius.

Conféssio ejus super caelum, et terram: \* et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: \* filiis Israél, pópulo appropinquánti sibi.

*Psalmus 149.*

Cantáte Dómino cánticum novum: \* laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israél in eo, qui fecit eum: \* et filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: \* in týmpano, et psaltério psallant ei:

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: \* et exaltábit mansuétos in salutem.

Exsultábunt sancti in glória: \* lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: \* et gládii ancípites in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindíctam in natióibus: \* increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in

compédibus: \* et nobiles eorum in mánicis férreis.


Ut fáciant in eis iudícium conscriptum: \* glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

*Psalmus 150.*


Laudáte Dóminum in sanctis ejus: \* laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: \* laudáte eum secúndum multitudínem magnitúdinis ejus.


5. Antiphona.



Omnis spí-ri-tus lau-det Dó-mi-num.




V. Au-dí-vi vo-cem de cœ-lo di-cén-tem mi-hi. R. Be-á-ti




mór-tu-i qui in Dó-mi-no mo-ri-ún-tur.


Ad Benedictus Antiph. II.




E-go sum \* re-surrécti-o et vi-ta: qui cre-



dit in me, é-ti-am si mórtu-us fú-e-rit, vi-vet: et o-



mnis qui vi-vit et cre-dit in me, non mo-ri-é-tur in æ-térnum.



Cant. Zach. Benedictus Dóminus. ut infra. U e a e i.

Canticum Zachariæ. Lucæ 1. g. Benedictus Dóminus Deus Israël. \* quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ: Et eréxit cornu salutis nobis: \* in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctorum, \* qui a sæculo sunt, prophetarum ejus: Salútem ex inimicis nostris, \* et de manu ómnium, qui odérunt nos: Ad faciéndam misericórdiam

Laudáte eum in sono tubæ: \* laudáte eum in psaltério, et cithara.

Laudáte eum in týmpano, et choro: \* laudáte eum in chordis, et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis: \* omnis spíritus laudet Dóminum.

Réquiem ætérnam. Et lux.


Ad dandam sciéntiam salutis plebi ejus: \* in remissionem peccatorum eorum:

Per viscera misericórdiæ Dei nostri: \* in quibus visitávit nos, oriens ex alto:


Illumináre his, qui in ténébris, et in umbra mortis sedent: \* ad dirigéndo pedes nostros in viam pacis.

Réquiem ætérnam. Et lux.

Antiphona.



E-go sum re-surrécti-o et vi-ta: qui cre-dit in me, é-



ti-am si mórtu-us fú-e-rit, vi-vet: et o-mnis qui vi-vit



et cre-dit in me, non mo-ri-é-tur in æ-térnum.

Deinde dicitur flexis genibus Pater noster. secreto.

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

*Psalmus 129.*

De profundis clamávi ad te Dómine: \* Dómine exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendentes, \* in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: \* Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: \* et propter legem tuam sustinui te Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus: \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: \* speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: \* et copiósa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, \* ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem ætérnam. Et lux.

Deinde dicuntur Preces et Oraciones Officio congruentes, ut supra in Vesperis, pag. [64] - [65].

## OFFICIA VOTIVA PER ANNUM.


Pro Feria Secunda.

Officium votivum de sanctis Angelis.

*Semiduplex.*


In I. Vesperis.

1. Antiph.



VIII. 1.

N-ge-li Dó-mi-ni \* Dó-mi-num be-ne-



dí-ci-te in æ-tér-num. (T. p. Al-le-lú-ja.)

*Ps. 109. Dixit Dñs. p. [1].* E u o u a e.

2. Antiph. VIII. 1. Ange-lis šu - is \* De-us mandá - vit' de te,  
ut cu-stó - di - ant te in ó-mni-bus vi - is tu - is.

(*T. p. Al-le-lú-ja.*) *Ps. 110. Confitébor. p. [1].* E u o u a e.

3. Antiph. III. 1. Ange-li e - ó-rum \* semper vi-dent fá-ci-em  
Pa-tris me - i, qui est in cœ - lis. (*T. p. Al-le - lú - ja.*)

*Ps. 111. Beátus vir. p. [2].* E u o u a e.

4. Antiph. VII. 3. Laudá-te De - um, \* o-mnes Ange-li e - jus,  
lau-dá - te e - um, o-mnes vir-tú - tes e - jus.

(*T. p. Al-le-lú-ja.*) *Ps. 112. Laudáte púeri. p. [2].* E u o u a e.

5. Antiph. VII. 1. Ange - li, Archán - ge - li, \* Thro-ni et Domi -  
na-ti - ó-nes, Princi - pá-tus et Po - te - stá - tes, Vir-tú - tes cœ -

ló - rum, lau-dá-te Dó-mi - num de cœ-lis, al - le - lú - ja. \*)

\*) Post Septuagesimam omittitur Allelúja.

*In I. Vesp. Ps. 116. Laudáte. p. [3].* E u o u a e.  
*In II. Vesp. Ps. 137. Confitébor. p. 537.*

*Capit. Ecce ego mittam. p. 540. Hymnus. Te splendor. p. 532. Tem-pore Paschalí ibid. V. In conspéctu Angelórum. p. 541.*

Ad Magnificat Antiph. VII. 3. Omnes sunt \* admi-ni-stra-tó - ri - i spí - ri -  
tus, in mi-ni-sté - ri - um missi pro-pter e - os, qui hæ-re-di -  
tá - tem cá - pi - unt sa - lú - tis. (*T. p. Al - le - lú - ja.*)

*Cant. Ma - gni - fi - cat. E u o u a e.*  
*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Ad Complet. et ad Horas. Hymnus. Te lucis. p. [22]. Temp. Pasch. in tono paschalí. p. [16].*

Ad Laudes, et per Horas.

*Ant. ut supra in I. Vesp. p. [87]. Ps. de Domin. p. 1. Capit. Ecce ego p. 540. Hymnus. Christe, sanctorum. p. 535. V. In conspéctu. p. 537.*

Ad Benedictus Antiph. VII. 2. Ange-lus, \* qui loque-bá - tur in me, et sus -  
ci - tá - vit me, qua - si vi - rum qui susci - tá - tur a so -  
mno su - o. (*T. p. Al - le - lú - ja.*) *Cant. Benedictus. p. 7.*

Oratio.

Deus, qui miro ordine Angelórum ministéria, hominúmque dis -  
pensas: concéde propítius; ut a quibus tibi ministrántibus in  
cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per  
Dóminum nostrum.

Ad Primam.

*Ant. Angelis Dómini. p. [87]. Lect. br. Factum est. p. 537.*

Ad Tertiam.

*Ant. Angelis suis. p. [88]. Capit. Ecce ego. p. 540. R. br. Stetit Angelus. 536. Temp. Pasch. ibid.*



## Ad Sextam.

*Ant.* Angeli eorum. p. [88]. *Capit.* Audivi vocem. p. 537.  
*R. br.* Ascendit fumus. p. 537. *Temp. Pasch. ibid.*

## Ad Nonam.

*Ant.* Angeli, Archangeli. p. [88]. *Capit.* Factum est. p. 537.  
*R. br.* In conspectu. p. 537. *Temp. Pasch. ibid.*

## In II. Vesperis.

*Ant., Capit., Hymn. et Ps. ut in I. Vesp. p. [87], et loco ultimi Ps. Con-*  
*fitébor. p. 537. V. In conspectu. ibid.*

Ad Magnificat

Antiph.

VI.

Sancti Ange-li, \* qui De - o in cœ - lis semper

as - si - sti - tis, de - fén - di - te nos in præ - li - o, ut non per - e -

á - mus in tremén - do ju - dí - ci - o. (T. p. Alle - lú - ja.)

Cant. Ma - gni - fi - cat. E u o u a e.

## Pro Feria Tertia.

## Officium votivum de sanctis Apostolis.

Semiduplex.

Omnia de Communi Apostolorum juxta diversitatem temporis.

Oratio.

Deus, qui nos per beátos Apóstolos tuos ad agnitióem tui  
 nóminis venire tribuisti: da nobis eórum glóriam sempitér-  
 nam et proficiéndo celebráre, et celebrándo proficere. Per Dñm.

## Pro Feria Quarta.

## Officium votivum de S. Joseph Sponso B. M. V.

Conf. et Catholicæ Eccl. Patrono.

Semiduplex.

## In I. Vesperis.

*Ant. ut in Patrocinio S. Joseph p. 428; extra tempus Paschale omittun-*  
*tur Allelúja. Psalmi p. [1]. Capit. Benedictiones. p. 427.*

*Hymnus. Te Joseph. p. 409. V. Constituit eum. p. 410.*

*Ad Magnif. Ant. Cum esset. p. 427; extra temp. Pasch. sine Allelúja.*

*Oratio. Deus, qui ineffabili. p. 430.*

*Ad Complet. et per Horas. Hymnus. Te lucis. p. [22]. Temp.*  
*Pasch. in tono paschali. p. [16].*

## Ad Laudes et per Horas.

*Ant. et Ps. Jacob autem. p. 428. Capit. Benedictiones. p. 427. Hymn.*  
*Cœlitum, Joseph. p. 429. V. Dedisti mihi. p. 430.*

*Ad Benedictus Antiph: Joseph, fili David. p. 430. Oratio. Deus, qui*  
*ineffabili. ibid.*

## Ad Primam.

*Ant. Jacob autem. p. 428. Lect. br. Filius accrésens. p. 431.*

## Ad Tertiam.

*Ant. Missus est. p. 428. Capit. Benedictiones. p. 427.*

*R. br. Constituit eum. T. pasch. p. 430. Extra temp. pasch. p. 413.*

## Ad Sextam.

*Ant. Ascendit autem. p. 428. Capit. Deus patris tui. p. 431.*

*R. br. Confitébor. T. pasch. p. 431. Extra temp. pasch. p. 413.*

## Ad Nonam.

*Ant. Et ipse Jesus. p. 429. Capit. Filius accrésens. p. 431.*

*R. br. Justus germinábit. Temp. pasch. p. 431. Extra temp.*  
*pasch. p. 414.*

## In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesp. præter sequ. V. Sub umbra. p. 431. Ad Magnif.*  
*Ant. Fili, quid fecisti. ibid. Oratio. Deus, qui ineffabili. p. 430.*

## Pro Feria Quinta.

## Offic. votiv. de Ss. Eucharistiæ Sacramento.

Semiduplex.

*Omnia ut in festo Corporis Christi. p. 319 sequ. sed extra temp. pasch.*  
*omittitur Allelúja.*

*In fine Hymn. Completorii et Horarum dicitur: Jesu, tibi sit glória*  
*qui natus es de Virgine. etiamsi in Vesp. facta sit tantum comm. Ss. Sacram.*  
*et Hymni cantantur in tono p. 38.*

*R. br. ad Horas extra tempus paschale.*

## Ad Primam.

*R. br. Qui natus es de Virgine. p. [59].*

## Ad Tertiam.

*R. br. Pa - nem cœ - li \* De - dit e - - is. Panem.*

*V. Pa - nem Ange - ló - rum man - du - cá - vit ho - mo. Dedit eis.*  
*Glória Patri. p. 20\*. Panem. V. Cibávit. p. 338 sine Allelúja.*

## Ad Sextam.

*R. br. Ci - bá - vit il - los \* Ex á - di - pe fru - mén - ti. Cibávit.*

Officium votivum de Passione D. N. J. Chr.

¶. Et de pe - tra, mel - le sa - tu - rá - vit e - os. Ex ádipe.  
Glória Patri. p. 20\*. Cibávit. ¶. Edúcas. p. 338 sine Allelúja.

Ad Nonam.

R. br. E - dú - cas pa - nem \* De ter - ra. Edúcas.


¶. Et vi - num læ - tí - fi - cet cor hó - mi - nis. De terra.  
Glória Patri. p. 20\*. Edúcas. ¶. Pósuit. p. 338 sine Allelúja.


Pro Feria Sexta.


Officium votivum de Passione D. N. J. Chr.


Semiduplex.


In I. Vesperis.

1. Antiph.   
II. Cá - li - cem \* sa - lu - tá - ris ac - cí - pi - am: et no -  
men Dómi - ni invo - cábo. (T. p. Alle - lú - ja.) Ps. 115. Crédidi. p. 209.


2. Antiph.   
VIII. 1. Cum his, qui o - dé - runt pa - cem, \* e - ram pa -  
cí - fi - cus: dum loqué - bar il - lis impugná - bant me gra - tis.  
(T. p. Al - le - lú - ja.) Ps. 119. Ad Dóminum. p. 209.


3. Antiph.   
VIII. 1. Ab homí - ni - bus in - í - quis \* lí - be - ra me Dó - mi -  
ne. (T. p. Al - le - lú - ja.) Ps. 139. Eripe me Dómine. p. 210.

4. Antiph.   
VIII. 1. Custó - di me \* a lá - que - o quem sta - tu - é - runt  
mi - hi: et a scánda - lis o - pe - ránti - um in - i - qui - tá - tem.

  
(T. p. Al - le - lú - ja.) Ps. 140. Dómine clamávi ad te. p. 210.

5. Antiph.   
VII. 3. Con - si - de - rá - bam \* ad dexte - ram, et vi - dé - bam,


  
et non e - rat qui cog - nó - sce - ret me. (T. p. Al - le - lú - ja.)


  
Ps. 141. Voce mea. p. 211.


Capitulum.


Philipp. 2.


Fratres: Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu: qui, cum in forma Dei-esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.


Hymnus.   
I. 1. Mœ - réntes ócu - li, spár - gi - te lá - crimas, \* et lu - ctu


  
ré - so - nent ín - tima cór - di - um: il - lá - tas ré - fe - ro Númini ab ín -


  
pi - is pœ - nas, et fe - ra vúl - ne - ra. 2. Accíncta, heu! glá - di - is

  
tur - ba sa - tél - li - tum ar - ré - ptum Dó - mi - num fú - stibus ím - pe - tit,

  
nunc cæ - dit có - laphis, nunc qua - tit hórri - dis di - ví - num ca - put

  
í - ctibus. 3. Haud fi - nis scé - le - ri: trá - di - tur improbo Christus

  
carní - fi - ci; nec mo - ra, bár - ba - rus in Re - gem sú - pe - rum non

  
timet ím - pi - o au - su vérte - re dexte - ram. 4. Audi - te, o pó -

pu-li, Numen amá-bi-le, ma-nánte ex húme-ris ún-di-que sán-guine, li-ctó-ris rá-bi-di sús-tinet ímpe-tum, et vo-cem pre-mit in-no-cens: 5. Quis non il-lácrimet? Jam no-va cóndi-dit torméнта in-dó-mi-tæ gen-tis in-i-quitas: in-fi-git cé-rebro, proh do-lor! éf-fe-ris ser-tum vé-pri-bus á-spe-rum. 6. Heu cri-men: trá-hi-tur fú-ni-bus ím-pro-bis fu-né-sti Dó-mi-nus suppli-ci-i ad lo-cum; il-lic oppé-ti-it fú-ne-re, spí-ri-tum Pa-tri re-stí-tu-ens su-o. 7. Pas-so pro mí-se-ris tam fe-ra vúl-ne-ra in ter-ris ré-so-net dé-bi-ta gló-ri-a; sac-rúm-que assí-du-e no-men in æ-the-ra hu-má-num ge-nus éf-fe-rat. A - men.

Ÿ. Oblátus est, quia ipse voluit. (T. p. Allelúja.)  
 R. Et livóre ejus sanáti sumus. (T. p. Allelúja.)

Ad Magnificat  
 Antiph. VIII. 2. O vos omnes \* qui transí-tis per vi - am,  
 at - tén-di-te, et vi-dé-te si est do - lor, sic - ut do - lor  
 me - us. (T. p. Al - le - lú - ja.) Cant. Magnificat. p. 27.

Oratio.

Dómine Jesu Christe, qui de cœlis ad terram de sinu Patris descendisti, et sánguinem tuum pretiósium in remissionem peccatórum nostrórum fudisti; te humiliter deprecámur; ut in die judicii, ad dexteram tuam audire mereámur: Venite benedícti: Qui vivis et regnas.

Ad Completor. et per Horas diei Hymni cantantur in Tono p. 170 sed in fine eorum dicitur:

Sit laus Patri, ac Paráclito, Natóque Patris único, Nostræ dedit qui pródigus Prétium salútis sánguinem. Amen.

‡ Temp. pasch. in tono pasch. p. 38 cum conclusione ut supra.

Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiph. II. Fu - i fla-gel-lá-tus \* to - ta di - e, et ca - sti - gá - ti - o me - a in ma - tu - ti - nis. (T. p. Al - le - lú - ja.)

Ps. 92. Dóminus regnavit. p. 1.

2. Antiph. III. 2. Ve - ni ad mon - tem myr - rhæ \* et ad col - lem thu - ris; tamquam agnus ad oc - ci - si - ó - nem ductus, ob - mú - tu - i, et non a - pé - ru - i os me - um. (T. p. Alle - lú - ja.)

Ps. 99. Jubilate Deo. p. 1.

3. Antiph. IV. 3. Fo - dé - runt manus me - as \* et pedes me - os: dí - nume - ra - vé - runt ómni - a os - sa me - a. (T. p. Al - le - lú - ja.)

Ps. 62 et 66. Deus, Deus meus. p. 1.

4. Antiph.

VIII. 2.

Con-so-lántem me \* quæ-sí-vi, et non in-  
vé-ni: de-dé-runt in e-scám me-am fel, et in si-ti  
me-a po-ta-vé-runt me a-cé-to. (T. p. Al-le-lú-ja.)

Cant. Benedicite. p. 2.

5. Antiph.

I. 1.

Cum ac-ce-pís-set Je-sus \* a-cé-tum, di-  
xit: Con-summá-tum est; et incli-ná-to cá-pi-te, e-mí-  
sit spi-ri-tum. (T. p. Al-le-lú-ja.) Ps. 148-150. p. 3 et 4.

Capit. Fratres: Hoc enim. p. [93].

Hymnus.

II.

1. Sæ-vo do-ló-rum túr-bi-ne \* jactá-tur, a-tris  
ób-ru-tus pœnis, a-cérba sús-ti-nens Red-émptor af-fí-xus  
cru-ci. 2. Pe-des ma-nús-que hor-rí-bi-li cla-vi cru-én-tant  
vúl-ne-re; cor, vul-tus, ar-tus, pé-cto-ra sa-cro red-ún-dant  
sán-guine. 3. Flet, o-rat, et cla-mans ob-it: cor Matris i-ctum  
cón-ci-dit; heu Ma-ter! heu Fi-li! do-lor ingrá-ta frangat

pé-cto-ra. 4. Montes, se-púlchra, sá-xaque scindúntur: arva,  
flú-mi-na, rupes, et æ-quot cóntre-munt, tem-plí-que ve-lum  
scín-di-tur. 5. Sol, lu-na, cœ-lum, sí-de-ra plangunt, et  
or-bis ín-gemit: o vos vi-ri, vos pár-vu-li, nu-ptæ, pu-  
él-læ, plán-gi-te. 6. A-stá-te mœ-rén-tes cru-ci, pe-des be-á-  
tos ún-gi-te, la-vá-te fle-tu, tér-gi-te co-mis, et o-re  
lám-bi-te. 7. Tu ca-ri-tá-tis ví-cti-ma, ut nostra tol-las  
cri-mi-na, no-bis sa-lú-bri pér-fi-cis ad-o-pti-ó-nem sán-  
guine. 8. No-stra er-go pax et gáu-di-um sis vi-ta, Je-su, et  
præ-mi-um; sis ductor et lux in vi-a, merces, co-ró-na in  
pá-tri-a. A-men.

Temp. pasch. dicitur in tono pasch. p. [14].

V. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras.

R. Et attritus est propter scélera nostra.

Ad Bened. Ant. Ad Jesum autem. ut supra p. 450. Tempore pasch. additur:


Al-le-lú-ja.

Oratio. Dómine Jesu Christe. p. [95].

Compend. Antiph. et Brev. Rom.

## Ad Primam.

Ant. Fui flagellatus. p. [95].




In R. br. V. Qui pro no-bis pa-ti dignatus est.


Lect. br. Generationem ejus. ut infra.

## Ad Tertiam.

Ant. Veni ad montem. p. [95]. Capit. Fratres: Hoc. p. [93].



R. br. Ob-latus est \* Qui-a ip-se vo-lu-it. Oblatus est.

V. Et li-vó-re e-jus sa-ná-ti su-mus. Quia.  
Glória Patri. p. 20\*. Oblatus.

V. Próprio Filio suo non pepéruit Deus.

R. Sed pro nobis ómnibus trádidit illum.


T. pasch. R. br. Ton. p. 21\*. Oblatus est, quia ipse voluit, \*  
Allelúja, allelúja. Oblatus. V. Et livóre ejus sanáti sumus. Alle-  
lúja, allelúja. Glória Patri. p. 21\*. Oblatus.

V. Próprio Filio. ut supra cum Allelúja in fine.


## Ad Sextam.

Ant. Foderunt manus meas. p. [95].

Capitulum. Zach. 13.

Quid sunt plagæ istæ in médio mánuum tuárum? Et dicet: His  
plagatus sum in domo eórum qui diligébant me.

R. br. Próp-ri-o Fi-li-o su-o \* Non pe-pér-cit De-us. Próprio.

V. Sed pro no-bis ó-mni-bus trá-di-dit il-lum. Non.  
Glória Patri. p. 20\*. Próprio.

V. Factus est obédiens usque ad mortem.

R. Mortem autem crucis.


T. pasch. R. br. Ton. p. 21\*. Próprio Filio suo non pepéruit  
Deus, \* Allelúja, allelúja. Próprio. V. Sed pro nobis ómnibus  
trádidit illum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. p. 21\*. Próprio.

V. Factus obédiens. ut supra cum Allelúja in fine.


## Ad Nonam.

Ant. Cum accepisset Jesus. p. [96].

Capitulum. Is. 53.

G generationem ejus quis enarrábit? Quia abscissus est de terra  
vivéntium: propter scelus pópuli mei percússi eum.

R. br. Factus est ob-é-di-ens \* Usque ad mor-tem. Factus.



V. Mor-tem au-tem cru-cis. Usque. Glória Patri. p. 20\*. Factus.

V. Ipse vulnerátus est propter iniquitates nostras.

R. Et attritus est propter scélera nostra.

T. pasch. R. br. Ton. p. 21\*. Factus est obédiens usque ad  
mortem, \* Allelúja, allelúja. Factus. V. Mortem autem crucis.  
Allelúja, allelúja. Glória Patri. p. 21\*. Factus.

V. Ipse vulnerátus est. ut supra cum Allelúja in fine.

## In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesp. p. [92]. prater sequ.


V. Ipse vulnerátus est. ut supra.

Ad Magnificat

Antiph.

II.


De-pó-nens Jo-seph \* corpus Je-su in-vól-vit




sín-do-ne, et pó-su-it e-um in mo-nu-mén-to ex-ci-so. Fu-it



planctus ma-gnus in il-la di-e; mu-lí-e-res au-tem se-



dentes contra sepúlchrum do-lé-bant, sic-ut do-lé-ri so-let in



morte pri-mo-gé-ni-ti. (T. p. Al-le-lú-ja.) Cant. Magnificat. p. 27.

## Pro Sabbato.

## Offic. votiv. de Immacul. Concept. B. M. V.


Semiduplex.

Omnia ut in die Festi 8. Dec. p. 371. T. p. additur Allelúja. ut hic:


Ad 1. Ant.

Ad 2. Ant.


Ad 3. Ant.



Al-le-lú-ja.




Al-le-lú-ja.




Al-le-lú-ja.

Ad 4. Ant.

Ad 5. Ant.



Al-le-lú-ja.



Al-le-lú-ja.

In utrisque Vesperis et Laudibus.

Ÿ. Immaculata Conceptio tua Dei Génitrix Virgo.

R̄. Gaudium annuntiavit univérso mundo.

Tempore paschali ad Ant. et ŸŸ. additur Allelúja. R̄R̄. br. dicuntur ut infra.

**Ad Primam.**

In R̄. br. Ton. p. 21\*. Ÿ. Qui natus es de María Virgine.

**Ad Tertiam.**

R̄. br. Ton. 21\*. Deus omnipotens præcinxit me virtúte, \* Allelúja, allelúja. Deus. Ÿ. Et pósuit immaculátam viam meam. Allelúja, allelúja. Glória Patri. p. 21\*. Deus.

Ÿ. In hoc cognóvi. cum Allelúja. p. 373.

**Ad Sextam.**

R̄. br. Ton. p. 21\*. In hoc cognóvi, quóniam voluísti me, \* Allelúja, allelúja. In hoc. Ÿ. Quóniam non gaudébit inimicus meus super me. Allelúja, allelúja. Glória Patri. p. 21\*. In hoc. Ÿ. Exaltábo te. cum Allelúja. p. 374.

**Ad Nonam.**

R̄. br. Ton. p. 21\*. Exaltábo te Dómine, quóniam suscepísti me, \* Allelúja, allelúja. Exaltábo. Ÿ. Nec delectásti inimicos meos super me. Allelúja, allelúja. Glória Patri. p. 21\*. Exaltábo. Ÿ. Immaculata Conceptio. cum Allelúja. p. 374.

**In II. Vesperis.**

Ad Magnificat

Antiph.

1. 3.

Sancta Ma-rí - a, \* suc-cúr-re mí-se-ris,

ju - va pu-sil-lá-ni-mes, ré-fo-ve flé-bi-les, o-ra pro pó-

pu-lo, in-tér-ve-ni pro cle-ro, in-ter-cé-de pro de-vó - to

fe-mí-ne-o se-xu: sèn-ti-ant omnes tu-um ju-vá-men, qui-

cúm-que cé-le-brant tu-am san-ctam im-ma-cu-lá-tam con-ce-

pti - ó - nem. (T. p. Al-le - lú - ja.) Cant. Magnificat. p. 27.

**OFFICIA PROPRIA  
PRO ALIQUIBUS LOCIS.**

**Festa Decembris.**


Die 10. Translationis Almæ Domus B. M. V.


Duplex majus.


In I. Vesperis.

1. Antiph. VII. 3.  Omum tu-am Dó-mi-ne \* de-cet san-cti-tú-do in lon-gi-tú-di-nem di - é-rum. Ps. 109. Dixit. p. [54].

2. Antiph. I. 5.  Domus me - a \* do - mus o-ra-ti-ó-nis vo-cá-bi-tur: in e - a omnis qui pe-tit, ác-ci-pit, et qui quæ-rit, in - ve-nit: et pul-sán-ti a-pe-ri-é-tur. Ps. 112. Laudate. p. [54].

3. Antiph. I. 1.  Pro-pter do-mum \* Dó-mi-ni De-i nostri quæ-sí - vi bo-na ti - bi. Ps. 121. Lætátus sum. p. [55].

4. Antiph. VIII. 2.  Dó-mi-ne De - us \* ex-al-tá-sti su-per terram ha-bi-ta-ti - ó-nem me-am. Ps. 126. Nisi Dñs. p. [55].

5. Antiph. II.  Domum ma-je-stá-tis me - æ \* et lo-cum pe-dum

me-ó-rum glo-ri-fi-cá - bo. Ps. 147. Lauda, Jerúsalem. p. [56].

Capitulum.

Eccli. 24.

In ómnibus réquiem quæsiui, et in hæreditate Dómini morábor. Tunc præcepit, et dixit mihi Créator ómnium: et qui creávit me, requiévít in tabernáculo meo.

Hymnus. Ave maris stella. p. [56]. V. Hæc est domus. p. [49].  
Ad Magnif. Ant. Sanctificávit. ibid.

Oratio.

Deus, qui beátæ Mariæ Virgínis domum per incarnáti Verbi mystérium misericórditer consecrásti, eámque in sinu Ecclésiæ tuæ mirabíliter collocásti: concéde; ut segregáti a tabernáculis peccatórum, digni efficiámur habitatóres domus sanctæ tuæ. Per eúndem Dóminum.

Et fit comm. Fer. et S. Melchiadis. Ant. Iste sanctus. V. Glória. p. [10].  
Hymni cantantur in tono p. 38 et terminantur in fine: Jesu, tibi.

Ad Laudes, et per Horas.

Ant. ut supra in I. Vesp. p. [101]. Ps. de Domin. p. 1 sequ. Capitulum. In ómnibus. ut supra. Hymnus. Alto ex Olym. p. [50].

V. Introibimus in tabernáculum ejus.

R. Adorábimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Ad Benedictus

Antiph.

VIII. 1. Ecce ta-ber-ná-cu-lum De-i \* cum ho-mí-ni-bus,

et ha-bi-tá-bit cum e - is: et ip-si pó-pu-lus e - jus

e-runt, et ip-se De-us cum e - is e - rit e - ó-rum De-us.

Cant. Benedictus. p. 7.

Oratio. Deus, qui beátæ. ut supra.

Et fit comm. Feriæ et S. Melchiadis.

Ad Primam.

Ant. Domum tuam. p. [101]. In R. br. dicitur: V. Qui natus es. p. [59]. Lect. br. In platéis. ibid.

Ad Tertiam.

Ant. Domus mea. p. [101]. Capitulum. In ómnibus. ut supra.

R. br. Hic do-mus De-i est, \* Et por-ta cœ-li. Hic.

V. Et vo-cá-bi-tur au-la De - i. Et porta. Glória Patri. p. 20\*. Hic domus.

V. Dómine diléxi decórem domus tuæ.

R. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ad Sextam.

Ant. Propter domum. p. [101]. Capitulum. Et sic. p. [59].

R. br. Dó-mi-ne \* Di-lé-xi de-có-rem do-mus tu - æ. Dómine.

V. Et lo-cum ha-bi-ta-ti-ó-nis gló-ri-æ tu-æ. Diléxi. Glória Patri. p. 20\*. Dómine.

V. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo.

R. In longitúdinem diérum.

Ad Nonam.

Ant. Domum majestátis. p. [101]. Capitulum. In platéis. p. [59].

R. br. Do-mum tu - am Dó-mi-ne \* De-cet san-cti-tú-do. Domum.

V. In lon-gi-tú - di-nem di - é - rum. Decet. Glória Patri. p. 20\*. Domum tuam.

V. Hic domus Dei est, et porta cœli.

R. Et vocábitur aula Dei.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesp. p. [101]. Ad Magnif. Ant. O quam. p. [53].

Die 17. S. Lazari Resuscitati Episc. et Conf.

Duplex.

Omnia de Comm. Conf. Pont. p. [27], præter Antiph. ad Magnificat in I. Vesperis.

Ad Magnificat Antiph. Lá - za-rus \* a-mí-cus no-ster dor-mit, e - á -

mus, et a so-mno ex-ci-té-mus e - um. Cant. Magnificat. p. 27.

Oratio. Exáudi. p. [31].

In II. Vesp. ad Magnificat Antiph. Amávit eum. V. Justum. p. [33].  
Oratio. Exáudi. p. [31].

## Die 18. In Expectatione Partus B. Mariæ V.

Duplex majus.

## In I. Vesperis.

*Ant. p. 415, sed post Ant. 2. et 3. additur Allelúja.*  
*Ps. ut in Festis Beatæ Mariæ Virg. p. [54].*

Capitulum.

Isaïæ 11.

Egrediétur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascéndet.  
 Et requiescet super eum Spíritus Dómini.

*Hymnus. Creátor alme. p. 47.*

Ÿ. Ave Mariá, grátia plena. R. Dóminus tecum.

*Ad Magnif. Ant. Spíritus sanctus. p. 50.*

Oratio.

Deus, qui de beátæ Mariæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúndem Dóminum.

*Et fit commem. Advent. Ant. O Sapiéntia. p. 62.*

## Ad Completorium.

*Hymni cantantur in tono p. 48 sed in fine eorum dicitur:*

Virtus, honor, laus, glória | Deo Patri cum Filio,  
 Sancto simul Paráclito, | In sæculórum sæcula. Amen.

## Ad Laudes, et per Horas.

*Ant. p. 415, sed post Ant. 2. et 3. additur Allelúja. Capit. Egrediétur. ut supra. Hymnus. En clara vox. p. 50.*

Ÿ. Spíritus sanctus supervéniet in te.  
 R. Et virtus Altissimi obumbrábit tibi.

Ad Benedictus

Antiph.

VIII. 1.

Su-per só - li - um Da - vid, \* et su-per regnum

e - jus se - dé - bit in æ - térnum. *Cant. Benedictus. p. 7.*

*Oratio. Deus, qui de beátæ. ut supra. Deinde fit commem. Feriæ.*

## Ad Primam.

*Ant. Missus est. p. 415. In R. br. Ÿ. Qui ventúrus. p. 51.*  
*Lect. br. Rorate. ut infra. p. [105].*

## Ad Tertiam.

*Ant. Ave Mariá. p. 415. Capit. Egrediétur. ut supra. p. [103].*

R. br. Tu ex - súrgens Dómi - ne \* Mi - se - ré - be - ris Si - on. Tu.

Ÿ. Qui - a tempus mi - se - réndi e - jus, qui - a ve - nit tempus.

Miseréberis. Glória Patri. p. 20\*. Tu exsúrgens.

Ÿ. Rorate cœli désuper, et nubes pluant justum.

R. Aperiátur terra, et gérmnet Salvatórem.

## Ad Sextam.

*Ant. Ne timeas Mariá. p. 415.*

Capitulum.

Isaï. 7. c.

Ecce Virgo concipiet, et páriet filium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butýrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

R. br. Ro - rá - te cœ - li dé - su - per, \* Et nu - bes plu - ant justum.

Rorate.

Ÿ. A - pe - ri - á - tur ter - ra, et gé - mi - net Sal - va - tó - rem. Et nubes.  
 Glória Patri. p. 20\*. Rorate.

Ÿ. Emitte Agnum Dómine dominatórem terræ.

R. De Petra desérti ad montem filiæ Sion.

## Ad Nonam.

*Ant. Ecce ancilla Dómini. p. 416.*

Capitulum.

Isaï. 45. b.

Rorate cœli désuper, et nubes pluant justum: aperiátur terra, et gérmnet Salvatórem, et justítia oriátur simul: ego Dóminus creávi eum.

R. br. E - mit - te Agnum Dó - mi - ne \* Do - mi - na - tó - rem ter - ræ.

Emitte.

Ÿ. De Pe - tra de - sér - ti ad mon - tem fi - li - æ Si - on.  
 Dominatórem. Glória Patri. pag. 20\*. Emitte.

Ÿ. Spíritus sanctus supervéniet in te.

R. Et virtus Altissimi obumbrábit tibi.

## In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesp. præter 5. Ant. et Ps., cujus loco dicitur:*

5. Antiph. De fructu \* ventris tu - i po - nam su - per se -

VIII. 1.

De fructu \* ventris tu - i po - nam su - per se -



dem tu - am. Ps. 131. Meménto. p. 98.

Ad Magnificat

Antiph.

I. 3.

O Vir-go vír-ginum, \* quó-modo fi - et  
i - stud? qui-a nec pri-mam sí-mi-lem ví-sa es, nec ha-bé - re  
sequéntem. Fí-li-æ Je-rú-sa-lem, quid me admi-rá-mi-  
ni? Di-ví-num est my-sté-ri-um hoc quod cér - ni - tis.

Cant. Magnificat. p. 27.

Pro commem. Advent., Ant. O Adónai. p. 62.

### Die 26. Commemoratio Omnium Ss. Martyrum.

In utrisque Vesperis et Laud. Festi S. Stephani Protomart., Antiph. Istórum est. V. Lætámini. p. [21].

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum commemo-ratióne lætíficas: concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplic. Per Dóminum.

Alibi ex decreto Pii PP. vi. dd. 18. Maji 1798 pro aliquibus locis et R. S. R. C. d. 18. Oct. 1818 sumuntur sequ. commem.

In I. Vesperis.

Antiph. I. I-sti sunt sancti, quos e-lé - git Dó-mi-nus in  
ca - ri - tá - te non fi - - cta, de-dít il - lis gló - ri - am  
sem - pi - tér-nam.

V. Justi epuléntur et exsúltent in conspéctu Dei.

R. Et delecténtur in lætítia.

Oratio.

Deus, qui glorificáris in concilio sanctórum Mártyrum tuórum: réspice ad preces humilitátis nostræ; ut quorum solémnia celebrámus, eórum précibus adjuvári mereámur. Per Dóminum.

Ad Laudes.

Antiph.

San-cti tu-i Dó-mi-ne semper be-ne-dí-cant te,  
et gló - ri-am re-gni tu-i dí-cant.  
V. Mirábilis Deus in sanctis suis.  
R. In sanctis ejus laudáte Deum.

In II. Vesperis.

Antiph.

I. Dí-co au-tem vo-bis a-mí-cis me - is, ne terre-  
á - mi-ni ab his qui oc-cí-dunt corpus, á-ni-mam au-tem  
non pos-sunt oc-cí - de-re.

V. Justi autem in perpétuum vivent.

R. Et apud Dóminum est merces eórum.

### Festa Januarii.

#### Die 23. In Desponsatione B. M. V. cum S. Joseph.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

1. Antiph.

VIII. 1.

Esponsá-ti - o glo-ri-ó-sæ \* Vírgi-nis  
Ma-rí - æ, ex sé-mi-ne A-bra-hæ, or-tæ de tri-bu Ju-da,  
cla - ra ex stir-pe Da-vid. Ps. 109. Dixit Dóminus. p. [1].

2. Antiph.

VII. 1.


Desponsá-ti - o est hó-di-e \* sanctæ Ma-rí - æ  
Vir-gi-nis, cu-jus vi-ta ín-cly-ta cunctas il-lú-strat ec-clé-si-as.




Ps. 112. Laudáte púeri. p. [54].

3. Antiph. VI.

Re-gá-li ex progé-ni-e Ma-ri-a \* ex-ór - ta




re-fúl-get: cu-jus pré-ci-bus nos adjuvá-ri mente et spi-




ri-tu de-vo-tís-sime póscimus. Ps. 121. Lætátus. p. [55].

4. Antiph. VIII. 1.

Cor-de et á-ni-mo \* Chri-sto ca-ná-mus gló-




ri - am in hac sa-cra so-lemni-tá-te præcél - sæ Ge-ni-tri-




cis De - i Ma-ri-æ. Ps. 126. Nisi Dóminus. p. [55].

5. Antiph. VII. 1.

Cum ju-cun-di-tá-te \* Des-pon-sa-ti-ó-nem be-



á-tæ Ma-ri-æ ce-lebrémus, ut ipsa pro no-bis intercéd-at



ad Dó-mi-num Je-sum Chri-stum. Ps. 147. Lauda. p. [56].


Hymnus. Ave maris stella. p. [56].

¶ Desponsátio est hódie sanctæ Mariæ Virgínis.


R. Cujus víta ínclýta cunctas illústrat ecclé-sias.

Ad Magnificat Antiph. I. 3.

Glo-ri-ó-sæ \* Vir-gi-nis Ma-ri-æ Des-pon-



sa-ti-ó-nem digníssi-mam reco-lá-mus, quæ et Ge-ni-trí - cis



digni-tá-tem ob-tí - nu - it, et vir-gi-ná-lem pu-di-cí - ti - am



non a - mí - sit. Cant. Magnificat. p. 27. Oratio ad Laudes.

Et fit comm. S. Joseph, ubi est concessa, ante alias quascumque comm.

Ant. Exsurgens. p. 410. ¶ Constituit. *ibid.* Orat. Sanctissimæ. p. 413.

Deinde Ss. Vincentii, et Anastasii Mart. p. 391.


Postea S. Emerentianæ Virg. et Mart. *ibid.*

### Ad Laudes, et per Horas.


Ant. ut supra p. [107]. Ps. de Dom. p. 1. Capit. et Hymnus. p. [58].  
¶ Desponsátio. ut supra.

Ad Benedictus Antiph. VIII. 1.


Despon-sa-ti-ó-nem ho - di-érnam \* perpé-tu-æ



Vir-gi-nis Ge - ni-trí-cis De - i Ma-ri-æ so-lé-mni-ter ce-



le-brémus, qua cel-si-tú-do thro-ni pro-cés-sit, al-le-lú-ja.



Cant. Benedictus. p. 7.

\*) Post Septuagesimam concluditur:

procéssit.

Oratio.

Fámulis tuis, quæsumus Dómine, cœlestis grátia munus impertire: ut quibus beatæ Virgínis partus exstítit salutis exórdium, Desponsatiónis ejus votiva solémnitas pacis tríbuat incrementum. Per Dóminum nostrum.

Deinde comm. S. Joseph. Ant. Ipse Jesus. p. 413. ¶ Os justi. p. 412.  
Oratio. Sanctissimæ Genitricis. p. 413.

Postea commem. S. Emerentianæ. p. 391.

### In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis. p. [107].

Ad Magnificat Antiph. I. 1.

Des-pon-sá-ti-o tu - a, \* Dei Génitrix. etc.

ut supra p. 520.

Deinde comm. S. Joseph. Ant. Ecce fidélis. p. 414. ¶ Glória. *ibid.*

## Festa Februarii.

Die 4. B. Joannæ Valesiæ Viduæ.

*Duplex.**Oratio.*

Deus, qui ad imitandum beátæ Virginitis Filii tui Genitrícis virtutes, novum per beátam Joánnam sacrárum virginum cœtum instítui voluísti: ejus méritis precibúsque concéde; ut per eádem gradiámur virtútum exémpla. Par eúdem Dóminum.

Die 5. Ss. Viginti sex Mm. Japonensium.

*Duplex.**Oratio.*

Dómine Jesu Christe, qui ad tui imitationem per crucis supplicium primitias fidei apud Japoniæ Gentes in sanctorum Mátyrum Petri Baptistæ, Pauli et Sociórum sángine dedicásti: concéde quæsumus; ut quorum hódie solémnia cólimus, excitémur exémplis: Qui vivis et regnas.

Die 6. S. Hyacinthæ de Mariscottis Virginis.


*Duplex.**Oratio.*


Deus, qui beátam Hyacíntham Virginitatem tuam jugis mortificationis et caritatis victimam effecísti: ejus nobis exémplum et intercessióne concéde; ut peccáta nostra deflere, et te semper diligere valeámus. Per Dóminum nostrum.

Die 11. Apparitionis B. Mariæ V. Immaculatæ.


*Duplex majus.*


In I. Vesperis.

1. Antiph.  VI. **A**n-dor est lu-cis æ-tér-næ, \* et spé-


 cu-lum sí-ne má-cu-la. *Ps. 109.* Dixit Dóminus.


2. Antiph.  IV. 2. Mú-li-er a-mi-cta so-le et lu-na sub


  
pé-di-bus e - jus, \* et in cá - pi-te e - jus co - ró-na


  
stel-lá-rum du - ó - de-cim. *Ps. 112.* Laudáte púeri.


3. Antiph.  V. Tu gló-ri-a Je-rú-sa-lem, \* tu læ-ti-ti-


  
a Is-ra-ël, tu ho-no-ri-fi-cén-ti-a pó-pu-li nostri.


  
*Ps. 121.* Lætátus sum.


4. Antiph.  VII. 2. Be-ne-dí-cta es tu \* Vir-go Ma-rí-a a

  
Dó-mi-no De-o ex-cél-so, præ ó-mni-bus mu-li-é-ri-

  
bus su-per ter-ram. *Ps. 126.* Nisi Dóminus.

5. Antiph.  VIII. 1. Hó-di-e no-men tu-um i-ta ma-gni-fi-

  
cá-vit Dó-mi-nus, \* ut non re-cé-dat laus tu-a de

  
o-re hó-mi-num. *Ps. 147.* Lauda Jerúsalem.

*Capitulum.**Cant. 2.*

Surge, amíca mea, speciósa mea, et veni, colúmba mea, in foráminibus petræ, in caverna macériæ, osténde mihi faciém tuam, sonet vox tua in áuribus meis.

Hymnus.

I. A-ve ma-ris stel-la,\* De-i Ma-ter al-ma,  
 at-que semper Vir-go, fe-lix cœ-li por-ta. 2. Sumens  
 il-lud A-ve Ga-bri-é-lis o-re, funda nos in pa-  
 ce, mu-tans He-væ no-men. 3. Solve vin-cla re-is,  
 pro-fer lu-men cœ-cis, ma-la nostra pel-le, bo-na  
 cuncta po-sce. 4. Monstra te es-se ma-trem, su-mat per  
 te pre-ces, qui pro no-bis na-tus, tu-lit esse tu-us.  
 5. Virgo singu-lá-ris, in-ter o-mnes mi-tis, nos culp-is  
 so-lú-tos mi-tes fac et ca-stos. 6. Vi-tam præ-sta pu-  
 ram, i-ter pa-ra tu-tum, ut vi-déntes Je-sum, semper  
 col-læ-té-mur. 7. Sit laus De-o Pa-tri, summo Chri-sto  
 de-cus, Spi-ri-tu-i sancto, tri-bus honor u-nus. A-men.

Ÿ. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.  
 R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Magnificat

Antiph. III. 1. I-sta est \* co-lúm-ba me-a, per-fé-cta  
 me-a, im-ma-cu-lá-ta me-a. Cant. Magnificat.

Oratio.

Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum  
 Filio tuo habitaculum præparasti: supplices a te quæsumus;  
 ut ejusdem Virginis apparitionem celebrantes, salutem mentis et  
 corporis consequamur. Per eundem Dominum nostrum.

Ad Laudes et per Horas.

Antiphonæ, Psalmi et Capit. ut supra in I. Vesp.

Hymnus.

II. 1. Auró-ra so-li præ-vi-a \* fe-lix sa-lú-tis  
 núnci-a, in noctis umbra plebs tu-a te, Virgo, supplex  
 ín-vo-cat. 2. Tor-rens ne-fá-stis flú-cti-bus cun-ctos trahens  
 vo-rá-gi-ne, le-ni re-sí-dit æquore cum trans-it Ar-ca  
 fé-de-ris. 3. Dum tor-ret a-ré-scens hu-mus, tu ro-re so-la  
 spár-ge-ris; tel-lú-re circum ró-ri-da, in-tá-cta so-la  
 pér-ma-nes. 4. Fa-tá-le vi-rus é-vo-mens at-tól-lit anguis  
 vér-ti-cem; at tu dra-có-nis túrgi-dum ín-vi-cta cón-te-ris

ca-put. 5. Ma-ter be-ni-gna, ré-spi-ce fle-tus pre-césque  
 súppli-cum, et di-mi-cántes tárta-ri vi-ctrix tu-é-re ab  
 hó-sti-bus. 6. Je-su, ti-bi sit gló-ri-a, qui na-tus es de  
 Vír-gi-ne, cum Pa-tre et almo Spí-ri-tu in sem-pi-térna  
 sæ-cu-la. A - men.

Ÿ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.  
 R. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus  
 Antiph.  
 VIII. 2. Præclá-ra sa-lú-tis auró-ra, \* ex te, Vir-go  
 Ma-ri-a ex-fí-vit sol ju-stí-ti-æ, qui vi-si-tá-vit nos  
 ó-ri-ens ex al-to. Cant. Benedictus.

Oratio.

Deus, qui per Immaculátam Vírginis Conceptionem dignum Fílio tuo habitáculum preparásti: súpplíces a te quæsumus; ut ejúsdem Virginis apparitionem celebrántes, salutem mentis et córporis consequámur. Per eúndem Dóminum.

Ad Tertiam.

Capitulum.

Cant. 2.

Surge, amíca meá, speciósa meá, et veni, colúmba meá, in foráminibus petræ, in cavérna maceríæ, osténde mihi faciém tuam, sonet vox tua in áuribus meis.

R. br. Quæ est i-sta quæ a-scén-dit de de-sér-to \* De-lí-

ci-is áf-flu-ens? Quæ est ista.  
 Ÿ. In-ní-xa su-per di-lé-ctum su-um. Delíciis áffluens.  
 Glória Patri. Quæ est ista.  
 Ÿ. Vidérunt eam filíæ Sion.  
 R. Et beatíssimam prædicavérunt.

Ad Sextam.

Capitulum.

Prov. 8.

Mecum sunt divítie et glória, opes supérbæ et justítia: mélior est enim fructus meus auro et lápide pretióso.

R. br. E-go Ma-ter \* Pulchræ di-le-cti-ó-nis. Ego Mater.  
 Ÿ. Et ti-mó-ris et ag-ni-ti-ó-nis et sanctæ spe-i.  
 Pulchræ dilectionis. Glória Patri. Ego Mater.  
 Ÿ. In me omnis grátia viæ et veritátis.  
 R. In me omnis spes vitæ et virtútis.

Ad Nonam.

Capitulum.

Eccli. 24.

In me grátia omnis viæ et veritátis, in me omnis spes vitæ et virtútis. Transíte ad me omnes qui concupíscitis me, et a generatióibus meis implémini.

R. br. Qui me in-vé-ne-rit \* In-vé-ni-et vi-tam. Qui me.  
 Ÿ. Et háu-ri-et sa-lú-tem a Dó-mi-no. Invéniet vitam.  
 Glória Patri. Qui me.  
 Ÿ. Transíte ad me omnes qui concupíscitis me.  
 R. Et a generatióibus meis implémini.

In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis, præter sequentia:

Hymnus.

I. 1. Omnis exper-tem má-cu-læ Ma-rí-am \*  
 é-do-cet summus fi-de-i ma-gí-ster; Vir-gi-nis gau-dens  
 cé-lebrat fi-dé-lis ter-ra tri-úm-phum. 2. Ip-sa se præbens  
 hú-mi-li pu-él-læ Vir-go spec-tán-dam, ré-cre-at pa-vén-tem,  
 se-que concé-ptam si-ne la-be sancto præ-di-cat o-re.  
 3. O spe-cus fe-lix, de-co-rá-te di-væ Ma-tris a-spé-ctu!  
 ve-ne-rán-da ru-pes, unde vi-tá-les sca-tu-é-re ple-no  
 gúr-gi-te lymphæ. 4. Huc ca-tervá-tim pi-a tur-ba nostris,  
 huc ab ex-tér-nis per-e-grí-na ter-ris áf-flu-it sup-plex, et  
 o-pem po-tén-tis Vir-gi-nis o-rat. 5. Ex-ci-pit Ma-ter  
 lá-cri-mas præ-cántum, do-nat o-ptá-tam mí-se-ris sa-lú-tem;

6. Súpli-cum, Vir-go, mí-se-rá-ta ca-sus, sem-per o no-stros  
 ré-fo-ve la-bó-res, ím-pe-trans mœ-stis bo-na sem-pi-tér-næ  
 gáudi-a vi-tæ. 7. Sit de-cus Pa-tri, ge-ni-tæ-que Pro-li,  
 et tí-bi com-par u-tri-úsque vir-tus Spí-ri-tus sem-per,  
 De-us u-nus omni témpo-ris æ-vo. A-men.

Ps. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.  
R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Magnificat


Antiph. I. 3. Hó-di-e \* glo-ri-ó-sa cœ-li Re-gí-na  
 in ter-ris ap-pá-ru-it; hó-di-e pó-pu-lo su-o ver-ba  
 sa-lú-tis et pí-gno-ra pa-cis át-tu-lit; hó-di-e Ange-  
 ló-rum et fi-dé-li-um cho-ri Im-ma-cu-lá-tam Conce-p-ti-ó-  
 nem ce-le-brán-tes gáu-di-o ex-súl-tant, al-le-lú-ja.

Cant. Magnificat.


Die 17. Februarii.  
Fugæ Domini Nostri Jesu Christi in Ægyptum.


Duplex major.

In I. Vesperis.

1. Antiph. III. 1.  C-ce Ange-lus Dó-mi-ni \* appá-ru-it  
in so-mnis Jo-seph. Ps. 109. Dixit Dóminus. p. [54].

2. Antiph. I. 1.  Sur-ge \* et ác-ci-pe Pú-e-rum et  
Ma-trem e-jus, et fu-ge in Æ-gý-ptum.  
Ps. 112. Laudáte púeri. p. [54].

3. Antiph. IV. 1.  E-sto i-bi \* usque dum di-cam ti-bi.  
Ps. 121. Lætátus sum. p. [55].


4. Antiph. II.  Fu-tú-rum est e-nim, \* ut He-ró-des quæ-rat  
Pú-e-rum ad perdéndum e-um. Ps. 126. Nisi Dóminus. p. [55].

5. Antiph. VI.  Con-súr-gens Jo-seph, \* accé-pit Pú-e-rum  
et Ma-trem e-jus no-cte, et se-cés-sit in Æ-gý-ptum.  
Ps. 127. Lauda Jerúsalem. p. [56].

Capitulum.

Is. 19.

Ecce Dóminus ascéndet super nubem levem, et ingrediétur Ægýptum, et commovebúntur simulácrá Ægýpti a fácie ejus, et cor Ægýpti tabéscet in médio ejus.

Hymnus. II.  1. Re-gem tre-méndæ gló-ri-æ \* de stir-pe promíssum  
A-bra-hæ ve-nís-se, re-ges índi-cant; na-túmque re-gi nún-ti-ant.  
2. Ty-ránnus i-ra flú-ctu-at, mor-ti Pu-él-lum désti-nat,  
sed Virgo Ma-ter cé-li-tus e-dó-cta, fer-ro súbtra-hit.  
3. De-fér-re natum ad éxteras fe-stínat Ægý-pti plagas,  
nec jam qui-é-scit, Fí-li-um quo-úsque tu-tum cónspicit.  
4. At tu pa-rens for-tís-sima, quæ sancto amó-re sáu-ci-a ad-vér-sa quæque dé-spi-cis, fu-gæ-que damna sú-s-tines:  
5. Tu-is ad-é-sto sér-vu-lis re-bus quibúsque in árdu-is, quos culpa fe-cit éx-su-les, red-f-re facin pá-tri-am.  
6. Je-su, tí-bi sit gló-ri-a, qui na-tus es de Vírgi-ne, cum Pa-tre et almo Spí-ri-tu in sempi-térna sæ-cu-la. A-men.  
Sic terminantur Hymni ad omnes Horas et cantantur in tono. p. 38.  
V. Accépit Joseph Púerum et Matrem ejus nocte.  
R. Et secéssit in Ægýptum.

Ad Magnificat  
Antiph.  
V.

Ecce An-ge-lus Dó-mi-ni \* appá-ru-it in  
somnis Jo-seph di-cens: Sur-ge, et ác-ci-pe Pú-e-rum et  
Ma-trem e-jus, et fu-ge in Æ-gýptum, et e-sto i-bi, us-  
que dum di-cam ti-bi: fu-tú-rum est e-nim, ut He-ró-des  
quæ-rat Pú-e-rum ad perdéndum e-um. *Cant. Magnif. p. 27.*

Oratio.

Protéctor in te sperántium, Deus, qui Unigénitum tuum Redem-  
ptórem nostrum, ex Heródis gládio fuga in Ægýptum eripere  
voluisti: concéde nobis fámulis tuis beatíssima semper Virgine  
ejus matre María intercedénte; ut ab ómnibus mentis et córporis  
periculis liberáti, ad cœlestem pátriam pervenire mereámur. Per  
eúmdem Dóminum nostrum.

In Quadrag. fit commem. Feriæ.

Ad Laudes, et per Horas.

Ant. et Capit. ut in I. Vesp. p. [118]. Ps. de Dom. p. 1.

Hymnus.

II.  
1. Ve-ri to-nán-tis ú-ni-cum, \* en-ses ca-véntem  
pér-fi-dos, cul-tu re-lí-cto nú-mi-num, Æ-gý-pte, præsta  
só-spi-tem. 2. He-ró-dis hunc im-má-ni-tas ab-í-re co-git  
éxsu-lem; sed du-ra nos Christi fu-ga i-ter sa-lú-tis  
é-do-cet. 3. Vir-go pa-rens dul-cis-si-ma quæ mil-le per pe-  
rí-cu-la dulcem fe-réndo párvu-lum, in-ví-cta cursum cón-

fi-cis. 4. Fac nos, so-lú-tis víncu-lis, quæ tendit astus dæmonis,  
per plana, per et á-spe-ra, nostrum se-quámur Prin-ci-pem.  
5. Jesu, tibi sit glória. p. [119].

Ÿ. Gaude et lætare Ægýpte.  
R. Quia in médio tui Sanctus Israël.

Ad Benedictus  
Antiph.  
II.

De-fúncto He-ró-de, \* ecce Angelus Dómi-  
ni ap-pá-ru-it in somnis Jo-seph in Ægýpto di-cens: Sur-  
ge et ác-ci-pe Pú-e-rum et Ma-trem e-jus, et va-de in  
ter-ram Isra-ël; de-fúncti sunt e-nim, qui quæ-ré-bant ánimam  
Pú-e-ri. *Cant. Benedictus. p. 7.*

Oratio. Protéctor. ut supra. p. [120]. — In Quadrag. comm. Feriæ.

Ad Primam.

Ant. Ecce Angelus. p. [118]. In R. br. Ÿ. Qui natus es. p. [59].  
Lect. br. Ini consilium. ut infra. p. [122].

Ad Tertiam.

Ant. Surge et accipe. p. [118]. Capit. Ecce Dóminus. p. [119].

R. br. Dó-mi-nus \* Tamquam spon-sus. Dóminus.

Ÿ. Pro-cé-dens de thá-la-mo su-o. Tamquam sponsus.  
Glória Patri. p. 20\*. Dóminus.

Ÿ. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo.  
R. Véniet, ut salvet pópulum suum.

Ad Sextam.

Ant. Esto ibi. p. [118].



## Capitulum.

Ezech. 30. b.

Hæc dicit Dóminus Deus: Dispérdam simulácrá, et cessáre fáciám idóla de Memphis, et dux de terra Ægýpti non erit ámplius, et dabo terrórem in terra Ægýpti.

R. br. E-gre-di-é-tur Dó-mi-nus \* De lo-co san-cto su-o. Egrediétur.

Ÿ. Vé-ni-et, ut sal-vet pó-pu-lum su-um. De loco. Glória Patri. p. 20\*. Egrediétur.

Ÿ. Vidérunt omnes fines terræ. R. Salutáre Dei nostri.

## Ad Nonam.

Ant. Consúrgens Joseph. p. [118].

## Capitulum.

Is. 16.

I ni consilium, coge concilium: pone quasi noctem umbram tuam in meridie; absconde fugiéntes, et vagos ne prodas. Habitábunt apud te prófugi mei: esto latibulum eórum a fácie vastatóris.

R. br. Vi-dé-runt \* Omnes fi-nes ter-ræ. Vidérunt.

Ÿ. Sa-lu-tá-re De-i no-stri. Omnes. Glória Patri. p. 20\*. Vidérunt.

Ÿ. Verbum caro factum est. R. Et habitávit in nobis.

## In II. Vesperis.

Omnia ut in I. Vesperis. p. [118], præter

Ad Magnificat  
Antiph.  
VIII. 1. Audi-ens Jo-seph, \* quod Archelá-us regná-

ret in Judæ-a pro He-ró-de pa-tre su-o, tí-mu-it il-lo

i-re, et admó-ni-tus in somnis, se-céssit in partes Ga-li-

læ-æ; et vé-ni-ens ha-bi-tá-vit in ci-vi-tá-te, quæ vo-cá-tur

Ná-za-reth, ut ad-impleré-tur, quod di-ctum est per prophétas:

Quó-ni-am Na-za-ræ-us vo-cá-bi-tur. Cant. Magnificat. p. 27.  
In Quadrag. commem. Ferice.

## Die 26. S. Margaritæ de Cortona Pœnitent.

Semiduplex.

## In I. Vesperis.

Omnia de Communi nec Virginis nec Martyris. p. [44].

Oratio.

D eus, qui fámulam tuam Margarítam de perditiónis via ad salutis trámitem misericórditer deduxísti: eádem nobis miseratióne concéde; ut quam prius errántem sectári non erubúimus, mox pœniténtem impigre sequi gloriémur. Per Dóminum.

Commem. Ferice in Quadrages.

Ad Benedictus  
Antiph.  
VII. 2. Ut cog-nó-vit, \* re-sí-pu-it se-rá-phi-ci

ór-di-nis Mag-da-lé-na: di-mís-sa sunt e-i pec-cá-ta  
mul-ta, qui-a di-lé-xit multum. Cant. Benedictus. p. 7.

## In II. Vesperis.

Ad Magnificat  
Antiph.  
I. 1. E-go di-lé-cto me-o, \* et ad me convér-

si-o e-jus: in-vé-ni quem dí-li-git á-ni-ma me-a, té-  
nu-i e-um, nec di-mít-tam. Cant. Magnificat. p. 27.

## Festa Martii.

## Die 18. S. Gabrielis Archangeli.

Duplex majus.

## In I. Vesperis.

1. Antiph.  
VIII. 1. N-grés-so Za-cha-rí-a \* templum Dómi-

ni, appá-ru-it e-i Gábri-el An-ge-lus stans a dex-tris  
al-tá-ris in-cén-si. Ps. 109. Dixit Dñs. p. [1].

2. Antiph. I. 3. A-it au-tem Ange-lus: \* Ne tí-me-as Za-

cha-rí-a, quó-ni-am ex-audí-ta est de-pre-cá-ti-o tu-a.  
Ps. 110. Confitébor. p. [1].

3. Antiph. VI. E-go sum Gábri-el \* Ange-lus, qui a-sto an-

te De-um, et mis-sus sum lo-qui ad te. Ps. 111. Beátus p. [2].

4. Antiph. VII. 2. Gá-bri-el Angelus \* lo-cú-tus est Ma-rí-æ, di-

cens: Ecce concí-pi-es in ú-te-ro, et pá-ri-es fi-li-  
um, et vo-cá-bis nomen e-jus Je-sum. Ps. 112. Laudáte. p. [2].

5. Antiph. I. 3. Di-xit au-tem \* Ma-rí-a ad Ange-lum: Quó-

modo fi-et i-stud, quó-ni-am vi-rum non cognó-sco? Et  
re-spóndens Gá-bri-el An-ge-lus, di-xit e-i: Spí-ri-tus san-  
ctus su-per-vé-ni-et in te, et vir-tus Al-tís-si-mi obum-

brá-bit ti-bi. In I. Vesp. Laudáte. p. [2].  
In II. Vesp. Confitébor. p. [1].

Capitulum. Dan. 9. f.

Ecce vir Gábriel, quem videram in visione a principio, cito volans tétigit me in tempore sacrificii vespertini. Et dócuit me, et locútus est mihi, dixítque: Dániel nunc egréssus sum, ut docérem te, et intelligeres.

Hymnus. II. 1. Chri-ste, sanctó-rum de-cus Angeló-rum, \* gen-tis

humá-næ sa-tor et red-émptor, ccé-li-tum no-bis trí-bu-

as be-á-tas scánde-re se-des. 2. Ange-lus pa-cis Micha-

ël in æ-des ccé-li-tus no-stras vé-ni-at, se-ré-næ au-ctor

ut pa-cis la-crí-mó-sa in or-cum bella re-lé-get. 3. Ange-

lus for-tis Gá-bri-el, ut hostes pel-lat an-ti-quos, et ami-ca

ccæ-lo, quæ tri-umphátor stá-tu-it per or-bem, templa re-

ví-sat. 4. Ange-lus nostræ mé-di-cus sa-lú-tis ad-sit e cce-

lo Rápha-ël, ut omnes sa-net ægró-tos, du-bi-ó-sque vi-

tæ dí-ri-gat a-ctus. 5. Vir-go dux pa-cis, Ge-ni-trixque lu-

cis, et sa-cer no-bis chorus Angeló-rum sem-per as-sístat,

simul et mi-cán-tis ré-gi-a ccæ-li. 6. Præ-stet hoc no-bis

Dé - i - tas be - á - ta Pa - tris, ac Na - ti, pa - ri - térque san - cti  
Spi - - ri - tus, cu - jus ré - so - nat per omnem gló - ri - a  
mun - dum. A - men.

Ÿ. Stetit Angelus juxta aram templi.  
R. Habens thuribulum áureum in manu sua.

Ad Magnificat  
Antiph.  
VIII. 1. Ingrés-sus Gá-bri-el Ange-lus \* ad Ma-rí - am  
Vir-gi-nem, di-xit: A-ve grá-ti - a ple - na, Dó-mi-nus te-cum:  
be-ne-dí-cta tu in mu - li - é - ri - bus. *Cant. Magnificat. p. 27.*

*Oratio.*

Deus, qui inter céteros Angelos, ad annuntiándum Incarnatiónis tuæ mystérium, Gabriélem Archángelum elegisti: concéde propítius; ut qui festum ejus celebrámus in terris, ipsíus patrocínium sentiámus in cælis: Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

*Commém. præced. et in Quadrag. commém. Feriæ.*

*Hymni ad Completorium et per Horas cantantur in Tono ut supra pag. [4].*

**Ad Laudes, et per Horas.**

*Antiph. et Capit. ut supra in I. Vesp. p. [123]. Ps. de Dom. p. 1.*

Hymnus.  
I. 1. Pla-cá-re, Chri-ste, sér-vu-lis, \* quibus Patris cle-  
mén - ti - am tu - æ ad tri - bú - nal grá - ti - æ patró - na Vir - go  
pó - stu - lat. 2. Et vos be - á - ta, per no - vem di - stincta gy - ros  
ág - mi - na, an - tí - qua cum præ - sénti - bus, fu - tú - ra da-

mna pé - li - te. 3. Au - fér - te gen - tem pér - fi - dam cre - dén -  
ti - um de fi - ni - bus, ut u - nus omnes ú - ni - cum o - vi -  
le nos pa - stor re - gat. 4. De - o Pa - tri sit gló - ri - a, Na -  
tóque Pa - tris ú - ni - co, san - cto si - mul Pa - rá - cli - to, in sem -  
pi - tér - na sæ - cu - la. A - men.

Ÿ. Stetit Angelus. *ut supra. p. [126].*

Ad Benedictus  
Antiph.  
I. 3. Gá-bri-el Ange-lus \* descéndit ad Za - cha - ri -  
am, et a - it il - li: U - xor tu - a pá - ri - et ti - bi fi - li - um,  
et vo - cá - bis no - men e - jus Jo - án - nem, et mul - ti in na - ti -  
vi - tá - te e - jus gaudé - bunt: ip - se e - nim præ - í - bit ante  
fá - ci - em Dó - mi - ni pa - rá - re vi - as e - jus. *Cant. Bened. p. 7.*  
*Orat. Deus, qui inter céteros. p. [126]. In Quadrag. fit comm. Feriæ.*

**Ad Primam.**

*Ant. Ingréso Zacharía. p. [123]. Lect. br. Scito ergo. p. [128].*

**Ad Tertiam.**

*Ant. Ait autem Angelus. p. [124]. Capit. Ecce vir. p. [125].  
R. br. Stetit Angelus. p. 536.*

**Ad Sextam.**

*Ant. Ego sum Gábriel. p. [124].*

## Capitulum.

Dan. 9. f.

Ego autem veni ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt, ut finem accipiat peccatum, et impleatur visio, et prophetia, et ungetur Sanctus sanctorum.

R. br. Ascendit fumus. p. 537.

## Ad Nonam.

Ant. Dixit autem. p. [124].

## Capitulum.

Dan. 9. g.

Scito ergo, et animadvertite: Ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ erunt.

R. br. In conspectu. p. 537.

## In II. Vesperis.

Quando dicendæ sunt, Ant. et Capit. ut in I. Vesp. p. [123] et loco ultimi Ps. Confitebor tibi . . . quoniam. p. 537. — Hymnus. Christe. p. [125].

¶ In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

R. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Ad Magnificat

Antiph.

I. Archangelus Gabriel \* a - it ad Ma-



ri - am: Non e-rit impossi-bi-le a-pud De-um o-mne ver-bum. Di-xit au - tem Ma-ri - a: Ec-ce an-cil-la Dómi-ni, fi - at mi - hi se-cúndum ver-bum tu - um. Et discéssit ab e - a An-ge - lus. Cant. Magnificat. p. 27.

Die 22. S. Catharinæ Fliscæ Adurnæ Viduæ.

Duplex.

Omnia de Communi nec Virg. nec Mart. p. [44], præter sequi.

## In I. Vesperis.

Capitulum.

Cant. 8.

Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Hymnus.

I.

1. Summis ad astra lau-di-bus \* tol-lá-mus omnes



fé-mi-nam, quæ sancti-tá-tis gló-ri-a auget de-cus Li-gú-ri-æ. 2. Be-á-ta, cu-jus ín-ti-mo la-té-re né-sci-ens sí-nu, fo-ris ín-úndat cá-ri-tas, to-tis-que membris æ-stu-at. 3. Men-ses per an-ni círcu-lum je-jú-na plu-res tránsi-git, so-lo Ange-ló-rum pá-bu-lo vi-tam la-bán-tem sú-s-ti-nens. 4. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, e-jús-que so-li Fi-li-o, cum Spí-ri-tu Pa-rá-cti-to, nunc, et per o-mne sæ-cu-lum. A - men.


Tempore Paschali in tono paschali. p. [14].

¶ Spécie tua. p. [44].

Ad Magnificat

Antiph.

II. Po-ne me \* ut si-gná-cu-lum super cor tu - um,



qui-a for - tis est ut mors di - lé - cti - o; du - ra sic - ut ín - fér - nus æmu - lá - ti - o: lám-pades e - jus, lám - pa - des i - gnis atque flammá - rum. (T. p. Alle - lú - ja.) Cant. Magnificat. p. 27.

Oratio ut in Laudibus. Frit commem. Fer. in Quadrag.

## Ad Laudes.

Capit. Aquæ multæ. ut supra. p. [128].

Compend. Antiph. et Brev. Rom.

I

## Hymnus.

I. Turbam ja-céntem páuperum,\* quam dirus angor  
 óp-pri-mit, ceu membra Christi lán-gui-da, Matróna cle-mens  
 cónfo-vet. 2. O-pes o-pémque cónferens, vi-lí-que fun-gens  
 múnere, perstérnit il-lis léctu-los, sordésque purgat sé-du-la.  
 3. Quo quisque pla-gis féc-di-or, huic il-la ser-vit prómpti-or:  
 ta-bem nec hor-ret úl-ce-rum: hor-ré-re ne-scit cá-ri-tas.  
 4. Deo Patri. *ut supra.* p. [129]. *Ÿ.* Diffúsa est. p. [46].  
*Ad Bened. Ant. Pone me. ut supra.* p. [129].

## Oratio.

Deus, qui beátam Catharinam, in contemplánda Fílii tui passióne,  
 divini amóris igne flagráre fecisti: quæsumus; ut ipsa inter-  
 cedénte, tuæ in nobis flammam caritátis accéndas, et ejúsdem pas-  
 siónis participes dignánte efficias. Per eúmdem Dóminum.

Commemor. Feriæ in Quadrag. — In II. Vesperis omnia ut in primis.  
*Ÿ.* Diffúsa est. p. [46]. — *Et fit commem. Feriæ in Quadrag.*

## Festa Aprilis.

## Die 5. B. Julianæ Cornelionensis Virginis.

## Oratio.

## Duplex.

Deus humílium celsitúdo, qui beátam Virgínem Juliánam ad  
 promovéndum sanctíssimí Sacraménti cultum mirabíliter in-  
 flammásti: tríbue, quæsumus; ita nos humilitátis ejus vestígia  
 sectári in terris, ut cum ipsa sublimári mereámur in cœlis. Per  
 Dóminum nostrum. *Et fit commem. Feriæ in Quadrag.*

## Die 16. S. Benedicti Josephi Labre Conf.

## Oratio.


## Duplex.

Deus, qui sanctum Benedictum Joséphum Confessórem tuum  
 humilitátis stúdio, et paupertátis amóre tibi uni adhærere  
 fecisti: da nobis, ejus suffragántibus méritis, terréna cuncta de-  
 spicere, et cœlestia semper inquirere. Per Dóminum.

## Die 24. S. Boni Latronis Conf.

## Duplex.

## In I. Vesperis.

1. Antiph.  *Ÿ.*  
 II. Atro Christum \* cruci-fí-xum vi-dé - bat,  
 et Re-gem invo-cá-bat, di-cens: Dó-mi-ne memén-to me - i,  
 cum vé - ne-ris in regnum tu - um, al-le-lú-ja. *Ps. 109.* Dixit. p. [1].

2. Antiph. *I. 1.*  
 Qui me con-fés-sus fú - e-rit \* co - ram ho-  
 mí-ni-bus, con-fi-té-bor et e-go e - um co - ram Pa-tre  
 me - o, al-le - lú - ja. *Ps. 110.* Confitébor. p. [1].

3. Antiph. *I. 1.*  
 Cum con-tur-bá-ta fú - e-rit \* á-nima me - a  
 Dó-mi-ne, mi-se-ri-cór-di-æ me-mor e-ris, al-le-lú-ja,  
 al-le - lú - ja. *Ps. 111.* Beátus. p. [2].

4. Antiph. *V.*  
 Sal-vum me fe-cit \* Chri - stus Red-émptor,  
 qui di - xit: Hó-di-e me-cum e - ris in pa-ra-dí-so, al-le-  
 lú - ja, al-le-lú - ja, al-le-lú-ja. *Ps. 112.* Laudáte. p. [2].

5. Antiph.

VI.

Il - le qui ta - lis \* ad cru - cem ve - nit ex  
cul - pa, ec - ce qua - lis a cru - ce re - cé - dit ex grá - ti - a, al - -  
le - lú - ja, al - le - lú - ja, al - le - lú - ja. Ps. 116. Laudáte. p. [3].

Capitulum.

Isaia 59.

Ecce non est abbreviata manus Domini, ut salvare nequeat:  
neque aggravata est auris ejus, ut non exaudiat.

Hymnus.

VIII.

1. Je - su co - ró - na cé - si - or, \* et vé - ri - tas sub - li -  
mi - or, qui con - fi - ténti sér - vu - lo red - dis per - én - ne præ - mi -  
um. 2. Da suppli - cán - ti có - tu - i, hu - jus ro - gá - tu, nó - xi -  
i remis - si - ó - nem cri - mi - nis, rum - pendo ne - xum vín - cu -  
li. 3. An - ni re - vér - so témpo - re, di - es re - fúlsit lú - mi - ne,  
quo sanctus hic de cór - po - re mi - grá - vit in - ter si - de - ra. 4. Ut  
sis per - én - ne ménti - bus paschá - le Je - su gáu - di - um, a mor -  
te di - ra cri - minum vi - tæ re - ná - tos lí - be - ra. 5. De - o Pa - tri  
sit gló - ri - a, et Fí - lio, qui a mórtu - is sur - ré - xit, ac Pa -  
rá - cli - to, in sem - pi - tér - na sæ - cu - la. A - men.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, allelúja.  
R. Stulam glóriæ induit eum, allelúja.

Ad Magnificat

Antiph.

I. 1.

A - it la - tro ad latró - nem: \* Nos qui - dem di -  
gna fa - ctis re - cí - pimus: hic au - tem quid fe - cit? Me - ménto  
me - i Dó - mi - ne, dum vé - ne - ris in regnum tu - um, al - le -  
lú - ja, al - le - lú - ja. Cant. Magnificat. p. 27.

Oratio.

Omnípotens et miséricors Deus, qui justificas ímpios, te supplices  
exoramus: ut nos benigno intúitu, quo Unigénitus tuus beá -  
tum traxit latrónem, ad dignam poeniténtiam próvoce; et illam,  
quam ei promisit, tríbuas nobis glóriam sempitérnam. Per eúm -  
dem Dóminum nostrum.

Ad Laudes, et per Horas.

Antiph. et Capit. ut supra in I. Vesp. p. [131]. Ps. de Dom. p. 1.

Hymnus.

VIII.

1. Je - su Red - émtor ómni - um, \* co - ró - na con - fi - tén -  
ti - um, in hac di - e cleménti - us indúlge - as pre - cán - ti - bus.  
2. Tu - i sa - cri qua nó - mi - nis con - fés - sor al - mus clá - ru - it,  
hu - jus ce - lé - brat ánnu - a de - vó - ta plebs so - lé - mni - a. 3. Hu - jus  
be - ni - gnus ánnu - e confes - si - ó - nem nos se - qui: hu - jus pre -  
cá - tu, sérvu - lis dimít - te no - xam cri - mi - nis. 4. Ut sis per - én - ne  
mén - ti - bus paschá - le, Je - su, gáu - di - um, a mor - te di - ra cri -  
mi - num vi - tæ re - ná - tos lí - be - ra. 5. Deo Patri. p. [132].

☩. Vitam petiit a te, et tribuisti ei Dómine, allelúja.  
 R. Glóriam et magnum decórem imposuisti super eum, allelúja.  
*Ad Bened. Ant.* Ait latro. *ut supra.* p. [133]. *Orat.* Omnipotens. *ibid.*

## Ad Primam.

*Ant.* Latro Christum. p. [131]. *Lect. br.* Tu autem. *ut infra.*

## Ad Tertiam.

*Ant.* Qui me confessus. p. [131]. *Capit.* Ecce non est. p. [132].  
 R. *br.* Amavit eum. p. [32] *in Tono pasch., excepto*  
 ☩. Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum, allelúja.  
 R. Et ad portas paradísi coronávit eum, allelúja.

## Ad Sextam.

*Ant.* Cum conturbáta fuerit. p. [131].

## Capitulum.

Isaia 58.

Tunc invocábis, et Dóminus exáudiet: clamábis, et dicet: Ecce adsum.

R. *br.* *Ton.* p. 21\*. Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum, \* Allelúja, allelúja. Induit. ☩. Et ad portas paradísi coronávit eum. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Induit.

☩. Hic accípiet benedictiónem a Dómino, allelúja.  
 R. Et misericórdiam a Deo salutári suo, allelúja.

## Ad Nonam.

*Ant.* Ille qui talis. p. [132].

## Capitulum.

Isaia 38.

Tu autem Dómine eruisti ánimam meam, ut non períret: projecisti post tergum tuum ómnia peccáta mea.

R. *br.* *Ton.* p. 21\*. Hic accípiet benedictiónem a Dómino, \* Allelúja, allelúja. Hic. ☩. Et misericórdiam a Deo salutári suo. Allelúja, allelúja. Glória Patri. Hic.

☩. Vitam petiit a te, et tribuisti ei Dómine, allelúja.  
 R. Glóriam et magnum decórem imposuisti super eum, allelúja.

## In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesp.* p. [131]. ☩. Amavit eum. p. [28].

Ad Magnificat

Antiph.

IV. 1.

Impí-e-tas ím-pi-i \* non no-cé-bit e-i!

in qua-cúm-que di-e convér-sus fú-e-rit ab ím-pi-e-

tá-te su-a, al-le-lú-ja, al-le-lú-ja. *Cant.* Magnificat. p. 27.

## Die 26. B. Mariæ Virg. de Bono Consilio.

Duplex majus.

## In I. Vesperis.

1. Antiph.

IV. 2.



go ma-ter \* pulchræ di-le-cti-

ó-nis, et ti-mó-ris, et a-gni-ti-ó-nis, et san-ctæ

spe-i. (*T. p.* Al-le-lú-ja.) *Ps.* 109. Dixit Dñs. p. [54].

2. Antiph.

III. 4.

In me grá-ti-a \* omnis vi-æ et ve-

ri-tá-tis, in me omnis spes vi-tæ et vir-tú-tis.

(*T. p.* Al-le-lú-ja.) *Ps.* 112. Laudáte. p. [54].

3. Antiph.

V.

Qui au-dit me \* non con-fun-dé-tur, et qui

o-pe-rán-tur in me non pec-cá-bunt. (*T. p.* Al-le-lú-ja.)

*Ps.* 121. Lætátus. p. [55].

4. Antiph.

VI.

Da mi-hi \* sé-di-um tu-á-rum as-si-strí-

cem sa-pi-én-ti-am, et no-li me repro-bá-re a fi-

li-is tu-is. (*T. p.* Al-le-lú-ja.) *Ps.* 126. Nisi Dñs. p. [55].

5. Antiph.  
VIII. 2.



(T. p. Al - le - lú - ja.) Ps. 147. Lauda Jerúsalem. p. [56].

Capitulum.

Prov. 8. d.


Beátus homo qui audit me, et qui vígilat ad fores meas quotidie, et obsérvat ad postes óstii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, et háuriet salútem a Dómino.

Hymnus. Ave maris stella. p. [56].

Ÿ. Ora pro nobis Mater Boni Consilii. (T. p. Allelúja.)

R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi. (T. p. Allelúja.)

Ad Magnificat  
Antiph.



lum si-ne mácu-la De - i ma-je-stá - tis et i-má-go bo-ni- tá - tis il - lí - us: et fd - e - o ni - hil inqui - ná - tum in e - am in -

cúr - rit. (T. p. Al - le - lú - ja.) Cant. Magnificat. p. 27.

Oratio.

In Festis Apostolorum et Evangelistarum, et in Festis duplicibus non habentibus Hymnos talis metri, ut possint cantari ad horas ex. gr. in Festo Nativitatis S. Joannis Bapt., Dedicationis S. Michaelis Archang., Angelorum Custodum, Dedicationis Ecclesiæ, et infra illorum Octavas et quando celebratur Officium de Communi plurimorum Martyrum sub ritu duplici Hymni ad horas minores cantantur sub tono Æterna Christi mûnera. ut in Comm. Apost. ad Matutinum; infra Octavam vero plurimorum Mart. sub tono Rex gloriöse Mátyrum. ut in eodem Communi ad Laudes.

In Festis plurim. Mart. ritu semiduplici et simplici, Conf. Pont. et non Pont., Virginum et non Virginum tam ritu duplici quam semiduplici et simplici dicuntur sub tono Rex gloriöse Mátyrum.

Quando Vesperæ fiunt a Capitulo de alio Festo aut Sancto, tonus Hymni ad Completorium debet esse illius Festi aut Sancti, cujus celebratum est Capitulum ad Vesperas, nisi ultimus versus Hymni præcedentium Vesperarum esset proprius, quia tunc servari debet tonus antecedentis Festi; quando igitur ex. gr. concurrunt duæ Octavæ, servatur tonus Octavæ prædominantis.

Ad majorem commoditatem toni Hymnorum pro horis minoribus singulorum Festorum suis locis accuratius indicantur.

XII. Toni „Responsorii brevis“ ad horas.

Quando tonus Responsorii brevis non notatur cum cantu proprio, observantur toni sequentes, variando melodiam ad vocalem plenius impressam.

1. Per Annum (quando non dicuntur duo Allelúja).

R. br. Con-sti-tu-es e-os prin-ci-pes, \* Su-per o-mnem terram.

Et repet.: Constitues eos principes super omnem terram.

V. Mé-mo-res e-runt nó-mi-nis tu-i Dó-mi-ne.

R. Super omnem terram. ut supra.

V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto.

R. Constitues eos principes, super omnem terram. ut supra.

2. Temp. Paschali, et quando dicuntur duo Allelúja.

R. br. Sancti et ju-sti in Dó-mi-no gaudé-te, \* Al-le-lú-ja, al-le-lú-ja.

Et repetitur: Sancti et justi.

V. Vos e-lé-git De-us in hæ-re-di-tá-tem si-bi. R. Allelúja, allel.

V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto.

R. Sancti et justi. ut supra.

XIII. Tonus Martyrologii.

Tonus cantandi Martyrologium per totum annum est sicuti tonus Lectionis pag. 10\*, *excepta Vigilia Nativitatis Domini. Ritus pro hac die in Martyrologio præscriptum observans, Sacerdos deputatus incipit solito tono:*

Octávo Kaléndas Januárii. | Luna sex-ta. Anno a creatiõe

mundi, quando in principio Deus etc.

Et sic prosequitur in eadem voce, quia non habetur punctum principale usque ad clausulam sequentem, ad quam vox elevatur ut infra.

In Béthlehem Judæ nascitur ex Ma-ri-a Virgine factus homo.

Cum dicitur factus homo. omnes genuflectunt. Sequens autem clausula cantatur in priori voce, sed in tono Passionis, videlicet:

Na-ti-vi-tas Dó-mi-ni no-stri Je-su Chri-sti se-cúndum car-nem.

Cantata clausula ista, Sacerdos discedit cum ministris, alter vero in choro subintrat in tono et voce sicuti a principio, qui est tonus Lectionis, et prosequitur observando omnia ut dictum est supra p. 10\* in tono Lectionis.

Martyrologium concluditur semper cum sequ. clausula:

Et álibi aliórum plurimórum sanctorum Mátyrum, | et Con-

fessorum atque sanctárum Vir-gi-num. R. De-o grá-ti-as.

### XIV. Toni „Allelúja“ post Antiphonas temp. Pasch.

*Toto tempore Paschali ad Antiphonas V. et R. additur, ubi non est, unum Allelúja. Sequitur hoc loco modus cantandi Allelúja post Antiphonas secundum octo modos.*

Ton. I.      Ton. II.      Ton. III.      Ton. IV.

Al-le-lú-ja.      Al-le-lú-ja.      Al-le-lú-ja.      Al-le-lú-ja.

Ton. V.      Ton. VI.      Ton. VII.      Ton. VIII.

Al-le-lú-ja.      Al-le-lú-ja.      Al-le-lú-ja.      Al-le-lú-ja.

### XV. Toni „Glória Patri“ ad Responsoria post Lectiones in Matutinis.

Tonus I.      V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto.

Tonus II.      V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto.

Tonus III.      V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto.

Tonus IV.      V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto.

Tonus V.      V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto.

### Antiphonæ et Versiculí pro Comm. Sanctorum.

Tonus VI.      V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto.

Tonus VII.      V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto.

Tonus VIII.      V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto.

### XVI. Antiphonæ et Versiculi pro Commemoratione Sanctorum.

#### 1. Pro uno Martyre. Extra tempus Paschale.

##### Antiphona. *Mod. VIII.*

In I. Vesp.      I-ste Sanctus pro lege De-i su-i cer-tá-vit us-que ad mortem, et a ver-bis im-pi-ó-rum non tí-mu-it: fun-dá-tus e-nim e-rat su-pra fir-mam pe-tram.

V. Glória et honóre coronásti eum, Dómine.

R. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

##### Antiphona. *Mod. III.*

In Laudibus.      Qui o-dit á-ni-mam su-am in hoc mundo, in-vi-tam æ-térnam cu-stó-dit e-am.


V. Justus ut palma florébit.

R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Antiphona.

Mod. I.

In II. Vesp. Qui vult ve-ni-re post me, abne-get semet-ip-sum



et tol-lat cru-cem su-am, et se-quá-tur me.

V. Justus ut palma florébit.


R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

2. Pro Martyribus. Extra tempus Paschale.


Antiphona.

Mod. VIII.

In I. Vesp. I-stó-rum est e-nim regnum cœ-ló-rum, qui contem-



psé-runt vi-tam mun-di, et per-ve-né-runt ad præ-mi-a re-



gni, et la-vé-runt sto-las su-as in sán-gui-ne A-gni.


V. Lætámini in Dómino, et exsultáte, justí.

R. Et gloriámini, omnes recti corde.

Antiphona.

Mod. V.

In Laudibus. Ve-stri ca-píl-li cá-pi-tis omnes nu-me-rá-ti sunt;



no-lí-te timé-re: mul-tis passé-ri-bus me-li-ó-res e-stis vos.


V. Exsultábunt sancti in glória.

R. Lætábuntur in cubilibus suis.


Antiphona.

Mod. VI.


In II. Vesp. Gau-dent in cœ-lis á-ni-mæ sanctó-rum, qui



Chri-sti ve-stí-gi-a sunt se-cú-ti: et qui-a pro e-jus



a-mó-re sán-gui-nem su-um fu-dé-runt, íd-e-o cum



Chri-sto ex-súl-tant si-ne fi-ne.

V. Exsultábunt sancti in glória.


R. Lætábuntur in cubilibus suis.

3. Pro Martyribus. Tempore Paschali.

Antiphona.

Mod. II.

In I. Vesp. Lux per-pé-tu-a lu-cé-bit sanctis tu-is, Dó-



mi-ne, et æ-tér-ni-tas témpo-rum, al-le-lú-ja.


V. Sancti et justí in Dómino gaudéte, allelúja.

R. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúja.


Antiphona.

Mod. II.

In Laudibus. Fí-li-æ Je-rú-sa-lem, ve-ni-te et vi-dé-te



Márty-res cum co-ró-nis, qui-bus co-ro-ná-vit e-os Dó-



mi-nus in di-e so-le-mni-tá-tis et læ-ti-ti-æ, al-le-



lú-ja, al-le-lú-ja.


V. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúja.

R. Mors sanctórum ejus, allelúja.

Antiphona.

Mod. VIII.

In II. Vesp. San-cti et ju-sti, in Dó-mi-no gau-dé-te, al-le-



lú-ja: vos e-lé-git De-us in hæ-re-di-tá-tem si-bi, al-le-lú-ja.

V. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúja.


R. Mors sanctórum ejus, allelúja.

4. Pro Confessore Pontifice.

Antiphona.

Mod. II.

In I. Vesp. Sa-cér-dos et Pón-ti-fex, et vir-tú-tum ó-pi-





fex, pa-stor bo-ne in pó-pu-lo, ó-ra pro no-bis Dó-mi-num. (T. P. Al-le - lú - ja.)  
 V̄. Amávit eum Dóminus et ornávit eum. (T. P. Allelúja.)  
 R̄. Stolam glóriæ induit eum. (T. P. Allelúja.)

## Antiphona.

Mod. I.

In Laudibus. Eu - ge ser-ve bo-ne et fi-dé - lis, qui - a in pau-ca fu - í - sti fi - dé - lis, su - pra mul - ta te con - stí - tu - am, di - cit Dó - mi - nus. (T. P. Al - le - lú - ja.)  
 V̄. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (T. P. Allelúja.)  
 R̄. Et osténdit illi regnum Dei. (T. P. Allelúja.)

## Antiphona.

Mod. I.

In II. Vesp. A - má - vit e - um Dó - mi - nus, et or - ná - vit e - um, sto - lam gló - ri - æ ín - du - it e - um, et ad por - tas pa - ra - dí - si co - ro - ná - vit e - um. (T. P. Al - le - lú - ja.)  
 V̄. Justum dedúxit. *ut supra.*

## 5. Pro Summo Pontifice.

## Antiphona.

Mod. I.

In II. Vesp. Dum es - set summus Pón - ti - fex, terré - na non mé - tu - it, sed ad cœ - lé - sti - a re - gna glo - ri - ó - sus mi - grá - vit. (T. P. Al - le - lú - ja.)  
 V̄. Justum dedúxit. *ut supra.*

## 6. Pro Doctore.

## Antiphona.

Mod. II.

In utrisque Vesperis. O Do - ctor ó - ptime, Ecclé - si - æ san - ctæ lu - men, be - á - te N.,\*) di - ví - næ le - gis a - má - tor, de - pre - cá - re pro no - bis Fí - li - um De - i. (T. P. Al - le - lú - ja.)

\*) Nomina Doctorum Ecclesie.

Al - phón - se Ma - rí - a. (2. Aug.) Ambró - si. (7. Dec.)  
 An - sél - me. (21. Apr.)  
 Jo - án - nes. (27. Mart.)  
 A - tha - ná - si. (2. Maji.) Ba - sí - li. (14. Jun.)  
 Au - gu - stí - ne. (28. Aug.) Ber - nár - de. (20. Aug.)  
 Cy - ril - le. (9. Febr., 18. Mart.)  
 Bo - na - ven - tú - ra. (14. Jul.) Fran - cí - sce. (29. Jan.)  
 Gre - gó - ri. (12. Mart., 9. Maji.)  
 Hi - lá - ri. (14. Jan.)  
 Hi - e - ró - nyme. (30. Sept.) Jo - á nnes Chry - só - stome. (27. Jan.)  
 I - si - dó - re. (4. Apr.)  
 Le - o. (11. Apr.) Pe - tre Chry - só - lo - ge. (4. Dec.)  
 Tho - ma. (7. Martii.)  
 Pe - tre. (23. Febr.)

In I. Vesperis:

V̄. Amávit eum Dóminus et ornávit eum. (T. P. Allelúja.)  
 R̄. Stolam glóriæ induit eum. (T. P. Allelúja.)

In II. Vesperis:

V̄. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (T. P. Allelúja.)  
 R̄. Et osténdit illi regnum Dei. (T. P. Allelúja.)

## 7. Pro Confessore non Pontifice.

## Antiphona.

Mod. II.

In I. Vesp. Si - mi - lá - bo e - um vi - ro sa - pi - én - ti, qui æ - di -

fi-cá-vit do-mum su-am su-pra pe-tram. (T. P. Al-le-lú-ja.)  
V. Amávit eum Dóminus. *ut supra.*

Antiphona.

Mod. I.

In  
Laudibus. Eu-ge serve bo-ne et fi-dé-lis, qui-a in

pau-ca fu-í-sti fi-dé-lis, su-pra mul-ta te con-stí-tu-am,

in-tra in gáu-di-um Dó-mi-ni tu-i. (T. P. Al-le-lú-ja.)  
V. Justum dedúxit. *ut supra pag. 27\*.*

Antiphona.

Mod. VIII.

In  
II. Vesp. Hic vir despi-ci-ens mundum, et terréna tri-úm-phans,

di-vi-ti-as cœ-lo cón-di-dit o-re, manu. (T. P. Al-le-lú-ja.)  
V. Justum dedúxit. *ut supra pag. 27\*.*

8. Pro Virgine.

Antiphona.

Mod. VIII.

In  
I. Vesp. Ve-ni, sponsa Chri-sti, ác-ci-pe co-ró-nam, quam

ti-bi Dó-mi-nus præ-pa-rá-vit in æ-térnum. (T. P. Al-le-lú-ja.)  
V. Spécie tua et pulchritúdine tua. (T. P. Allelúja.)  
R. Inténde, prospere procéde, et regna. (T. P. Allelúja.)

Antiphona.

Mod. VIII.

In  
Laudibus. Sí-mi-le est re-gnum cœ-ló-rum hó-mi-ni ne-go-

ti-a-tó-ri quæ-rén-ti bo-nas marga-ri-tas: in-vén-ta u-na  
pre-ti-ó-sa, de-dit ó-mni-a su-a, et comp-a-rá-vit e-am.

(T. P. Al-le-lú-ja.)

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. (T. P. Allelúja.)  
R. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. (T. P. Allelúja.)

Antiphona.

Mod. VII.

In  
II. Vesp. Ve-ni, sponsa Christi, ác-ci-pe co-ró-nam, quam ti-bi

Dó-mi-nus præ-pa-rá-vit in æ-térnum. (T. P. Al-le-lú-ja.)  
V. Diffúsa est. *ut supra.*

9. Pro pluribus Virginibus.

Antiphona.

Mod. IV.

In utrisque  
Vesperis et ad Laudes. Prudentes Vir-gi-nes, aptá-te vestras lámpades:

ecce sponsus ve-nit, ex-í-te ób-viam e-i. (T. P. Al-le-lú-ja.)  
V. Adducéntur Regi Virgines post eam. (T. P. Allelúja.)  
R. Próximæ ejus afferéntur tibi. (T. P. Allelúja.)

10. Pro Martyre tantum, et nec Virgine, nec Martyre.

In I. Vesperis.

Antiph. Símile. *ut supra pag. 28\* pro Virg. ad Laudes.*  
V. Spécie tua. *ut supra pag. 28\*.*

Antiphona.

Mod. VII.

In  
Laudibus. Da-te e-i de fru-ctu má-nu-um su-á-rum, et

lau-dent e-am in por-tis ó-pe-ra e-jus. (T. P. Al-le-lú-ja.)  
V. Diffúsa est. *ut supra.*

Antiphona.

Mod. VIII.

In  
II. Vesp. Ma-num su-am apé-ru-it ín-o-pi, et palmas su-as

ex-tén-dit ad páu-pe-rem, et pan-em o-ti-ó-sa non com-é-dit.  
(T. P. Al-le-lú-ja.) V. Diffúsa est. *ut supra.*

## XVII. In occurrentia Festorum

quando non sufficiunt VV. annotati sumuntur sequentes:

## 1. Commune unius Martyris.

V. Posuisti, Dómine, super caput ejus.  
R. Corónam de lápide pretiósó.

## 2. Commune Martyrum temp. pasch.

V. Lux perpétua lucébit sancti tuis, Dómine, allelúja.  
R. Et ætérnitas téporum, allelúja.

## 3. Commune plurimorum Martyrum extra temp. Pasch.

V. Exsúltent justí in conspéctu Dei.  
R. Et delecténtur in lætítia.

## 4. Commune Confessoris Pontificis.

V. Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi.  
R. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

## 5. Commune Confessoris non Pontificis.

V. Os justí meditábitur sapiéntiam.  
R. Et lingua ejus loquétur judícium.

## 6. Commune Virginum et nec Virg. nec Mart.

V. Adjuvábít eam Deus vultu suo.  
R. Deus in médio ejus non commovébitur.

## XVIII. Pro Commem. Dominicarum et Ferialum.

## 1. In Adventu. Ad Vesperas. Antiphona propria.

V. Rorate, cœli, désuper, et nubes pluant justum.  
R. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

## 2. Ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam.

*In Vesperis Sabbati.*

V. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.  
R. Et descéndat super nos misericórdia tua.

## 3. In Quadragesima. Ad Vesperas.

V. Angelis suis Deus mandávit de te.  
R. Ut custódiat te in ómnibus viis tuis.

## 4. Tempore Passionis. Ad Vesperas.

V. Eripe me, Dómine, ab hómine malo.  
R. A viro iníquo éripe me.

## 5. Tempore Paschali. Ad Vesperas.

V. Mane nobíscum, Dómine, allelúja.  
R. Quóniam advesperáscit, allelúja.

## 6. In Vesperis Sabbati. Per Annum.

V. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine.  
R. Et descéndat super nos misericórdia tua.

## 7. In Dominicis per Annum. In II. Vesperis.

V. Dirigátur, Dómine, orátio mea.  
R. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

## APPENDIX.

## I. Hymnus „Te Deum“ pro gratiarum actione et post processiones.

Te Deum in Tono p. 11\* et p. 13\*.

V. Benedictus es Dómine Deus patrum nostrórum.  
R. Et laudábilis, et gloriósus in sácula.  
V. Benedicámus Patrem, et Filium, cum sancto Spiritu.  
R. Laudémus, et superexaltémus eum in sácula.  
V. Benedictus es Dómine in firmaménto cœli.  
R. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sácula.  
V. Bénedic ánima mea Dómino.  
R. Et noli oblivísci omnes retributiónes ejus.  
V. Dómine exáudi oratiónem meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

*Oratio.*

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infínitus est thesáurus: piíssimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes: ut qui peténtibus postuláta concédís, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas. (Per Christum Dóminum nostrum.)

*Oratio.*

Deus, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

*Oratio.*

Deus, qui néminem in te sperántem nímium affligi permittis, sed piúm précibus præstas audítum: pro postulatióne nostris, votisque susceptis grátias ágimus; te piíssime deprecántes, ut a cunctis semper muniámur advérsis. Per Dóminum.


*Queritur an preces cum tribus orationibus præscriptæ a Rituali Romano post processionem pro gratiarum actione recitari debeant, quando cantatur „Te Deum“ sine processione pro beneficio obtento vel conclusione exercitiarum vel post processionem Ss. Corporis Christi, vel sufficiat unica oratio „Deus cujus“ omíssis precibus et duabus orationibus.*


*S. R. C. respondendum censuit: Extra casum processionis sufficere Versus: „Benedicámus. Benedictus es. Dómine exáudi.“ cum unica oratione „Deus cujus misericórdia.“*

*Atque ita rescribere rata est et declarare Nro. 5111 ad 3. die 11. Septembris 1847.*

## II. Litanie Lauretanæ B. Mariæ Virg.


*(Juxta Breviarium Rom. et Directorium chori.)*

VI.   
Ký-ri-e e-lé-ison. Christe e-lé-ison. Ký-ri-e




Fili Redemptor mundi Deus,  
Spiritus sancte Deus,  
Sancta Trinitas, unus Deus,

miserere.  
miserere.  
miserere.



Sancta Dei génitrix,	ora.	Mater admirabilis,	ora.
Sancta Virgo virginum,	ora.	Mater Creatóris,	ora.
Mater Christi,	ora.	Mater Salvatóris,	ora.
Mater divínæ grátiae,	ora.	Virgo prudentíssima,	ora.
Mater puríssima,	ora.	Virgo veneránda,	ora.
Mater castíssima,	ora.	Virgo prædicánda,	ora.
Mater invioláta,	ora.	Virgo potens,	ora.
Mater intemeráta,	ora.	Virgo clemens,	ora.
Mater amábilis,	ora.	Virgo fidélis,	ora.



Sedes sapiéntiæ,	ora.	Domus áurea,	ora.
Causa nostræ lætítiae,	ora.	Fœderis arca,	ora.
Vas spirituále,	ora.	Jánua cœli,	ora.
Vas honorábile,	ora.	Stella matutína,	ora.
Vas insigne devotiónis,	ora.	Salus infirmórum,	ora.
Rosa mýstica,	ora.	Refúgium peccatórum,	ora.
Turris Davídica,	ora.	Consolatríx afflictórum,	ora.
Turris ebúrnea,	ora.	Auxílium Christianórum,	ora.



Regína Patriarchárum,	ora.	Regína Virginum,	ora.
Regína Prophetárum,	ora.	Regína Sanctórum ómnium,	ora.
Regína Apostolórum,	ora.	Regína sine labe origináli con-	
Regína Mártyrum,	ora.	cepta,	ora.
Regína Confessorum,	ora.	Regína sacratíssimi Rosárii,	ora.



Ÿ. Ora pro nobis, sancta Dei génitrix.

Ŧ. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.



Orémus.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitate gaudere: et gloriósa beátæ Mariæ semper Virginis intercessióne, a præsentí liberári tristitia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum.

Ŧ. Amen.

### III. Litanie Sanctíssimi Nominis Jesu.

(Juxta decretum S. C. Ind. 16. Jan. 1886.)



Fili Redemptor mundi Deus,	miserere.
Spiritus sancte Deus,	miserere.
Sancta Trinitas, unus Deus,	miserere.



Jesu, splendor Patris,	mis.	Jesu, amátor noster,	mis.
Jesu, candor lucis ætérnæ,	mis.	Jesu, Deus pacis,	mis.
Jesu, rex glóriæ,	mis.	Jesu, auctor vitæ,	mis.
Jesu, sol justitiæ,	mis.	Jesu, exémpplar virtútum,	mis.
Jesu, fili Mariæ Virginis,	mis.	Jesu, zelátor animárum,	mis.
Jesu, amábilis,	mis.	Jesu, Deus noster,	mis.
Jesu, admirábilis,	mis.	Jesu, refúgium nostrum,	mis.
Jesu, Deus fortis,	mis.	Jesu, pater páuperum,	mis.
Jesu, pater futúri sæculi,	mis.	Jesu, thesáurus fidélium,	mis.
Jesu, magni consilii ángele,	mis.	Jesu, bone pastor,	mis.
Jesu potentíssime,	mis.	Jesu, lux vera,	mis.
Jesu patientíssime,	mis.	Jesu, sapiéntia ætérna,	mis.
Jesu obedientíssime,	mis.	Jesu, bónitas infínita,	mis.
Jesu mitis et húmilis corde,	mis.	Jesu, via et vita nostra,	mis.
Jesu, amátor castitátis,	mis.	Jesu, gáudium Angelórum,	mis.

III. Litanie Ss. Nominis Jesu.

Jesu, rex Patriarcharum, mis.	Jesu, fortitudo Martyrum, mis.
Jesu, magister Apostolorum, miserere nobis.	Jesu, lumen Confessorum, mis.
Jesu, doctor Evangelistarum, miserere nobis.	Jesu, puritas Virginum, mis.
	Jesu, corona Sanctorum omnium, miserere nobis.

Pro-pi-ti-us e-sto, par-ce no-bis, Je-su.

Pro-pi-ti-us e-sto, ex-au-di nos, Je-su.

Ab o-mni ma-lo, li-be-ra nos, Je-su.

Ab omni peccato, libera.	Per labores tuos, libera.
Ab ira tua, libera.	Per agoniam et passionem tuam, libera.
Ab insidiis diaboli, libera.	Per crucem et derelictionem tuam, libera.
A spiritu fornicationis, libera.	Per languores tuos, libera.
A morte perpetua, libera.	Per mortem et sepulturam tuam, libera.
A neglectu inspirationum tuarum, libera.	Per resurrectionem tuam, libera.
Per mysterium sanctae incarnationis tuae, libera.	Per ascensionem tuam, libera.
Per nativitatem tuam, libera.	Per gaudia tua, libera.
Per infantiam tuam, libera.	Per gloriam tuam, libera.
Per divinissimam vitam tuam, lib.	

1. Agnus De-i, qui tol-lis pec-ca-ta mundi, par-ce no-bis,

Je-su. 2. Agnus De-i, qui tol-lis pec-ca-ta mundi, ex-au-di

nos, Je-su. 3. Agnus De-i, qui tol-lis pec-ca-ta mundi, mi-

se-re-re no-bis, Je-su. Je-su, au-di nos. Je-su, ex-au-di nos.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui dixisti: Pétite, et accipiétis; quárite, et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis; quásumus, da nobis peténtibus divinissimi tui amoris afféctum, ut te toto corde, ore et ópere diligámus, et a tua numquam laude cessémus.

Sancti nominis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum: quia numquam tua gubernatione destítuis, quos in soliditate tuae dilectionis instituis. Per Dóminum.

IV. Exsequiarum Ordo.

**C**onstituto tempore, quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, convocetur Clerus, et alii, qui funeri interesse debent, et in parochialem, vel in aliam Ecclesiam, juxta loci consuetudinem, ordine convenienti, ac datis certis campanae signis, eo modo et ritu, quo in eo loco fieri solet, Parochus indutus superpelliceo et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, clerico praeferente crucem, et alio aquam benedictam, ad domum defuncti una cum aliis procedit. Distribuuntur cerei, et accenduntur intorticia. Mox ordinatur Processio, praecedentibus laicorum confraternitatibus, si adsint; tum sequitur Clerus regularis, et secularis per ordinem; binique procedunt, praetata cruce, devote Psalmos, ut infra, decantantes, Parocho praecedente feretrum cum luminibus; inde sequuntur alii funus comitantes, et pro defuncto Deum rite deprecantes sub silentio.

2. Parochus vero, antequam cadaver efferatur, illud aspergit aqua benedicta, mox dicit Antiphonam Si iniquitates. cum Psalmo De profundis clamavi, etc. pag. [61]. In fine Réquiem aeternam dona ei Dómine, et lux perpetua luceat ei. *Hepetit Antiphonam totam: Si iniquitates observáveris Dómine: Dómine, quis sustinébít? Deinde cadaver effertur, Parochusque de domo procedens statim gravi voce intonat Antiph.:*

Ex-sul-tá-bunt Dó-mi-no.

et Cantores inchoant

I. 1. Ps. 50. Miserere mei Deus. U e a e i.

Clero alternatim prosequente: Miserere mei Deus. pag. [82], et in fine dic. Réquiem aeternam. Et lux.

Ex-sul-tá-bunt Dó-mi-no os-sa hu-mi-li-á-ta.

Ac si longitudo itineris postulaverit, dicantur Psalmi Graduales, Ad Dóminum cum tribulárer, etc. vel alii Psalmi ex Officio Mortuorum pag. [67], et in fine cujuslibet Psalmi dicitur: Réquiem aeternam dona ei Dómine, etc. qui Psalmi devote, distincte, gravique voce recitari debent usque ad Ecclesiam.

3. Ad ingressum Ecclesiae repetitur Antiphona: Exsultábunt Dómino ossa humiliáta. Deinde Ecclesiam ingressi, cantant Responsorium, cantore incipiente, et Clero alternatim respondente, videlicet:

IV. Sub-ve-ní-te Sancti De-i, oc-cúr-ri-te

Ange-li Dó-mi-ni: \* Susci-pi-éntes á-nimam e-jus:

\* Of-fe-réntes e-am in conspé-ctu Al-tis-si-mi.

IV. Exsequiarum Ordo.

V. Suscí-pi-at te Christus, qui vo-cá-vit te: et in  
 si-num A-bra-hæ Ange-li de-dú-cant te.  
 Suscipiéntes. *ut supra.*

V. Ré-qui-em æ-tér-nam do-na e-i Dó-mi-ne.  
 R. Et lux per-pé-tu-a lú-ce-at e-i.  
 Offeréntes. *ut supra.*

4. Deposito feretro in medio Ecclesiæ, ita ut defuncti pedes, si fuerit laicus, sint versus Altare majus; si vero fuerit Sacerdos, ut dictum est, caput sit versus ipsum Altare; et cereis accensis circa corpus, statim, nisi quid impediât, ut infra monebitur, dicatur Officium Mortuorum, cum tribus Nocturnis, et Laudibus, ut supra p. [67] sequ.; et duo ex Clero incipiant absolute Invitatorium:

Regem, cui ómnia vivunt: \* Veníte, adorémus; et repetitur a Clero: Regem, cui ómnia vivunt: Veníte, adorémus.

Psalmus. Veníte, exsultémus, etc. et duplicantur Antiphonæ.

5. Ad finem Officii post Antiphonam Cantici Benedictus, etc. Ego sum resurrectio, etc. dicitur

- Pater noster. *secreto.*
- V. Et ne nos indúcas in tentationem.
  - R. Sed líbera nos a malo.
  - V. A porta inferi.
  - R. Erue Dómine ánimam ejus.
  - V. Requíescat in pace.
  - R. Amen.
  - V. Dómine exáudi orationem meam.
  - R. Et clamor meus ad te véniat.
  - V. Dóminus vobiscum.
  - R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Ab-sólve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui ab omni vinctulo delictórum: ut in resurrectionis glória inter Sanctos et Eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

6. Dum in Officio dicuntur Laudes, Sacerdos cum ministris paratur ad celebrandam Missam solemnem pro defuncto, si tempus congruens fuerit, ut in die depositionis in Missali Romano.

7. Finita Missa, Sacerdos, seu planeta, et manipulo, accipit pluviale nigri coloris: et Subdiaconus accipit crucem, et accedit

ad feretrum, et se sistit ad caput defuncti cum cruce, medius inter duos acolythos seu ceroferarios cum candelabris et candelis accensis: et omnes alii de Clero veniunt ordinatim in gradu suo cum candelis accensis, et stant in circuitu feretri: tum sequitur Sacerdos cum Diacono, et assistente, aliisque ministris, et facta reverentia Altari, sistit se contra crucem ad pedes defuncti, retro astantibus ei a sinistris duobus acolythis, uno cum thuribulo et navicula incensi, altero cum vase aquæ benedictæ et aspersorio, et acolytho, seu Clerico tenente librum, absolute dicit sequentem Orationem:

Non intres in iudicium cum servo tuo Dómine, quia nullus ei tribuátur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judiciális sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei christiánæ comméndat: sed grátia tua illi succurrénte, mereátur evádere iudicium ultiónis, qui dum víveret, insignítus est signáculo sanctæ Trinitátis: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

8. Deinde cantore incipiente, Clerus circumstans cantat sequens Responsorium: Libera me Dómine. pag. [81].

9. Dum cantatur prædictum Responsorium, Sacerdos, acolytho et Diacono ministrante, accipit incensum de navicula, et ponit in thuribulum; et finito Responsorio, cantor cum primo Choro dicit:

Ký-ri-e e-lé-i-son.

Et secundus Chorus respondet:

Chri-ste e-lé-i-son.


Deinde omnes simul dicunt:


Ký-ri-e e-lé-i-son.


10. Mox Sacerdos dicit alta voce: Pater noster; et secreto dicitur ab omnibus; et ipse interim accipit a Diacono vel acolytho aspersorium aquæ benedictæ, et facta profunda inclinatione cruci, quæ est ex adverso, Diacono, seu ministro genuflectente, et fimbrias pluvialis sublevante, circumiens feretrum (si transit ante Sacramentum, genuflectit), aspergit corpus defuncti; deinde reversus ad locum suum, Diacono ministrante, accipit thuribulum, et eodem modo circuit feretrum, et corpus incensat, ut asperserat: postea reddito thuribulo ei, a quo acceperat, stans in loco suo, acolytho, seu alio ministro tenente librum apertum ante se, dicit:


V. Et ne nos in-dú-cas in ten-ta-ti-ó-nem.


R. Sed lí-be-ra nos a ma-lo

  
 V. A por-ta ín-fe-ri. R. E-ru-e Dó-mi-ne á-ni-mam e-jus.

  
 V. Re-qui-é-scat in pa-ce. R. A-men.

  
 V. Dó-mi-ne ex-á-u-di o-ra-ti-ó-nem me-am.

  
 R. Et cla-mor me-us ad te vé-ni-at.

  
 V. Dó-mi-nus vo-bís-cum. R. Et cum spí-ri-tu tu-o.


Orémus.

Oratio.

Deus, cui próprium est miseréri semper, et párcere: te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui N., quam hódie de hoc sæculo migráre jussísti, ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci: ut quia in te sperávit, et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætérna possideat. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.


*Si defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur: pro ánima fámuli tui N. Sacerdótis, quam, etc.*


11. *Finita Oratione, corpus defertur ad sepulchrum, si tunc deferendum sit: et dum portatur, Clerici cantant Antiphonam:*

VIII.   
 In pa-ra-dí-sum de-dú-cant te An-ge-li: in tu-o

  
 ad-vén-tu sus-cí-pi-ant te Már-ty-res, et per-dú-cant te

  
 in ci-vi-tá-tem san-ctam Je-rú-sa-lem. Cho-rus An-ge-

  
 ló-rum te sus-cí-pi-at, et cum Lá-za-ro quondam páu-pe-re

  
 æ-tér-nam há-be-as ré-qui-em.


12. *Cum autem pervenerit ad sepulchrum, si non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens hanc Orationem.*

Orémus.

Deus, cujus miseratióne animæ fidélium requiêscunt, hunc túmulum benedicere dignáre, eíque Angelum tuum sanctum députa custódem: et quorum, quarúmque córpora hic sepeliúntur, ánimas eórum ab ómnibus absólve vínculis delictórum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine læténtur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

13. *Dicta Oratione, Sacerdos aqua benedicta aspergat, deinde incenset corpus defuncti, et tumultum.*


14. *Quod si corpus tunc ad sepulturam non deferatur, omisso Responsorio: In paradísium, etc. et benedictione sepulchri, si jam est benedictum, prosequatur Officium, ut infra: quod numquam omíttitur; et intonet Antiphonam:*


Antiph. 


II. E-go sum. Cant. Zach. Benedictus. U e a e i.

Cant. Benedictus. pag. [86] et in fine dic. Réquiem ætérnam.

Et repetitur Antiphona.

  
 E-go sum re-surré-cti-o et vi-ta, qui cre-dit in me,

  
 é-ti-am si mór-tu-us fú e-rit vi-vet: et o-mnis qui

  
 vi-vit, et cre-dit in me, non mo-ri-é-tur in æ-térnum.

Postea Sacerdos dicit:

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster. *Interim corpus aspergit.*

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue Dómine animam ejus.

V. Requiêscat in pace. R. Amen.

V. Dómine exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Fac, quæsumus Dómine, hanc cum servo tuo defúncto (*vel fámula tua defúncta*) misericórdiam, ut factórum suórum in pœnis non recípiat vicem, qui (*vel quæ*) tuam in votis ténuit voluntátem: ut sicut hic eum (*vel eam*) vera fides junxit fidélium turmis; ita illic eum (*vel eam*) tua miserátió sóciét angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

¶ Réquiem ætérnam dona ei Dómine.  
 R. Et lux perpétua lúceat ei.  
 ¶ Requíescat in pace. R. Amen.  
 ¶ Anima ejus, et ánimæ ómnium fidélium defunctorum per misericórdiam Dei requiescant in pace.  
 R. Amen.

15. *Deinde a sepultura in ecclesiam, vel in sacristiam revertentes, dicant sine cantu Antiphonam: Si iniquitates, cum Psalmo: De profundis, etc. Réquiem ætérnam, etc.*


16. *Si vero ob rationabilem causam, videlicet ob temporis angustiam, vel aliorum funerum instantem necessitatem, predictum Officium Mortuorum cum tribus Nocturnis, et Laudibus dici non potest; deposito in ecclesia feretro cum corpore, dicatur saltem primum Nocturnum cum Laudibus, vel etiam sine Laudibus, maxime ubi ejusmodi viget consuetudo, incipiendo ab Invitatorio: Regem, cui omnia vivunt, \* Venite, adorémus.*

17. *Et postea omnia alia discantur, quæ supra præscripta sunt dicenda post Officium Mortuorum et Missam.*


18. *Quod si etiam ea fuerit temporis angustia, vel alia urgens necessitas, ut unum Nocturnum cum Laudibus dici non possit, alia prædictæ preces et suffragia numquam omittantur.*

19. *Missa vero, si hora fuerit congruens, ritu pro defunctis, ut in die obitus, præsentem corpore, non omittatur, nisi obstet magna diei solemnitas, aut aliqua necessitas aliter suadeat: et post Missam fiat, ut supra.*


V. Litanie de omnibus Sanctis.

III. 

Ký-ri-e e-lé-i-son. Chri-ste e-lé-i-son. Ký-ri-e




e-lé-i-son. Chri-ste au-di nos. Chri-ste exáu-di nos.



Pa-ter de cœ-lis De-us, mi-se-ré-re no-bis.


Fili Redemptor mundi Deus,	miserére.
Spiritus sancte Deus,	miserére.
Sancta Trinitas, unus Deus,	miserére.




San-cta Ma-ri-a, o-ra pro no-bis.  
 o-rá-te pro no-bis.

Sancta Dei Génitrix,	ora.	Omnes sancti Angeli, et Arch-
Sancta Virgo virginum,	ora.	ángeli, oráte pro nobis.
Sancte Michaël,	ora.	Omnes sancti beatórum spiri-
Sancte Gábríel,	ora.	tuum órdines, oráte.
Sancte Ráphael,	ora.	Sancte Joánnes Baptista, ora.


Sancte Joseph,	ora.	Omnes sancti Mártýres,	oráte.
Omnes sancti Patriárchæ, et		Sancte Silvéster,	ora.
Prophétæ,	oráte.	Sancte Gregóri,	ora.
Sancte Petre,	ora.	Sancte Ambrósi,	ora.
Sancte Paule,	ora.	Sancte Augustíne,	ora.
Sancte Andréa,	ora.	Sancte Hierónyme,	ora.
Sancte Jacóbe,	ora.	Sancte Martíne,	ora.
Sancte Joánnes,	ora.	Sancte Nicoláe,	ora.
Sancte Thoma,	ora.	Omnes sancti Pontífices et Con-	
Sancte Jacóbe,	ora.	fessóres,	oráte.
Sancte Philippe,	ora.	Omnes sancti Doctóres,	oráte.
Sancte Bartholomæe,	ora.	Sancte Antóni,	ora.
Sancte Matthæe,	ora.	Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Simon,	ora.	Sancte Bernárde,	ora.
Sancte Thaddæe,	ora.	Sancte Domínice,	ora.
Sancte Mathía,	ora.	Sancte Francisce,	ora.
Sancte Bárnaba,	ora.	Omnes sancti Sacerdótes et Le-	
Sancte Luca,	ora.	vítæ,	oráte.
Sancte Marce,	ora.	Omnes sancti Mónachi et Ere-	
Omnes sancti Apóstoli et Evan-		mítæ,	oráte.
gelístæ,	oráte.	Sancta María Magdaléna,	ora.
Omnes sancti Discípuli Dómini,	oráte.	Sancta Agatha,	ora.
Sancte Stéphane,	ora.	Sancta Lúcia,	ora.
Sancte Lauréti,	ora.	Sancta Agnes,	ora.
Sancte Vincéti,	ora.	Sancta Cæcília,	ora.
Sancti Fabiáne et Sebastíane,	oráte.	Sancta Catharína,	ora.
Sancti Joánnes et Paule,	oráte.	Sancta Anastásia,	ora.
Sancti Cosma et Damiáne,	oráte.	Omnes sanctæ Virgines et Víduæ,	oráte.
Sancti Gervási et Protási,	oráte.	Omnes Sancti et Sanctæ Dei,	
		intercédite pro nobis.	



Pro-pí-ti-us e-sto, par-ce no-bis Dó-mi-ne.



Pro-pí-ti-us e-sto, ex-áu-di nos Dó-mi-ne.




Ab o-mni ma-lo, lí-be-ra nos Dó-mi-ne.

Ab omni peccáto,	libera.	A fúlure et tempestáte,	libera.
Ab ira tua,	libera.	A flagéllo terræmótus,	libera.
A subitánea et improvísá morte,	libera.	A peste, fame, et bello,	libera.
		A morte perpétua,	libera.
Ab insídiis diáboli,	libera.	Per mystérium sanctæ incarna-	
Ab ira, et ódio, et omni mala		tiónis tuæ,	libera.
voluntáte,	libera.	Per advéntum tuum,	libera.
A spirítu fornicatiónis,	libera.	Per nativitétem tuam,	libera.




V. Litanie Sanctorum.

Per baptisum, et sanctum je- junium tuum, libera.	Per sanctam resurrectionem tuam, libera.
Per crucem et passionem tuam, libera.	Per admirabilem ascensionem tuam, libera.
Per mortem, et sepulturam tuam, libera.	Per adventum Spiritus sancti Paracleti, libera. In die iudicii, libera.




Pec-ca-to-res, te ro-ga-mus au-di nos.


Ut nobis parcas,	te rogamus.
Ut nobis indulgeas,	te rogamus.
Ut ad veram poenitentiam nos perducere digneris,	te rogamus.
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, et conservare digneris,	te rogamus.
Ut dominum apostolicum, et omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris,	te rogamus.
Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris,	te rogamus.
Ut regibus et principibus christianis pacem, et veram concordiam donare digneris,	te rogamus.
Ut cuncto populo christiano pacem, et unitatem largiri digneris,	te rogamus.
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, et conservare digneris,	te rogamus.
Ut mentes nostras ad coelestia desideria erigas,	te rogamus.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas,	te rogamus.
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum et benefactorum nostrorum ab aeterna damnatione eripias,	te rogamus.
Ut fructus terrae dare, et conservare digneris,	te rogamus.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris,	te rogamus.
Ut nos exaudire digneris,	te rogamus.
Fili Dei,	te rogamus.




1. Agnus De - i, qui tol-lis pec-ca-ta mundi, parce no-bis Do-




mi-ne. 2. Agnus De - i, qui tol-lis pec-ca-ta mundi, ex-au-di



nos Do-mi-ne. 3. Agnus De - i, qui tol-lis pec-ca-ta mundi,



mi-se-re-re no-bis. Christe audi nos. Christe ex-au-di nos.




Ky-ri-e e-le-i-son. Christe e-le-i-son. Ky-ri-e e - -

V. Litanie Sanctorum.




le - i - son. Pa-ter noster. secr. V. Et ne nos in-du-cas in



ten-ta-ti-o-nem. R. Sed li-be-ra nos a ma-lo.

Psalmus 69.



VI. Deus in adjutorium meum in-tende: \* Do-mi-ne ad ad-



ju-vandum me fe-sti-na.

Confundantur et reveantur,  
\* qui quaerunt animam meam.  
Avertantur retrorsum, et erubescant,  
\* qui volunt mihi mala.  
Avertantur statim erubescen-  
tes, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.  
Exsultent et laetentur in te  
omnes qui quaerunt te, \* et di-  
cant semper: Magnificetur Dñs:  
qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus, et pauper  
sum: \* Deus adjuva me.  
Adjutor meus, et liberator  
meus es tu: \* Domine ne mo-  
reris.  
Gloria Patri, et Filio, \* et  
Spiritui sancto:  
Sicut erat in principio, et  
nunc, et semper, \* et in saecula  
saeculorum. Amen.

V. Salvos fac servos tuos.  
R. Deus meus, sperantes in te.  
V. Esto nobis Domine turris fortitudinis,  
R. A facie inimici.  
V. Nihil proficiat inimicus in nobis.  
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.  
V. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.  
R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.  
V. Oremus pro Pontifice nostro N.  
R. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.  
V. Oremus pro benefactoribus nostris.  
R. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam aeternam. Amen.  
V. Oremus pro fidelibus defunctis.  
R. Requiem aeternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis.  
V. Requiescant in pace. R. Amen.  
V. Pro fratribus nostris absentibus.  
R. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.  
V. Mitte eis Domine auxilium de sancto.  
R. Et de Sion tuere eos.  
V. Domine exaudi orationem meam.  
R. Et clamor meus ad te veniat.  
V. Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio. \*

Deus, cui próprium est miseréri semper, et párcere: súscipe deprecationem nostram; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constringit, miseratio tuæ pietátis cleménter absólvat.

Exáudi, quæsumus Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgéntiam tribuas benignus, et pacem.

Ineffáblem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Omnípotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.*, et dirige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salutis æternæ: ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perficiat.


Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstiium subláta formidine, témpora sint tua protectióne tranqúilla.

Ure igne sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto corpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Fidélium, Deus, ómnium cónditor et redéptor, animábus famularum, famularumque tuarum remissionem cunctórum tribue peccatórum; ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur.

Actiões nostras, quæsumus Dómine, aspirándo práveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio, et operátio a te semper incípiat, et per te cepta finiátur.

Omnípotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænúscis: te súpplices exorámus; ut pro quibus effúdere preces decrévimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos corpore suscepit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen. *V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spíritu tuo.



*V.* Exáu-di-at nos omnípotens et misé-ri-cors Dóminus. *R.* A-men.

*V.* Et fidélium animæ per misericórdiam Dei requiescant in pace. *R.* Amen.

## VI. Litanie, Preces et Orationes

quæ dici debent in expositione XL horarum in alma Urbe.

Litanie ut supra p. 35\*, sed post Ab ira tua. adduntur tres *V. V.* sequentes: Ab iminentibus periculis, libera. A flagello terræmotus, libera. A peste, fame et bello, libera; ideo post *V.* A fulgure et tempestate sequitur: A morte perpétua. Similiter post *V.* Ut dominum Apostolicum. additur: Ut Turcárum et Hæreticórum conátus reprimere, et ad nihilum redigere dignéris. Te rogámus. Post *V.* Dóminus vobiscum. sequuntur Orationes ut hic:

Orémus.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passióis tuæ memoriám reliquisti: tribue, quæsumus, ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptionis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus.

Ab Adventu usque ad Nativitatem Domini:

Deus, qui de beátæ Mariæ Virginitatis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui vere eam genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessiõibus adjuvémur.

A Nativitate usque ad Purificationem:

Deus, qui salutis æternæ, beátæ Mariæ virginitate foecúnda, humano géneri præmia præstitisti; tribue, quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

A Purificatione usque ad Adventum Domini, etiam tempore paschali:

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et corpóris sanitáte gaudere: et gloriósa beátæ Mariæ semper Virginitatis intercessiõne, a præsentí liberári tristitia, et æterna pérfrui lætítia.

Omnípotens, sempitérne Deus: miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.*, et dirige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salutis æternæ; ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perficiat.

Deus, refúgium nostrum, et virtus: adesto piis Ecclésiæ tuæ préciibus, auctor ipse pietátis, et præsta; ut quod fideliter pétimus, effícaciter consequámur.

Omnípotens, sempitérne Deus, in cujus manu sunt ómnium potestates, et ómnium jura regnórum: réspice in auxiliúm Christianórum; ut gentes Turcárum et hæreticórum, quæ in sua feritáte et fraude confidunt, dextera tuæ poténtia conterántur.

Omnípotens, sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænúscis: te súpplices exorámus; ut pro quibus effúdere preces decrévimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos corpore suscepit, intercedéntibus ómnibus sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dñm. *R.* Amen.

VII. In Repositione Ss. Sacramenti.

Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam.  
 R. Et clamor meus ad te véniat.  
 Ÿ. Exáudiat nos omnípotens et miséricors Dóminus.  
 R. Et custódiat nos semper. Amen.  
 Ÿ. Fidéliam ánimæ per misericórdiam Dei requiáscant in pace.  
 R. Amen.

VII. In Repositione Ss. Sacramenti.

Tantum er-go Sa-cra-mén-tum ve-ne-ré-mur cér-nu-i:  
 et antí-quum do-cu-mén-tum no-vo ce-dat ri-tu-i: præ-stet  
 fi-des supple-mén-tum sén-su-um de-fé-ctu-i.  
 Ge-ni-tó-ri, Ge-ni-tó-que laus et ju-bi-lá-ti-o, sa-lus,  
 ho-nor, vir-tus quo-que sit et be-ne-dí-cti-o: pro-ce-  
 dén-ti ab u-tró-que compar sit lau-dá-ti-o. A-men.  
 Ÿ. Panem de celo præstitisti eis. (T. p. Allelúja.)  
 R. Omne delectaméntum in se habéntem. (T. p. Allelúja.)

Orémus.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passióis tuæ memó-  
 riam reliquisti: tribue, quæsumus; ita nos Córporis et Sán-  
 guinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptionis tuæ fructum  
 in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas in sæcula sæcu-  
 lórum. R. Amen.

*Tunc Sacerdos, facta genuflexione, cum Sacramento semel benedicat  
 populum in modum crucis, nihil dicens: postea illud reverenter reponat.*

Index Generalis.

Psalterium dispositum per hebdomadam . . . . .	pag. 1-32
Commem. communes sive suffragia Sanctorum . . . . .	33-35
Ad Completorium . . . . .	35-46
Proprium de Tempore . . . . .	47-366
Proprium Sanctorum . . . . .	367-568
Commune Sanctorum . . . . .	[1]-[53]
Officium Beatæ Mariæ Virg. per annum . . . . .	[51]-[59]
Officium Defunctorum . . . . .	[60]-[87]
Officia votiva per annum . . . . .	[87]-[100]
Festa pro aliquibus locis . . . . .	[101]-[192]
Communia Antiphonarii . . . . .	1*-30*
Appendix . . . . .	31*-41*

Index Alphabeticus

omnium Festorum et Officiorum D. N. Jesu Christi,  
 Beatæ Mariæ Virginis et Sanctorum.

<b>A.</b>	
Abdon et Sennen, Mm. . . . .	pag. 493
Adaucti et Felicis, Mm. . . . .	517
Adriani, Mart. . . . .	519
Ægidii, Abbatis. . . . .	517
Agapiti, Mart. . . . .	511
Agathæ, Virg. et Mart. . . . .	401
Agnetis, Virg. et Mart. . . . .	388
— Secundo. . . . .	395
Alexii, Conf. . . . .	487 [167]
Aloysii Gonzagæ, Conf. . . . .	454
Alphonsi Mariæ de Lig., Ep. Conf. et Eccl. Doct. . . . .	496
Ambrosii, Ep. Conf. et Eccl. Doct. . . . .	371
Anacleti, Pap. et Mart. . . . .	486
Andræ, Apost. . . . .	367
— Avellini, Conf. . . . .	556
— Corsini, Ep. et Conf. . . . .	401
Angelæ Mericiæ, Virg. . . . .	444
Angeli Custodis. Dom. I. Sept. [173]	
Angelorum Custodum. 2. Oct. . . . .	539
Aniceti, Pap. et Mart. . . . .	425
Annæ, Matris B. M. V. . . . .	492
Annuntiatio B. M. V. . . . .	414
Anselmi, Ep. Cf. et Eccl. Doct. . . . .	426
Antonii, Abbatis. . . . .	pag. 384
Antonii de Padua, Conf. . . . .	452
Antonini, Ep. et Conf. . . . .	440
Apollinaris, Ep. et Mart. . . . .	491
Apolloniæ, Virg. et Mart. . . . .	404
Apparitio S. Michaëlis Archang. . . . .	439
Apparitio B. M. V. Immacul. . . . .	[110]
Ascensio D. N. J. C. . . . .	291
Assumptio B. M. V. . . . .	507
Athanasii, Ep. Cf. et Eccl. Doct. . . . .	434
Augustini, Ep. et Conf. . . . .	444
Augustini, Ep. Cf. et Eccl. Doct. . . . .	514
Auxilium Christianor. B. M. V. [150]	
<b>B.</b>	
Barbaræ, Virg. et Mart. . . . .	371
Barnabæ, Apost. . . . .	451
Bartholomæi, Apost. . . . .	513
Basilidis et Soc. Mm. . . . .	451
Basilii Magni, Ep. Conf. et Eccl. Doct. . . . .	452
Benedicti, Abbatis. . . . .	414
Benedicti Josephi Labre, Conf. [130]	
Bernardi, Abb. et Eccl. Doct. . . . .	512
Bernardini Senen., Conf. . . . .	443
Bibianæ, Virg. et Mart. . . . .	370

Birgittæ, Viduæ.	pag. 544
Blasii, Ep. et Mart.	400
Bonaventuræ, Episc. Conf. et Eccl. Doct.	486
Bonifacii, Mart.	440
Bonifacii, Ep. et Mart.	450
Boni Latronis.	[131]
Brunonis, Conf.	543

C.

Cæciliæ, Virg. et Mart.	561
Cajetani, Conf.	502
